XL. Cato ubi, in Hispaniam vectus, Emporias pervenit, undique adversus eum hostes ad quadraginta millia coierant. Datum aliquantulum temporis exercendis militibus. Deinde, quum jam esset signis collatis cum hoste dimicaturus, Cato classe Massiliam remissa, milites edocuit : non tantum imminere periculi ab hostibus numero superioribus (victoriam enim semper penes fortiores animo, non penes plures numero esse), quantum ex penuria navium : nec, nisi victoribus, perfugium ullum aut salutem offerri. Atque sic locutus, non spe, aliorum more ducum, sed terrore repletum militem e vestigio ad pugnam educit. Conserto prælio, ad omnia accurrere, hortari, stimulare. Et postquam ancipiti marte ad vesperam usque pugnatum erat, cadentibus utrimque non paucis, ipse cum tribus cohortibus subsidiariis excelsum quemdam tumulum insedit, unde totum certamen oculis perlustrare posset. Inde mediam suorum aciem potissimum premi conspicatus, inter primos periculo sese objiciens accurrit : atque impetu et clamore turbatis hostibus, victoriæ principium dedit. Totam noctem hostes insecutus, multis interfectis, castris etiam expugnatis, quum rediret, milites ut victoriæ auctorem gratulabundi complectebantur. Post hæc Cato, vendita præda, quietem aliquantisper militibus concessit.

XLI. Interim quum ex omnibus partibus legationes ad Catonem venirent, primum novos obsides petiit; deinde literas obsignatas ad singulos populos mittit, tabellariisque edicit, ut omnes uno eodemque die literas redderent, quum autem diem definiverat, quo ad remotissimam urbem pertingere tabularium posse judicavit. Literis illis jubebantur singularum urbium magistratus, eo ipso die, quo literas accepissent, muros suos demoliri : procrastinantibus captivitas ac servitus denunciabatur. Illi recens ingenti prælio victi, quum ignorarent, sibi-ne solis, an omnibus idem imperaretur, timore angebantur : nam si soli essent, contemnendos se intellexerunt; si aliis idem esset imperatum, verendum erat, ne soli in mora essent. Quare quoniam neque spatium erat nuncios ad sese mutuo mittendi, eorum qui literas attulerant præsentia atque minæ urgebant,

ἕκαστοι προὔργου τιθέμενοι, τὰ τείχη καθῄρουν μετὰ σπουδῆς. Ἐν ᾧ γὰρ ἅπαξ ὑπακούειν ἐδόκει, καὶ τὸ ταχέως εἰργάσθαι προσλαβεῖν ἐφιλοτιμοῦντο. Οὕτω μὲν αἱ πόλεις αἱ περὶ Ἴβηρα ποταμὸν, μιᾶς ἡμέρας, ὑφ' ἑνὸς στρατηγήματος, αὐταὶ τὰ τείχη τὰ ἑαυτῶν καθῄρουν· καὶ Ῥωμαίοις ἐς τὸ μέλλον εὐέφοδοι γενόμεναι, διέμειναν ἐς πλεῖστον ἐπὶ εἰρήνης.

XLII. Ὀλυμπιάσι δ' ὕστερον τέσσαρσιν, ἀμφὶ τὰς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, πολλοὶ τῶν Ἰβήρων, γῆς ἀποροῦντες, ἀπέστησαν ἀπὸ Ῥωμαίων· ἄλλοι τε, καὶ Λούσονες, οἳ περὶ τὸν Ἴβηρα ᾤκηνται. Στρατεύσας οὖν ἐπ' αὐτοὺς [ὕπατος] Φούλβιος Φλάκκος, ἐνίκα μάχῃ. Καὶ πολλοὶ μὲν αὐτῶν κατὰ πόλεις διελύθησαν· ὅσοι δὲ μάλιστα γῆς ἠπόρουν, καὶ ἐξ ἄλης ἐβιότευον, ἐς Κομπλέγαν πόλιν συνέφυγον, ἣ νεόκτιστός τε ἦν καὶ ὀχυρὰ, καὶ ηὔξητο ταχέως. Ὅθεν ὁρμώμενοι, τὸν Φλάκκον ἐκέλευον, καταθέντα σφίσιν ὑπὲρ τῶν ἀνῃρημένων ἑκάστου σάγον τε καὶ ἵππον καὶ ξίφος, ἀποτρέχειν ἐξ Ἰβηρίας, πρίν τι κακὸν παθεῖν. Ὁ δὲ, πολλοὺς αὐτοῖς, ἔφη, σάγους οἴσειν· καὶ τοῖς πρέσβεσιν αὐτῶν ἑπόμενος, τῇ πόλει παρεστρατοπέδευσεν. Οἱ δ' ἀνομοίως ταῖς ἀπειλαῖς σφῶν, αὐτίκα ἀπεδίδρασκον, καὶ τὰ τῶν ἐγγὺς βαρβάρων ἐληΐζοντο. Χρῶνται δὲ διπλοῖς ἱματίοις παχέσιν, ἀντὶ χλαμύδων αὐτὰ περιπορπώμενοι, καὶ τοῦτο σάγον ἡγοῦνται.

XLIII. Φλάκκῳ μὲν οὖν διάδοχος ἦλθεν ἐπὶ τὴν στρατηγίαν Τιβέριος Σεμπρώνιος Γράκχος. Καράουϊν δὲ πόλιν, ἣ Ῥωμαίων ἦν φίλη, δισμύριοι Κελτιβήρων ἐπολιόρκουν· καὶ ἐπίδοξος ἦν ἁλώσεσθαι, Γράκχου σφόδρα μὲν ἐπειγομένου βοηθῆσαι τῇ πόλει, περιιόντος δ' ἐν κύκλῳ τοὺς πολεμίους, καὶ οὐκ ἔχοντος οὐδὲ μηνῦσαι τῇ πόλει περὶ αὐτοῦ. Τῶν οὖν τις ἰλάρχων, Κομίνιος, ἐνθυμηθεὶς πρὸς ἑαυτὸν, καὶ Γράκχῳ τὸ τόλμημα ἀνενεγκὼν, ἐνεπορπήσατο σάγον Ἰβηρικῶς, καὶ λαθὼν ἀνεμίχθη τοῖς χορτολογοῦσι τῶν πολεμίων· συνεισῆλθέν τε αὐτοῖς, ὡς Ἴβηρ, ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ εἰς τὴν Καράουϊν διαδραμὼν, ἐμήνυσεν ὅτι Γράκχος ἐπίοι. Οἱ μὲν δὴ διεσώθησαν, ἐγκαρτερήσαντες τῇ πολιορκίᾳ· μέχρι Γράκχος αὐτοῖς ἐπῆλθε μετὰ τρίτην ἡμέραν, καὶ οἱ πολιορκοῦντες ἀπανέστησαν. Δισμύριοι δ' ἐκ τῆς Κομπλέγας διέτρεχον ἐς τὸ Γράκχου στρατόπεδον σὺν ἱκετηρίαις· καὶ πλησιάσαντες, ἀδοκήτως ἐπέθεντο αὐτῷ, καὶ συνετάραξαν. Ὁ δ' εὐμηχάνως ἐξέλιπεν αὐτοῖς τὸ στρατόπεδον, καὶ ὑπεκρίνατο φεύγειν· εἶτα διαρπάζουσιν ἐπιστραφεὶς, ἐπέπεσέν τε καὶ πλείστους ἔκτεινεν, καὶ τῆς Κομπλέγας κατέσχε καὶ τῶν περιοίκων. Τοὺς δὲ ἀπόρους συνῴκιζε, καὶ γῆν αὐτοῖς διεμέτρει· καὶ πᾶσιν ἔθνεσιν ἔθετο τοῖς τῇδε συνθήκας ἀκριβεῖς, καθ' ἃς Ῥωμαίων ἔσονται φίλοι· ὅρκους τε ὤμοσεν αὐτοῖς καὶ ἔλαβεν, ἐπιποθήτους ἐν τοῖς ὕστερον πολέμοις πολλάκις γενομένους. Δι' ἃ καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ καὶ ἐν Ῥώμῃ διώνυμος ἐγένετο ὁ Γράκχος, καὶ ἐθριάμβευσε λαμπρῶς.

XLIV. Ἔτεσιν δ' οὐ πολλοῖς ὕστερον πόλεμος ἀλ-

dum singuli suæ securitati consulunt, omnes impigre sua mœnia dejiciunt. Nam quandoquidem semel parere decreverant, ex celeritate quoque, si alios antevertissent, gratiam captabant. Hoc pacto omnes circa Iberum amnem civitates uno die, uno imperatoris astuto consilio, suos ipsimet muros subruerunt. Inde factum, ut propter infirmitatem diutius in pace se continuerint.

XLII. Quarta abhinc Olympiade circa Olymp. centesimam quinquagesimam, cum alii multi Hispani, tum Lusones, Iberi fluminis accolæ, penuria soli compulsi, a Romanis defecere. Hi a Fulvio Flacco [consule] victi acie, per oppida magnam partem diffugere : sed qui omni penitus solo carentes, incertis sedibus degebant, Complegam confugerunt, urbem nuper conditam, munitamque et celeri incremento auctam. Inde erumpentes, Flacco imperant ut singulorum virorum nomine, qui superiore bello ceciderant, sagum, equum et ensem dependeret; ociusque, priusquam gravius quidquam obveniret, Hispania excederet. Dato responso, plurima se illis saga allaturum, Flaccus, legatos pone subsecutus, urbem castris juxta positis circumsedit. Sed illi, longe secus quam minati erant, præcipiti fugæ sese mandarunt, ac vicinorum barbarorum agros perpopulati sunt. Utuntur autem gentes illæ veste duplici et crassa, quam chlamydis in morem fibulis adstringunt, illudque sagum appellant.

XLIII. Flacco in imperio successit Tiberius Sempronius Gracchus, quo tempore Celtiberorum viginti millia Caravim, urbem Romanorum sociam, obsidebant. Quam quia fama percrebuerat captum iri, eo majore Gracchus studio opem ei ferre properabat. Quum autem, circumfusis undique urbi hostibus, adventum suum obsessis significare non posset; Cominius quidam, turmæ equitum præfectus, re secum deliberata, et Graccho quid pararet admonito sagum Hispanico ritu induit, et, hostium pabulatoribus clam sese admiscens, ut Hispanus castra eorum subiit : inde Caravim transcurrens, oppidanis Gracchi adventum nunciat. Ita illi fortiter omnia perpessi, die tertio adventu Gracchi hostibus digressis, obsidione exemti sunt. Eodem tempore ex Complega urbe egressa hominum viginti millia, et cum oleæ ramis supplicantium more ad castra Gracchi venientia, ubi appropinquassent, ex improviso impetum in castra fecerunt, et tumultu pavoreque omnia repleverunt. Singulari astutia Gracchus, simulata fuga, castra deseruit : mox conversus, et direptioni intentos adortus, plurimos interfecit, ipsaque etiam Complega et circumjacente regione est potitus. Post hæc, diviso inopibus agro, datisque ad habitandum sedibus, omnibus ea loca incolentibus populis leges accurate descriptas, ex quibus in amicitia ac societate populi romani viverent, dato acceptoque jurejurando firmavit : cujus fœderis societas sequentibus bellis sæpe exoptata multis fuit. Ob eas res clarum et in Hispania et Romæ Gracchi nomen erat, magnificeque triumphavit.

XLIV. Annis non multis post, grave denuo bellum in

λος ἠγέρθη περὶ Ἰβηρίαν χαλεπὸς, ἐκ τοιᾶσδε προφάσεως· Σεγήδη πόλις ἐστὶ Κελτιβήρων τῶν Βελλῶν λεγομένων μεγάλη τε καὶ δυνατὴ, καὶ ἐς τὰς Σεμπρωνίου Γράκχου συνθήκας ἐνεγέγραπτο. Αὕτη τὰς βραχυτέρας πόλεις ἀνῴκιζεν ἐς αὑτὴν, καὶ τεῖχος ἐς τεσσαράκοντα σταδίους κύκλῳ περιεβάλλετο· Τιτθοὺς τε ὅμορον γένος ἄλλο συνηνάγκαζεν ἐς ταῦτα. Ἡ δὲ σύγκλητος πυθομένη, τό τε τεῖχος ἀπηγόρευε τειχίζειν, καὶ φόρους ᾔτει τοὺς ὁρισθέντας ἐπὶ Γράκχου, στρατεύεσθαί τε Ῥωμαίοις προσέτασσε· καὶ γὰρ τοῦθ' αἱ Γράκχου συνθῆκαι ἐκέλευον. Οἱ δὲ περὶ μὲν τοῦ τείχους ἔλεγον, ἀπηγορεῦσθαι Κελτίβηρσιν ὑπὸ Γράκχου, μὴ κτίζειν πόλεις, οὐ, τειχίζειν τὰς ὑπαρχούσας· τῶν δὲ φόρων καὶ τῆς ξεναγίας ὑπ' αὐτῶν ἔφασαν Ῥωμαίων ἀφεῖσθαι μετὰ Γράκχον. Καὶ τῷ ὄντι ἦσαν ἀφειμένοι. Δίδωσι δ' ἡ βουλὴ τὰς τοιάσδε δωρεὰς, ἀεὶ προστιθεῖσα, κυρίας ἔσεσθαι μέχρι ἂν αὐτῇ καὶ τῷ δήμῳ δοκῇ.

XLV. Στρατηγὸς οὖν ἐπ' αὐτοὺς Νωβελίων ἐπέμπετο μετὰ στρατιᾶς οὐ πολὺ τρισμυρίων ἀνδρῶν ἀποδεούσης. Ὃν ἐπειδὴ σφίσιν οἱ Σεγηδαῖοι προσιόντα ἔγνωσαν, οὔπω τὸ τεῖχος ἐκτελέσαντες, ἔφευγον ἐς Ἀρουακοὺς μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν, καὶ σφᾶς ὑποδέχεσθαι τοὺς Ἀρουακοὺς παρεκάλουν. Οἱ δὲ ὑποδέχονταί τε, καὶ Κάρον, αὐτὸν Σεγηδαῖον, πολεμικὸν εἶναι νομιζόμενον, αἱροῦνται στρατηγόν. Ὁ δὲ τρίτῃ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἡμέρᾳ, δισμυρίους πεζοὺς καὶ ἱππέας πεντακισχιλίους ἔς τινα λόχμην ἐνεδρεύσας, παροδεύουσι τοῖς Ῥωμαίοις ἐπέθετο· καὶ τῆς μάχης ἐπὶ πολὺ ἀγχωμάλου γενομένης, ἐκράτει τε λαμπρῶς, καὶ Ῥωμαίων τῶν ἐξ ἄστεος ἔκτεινεν ἐς ἑξακισχιλίους· ὡς μέγα τῇ πόλει γενέσθαι τὸ ἀτύχημα. Ἀτάκτου δὲ αὐτῷ τῆς διώξεως ἐπὶ τῇ νίκῃ γενομένης, οἱ τὰ σκευοφόρα Ῥωμαίων φυλάσσοντες ἱππεῖς ἐπέδραμον, καὶ Κάρον τε αὐτὸν ἀριστεύοντα ἔκτειναν, καὶ ἑτέρους ἀμφ' αὐτὸν, οὐχ ἐλάσσους καὶ οἵδε τῶν ἑξακισχιλίων· μέχρι νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσεν. Ἐγίγνετο δὲ ταῦθ', ὅτε Ῥωμαῖοι τῷ Ἡφαίστῳ τὴν ἑορτὴν ἄγουσιν· ὅθεν οὐδεὶς ἂν ἑκὼν ἄρξειεν ἐξ ἐκείνου μάχης παρὰ τήνδε τὴν ἡμέραν.

XLVI. Ἀρουακοὶ μὲν οὖν εὐθὺς αὐτῆς νυκτὸς ἐς Νομαντίαν, ἣ δυνατωτάτη πόλις ἦν, συνελέγοντο, καὶ στρατηγοὺς Ἄμβωνα καὶ Λεύκωνα ᾑροῦντο. Νωβελίων δ' αὐτοῖς τρισὶν ἡμέραις ὕστερον ἐπελθὼν, παρεστρατοπέδευσεν ἀπὸ σταδίων τεσσάρων καὶ εἴκοσιν. Παραγενομένων δέ οἱ Νομάδων ἱππέων τριακοσίων, οὓς Μασσανάσσης ἐπεπόμφει, καὶ ἐλεφάντων δέκα, τὴν στρατιὰν ἐπῆγε τοῖς πολεμίοις, ἄγων ὀπίσω τὰ θηρία λανθάνοντα. Καὶ γενομένης ἐν χερσὶ τῆς μάχης, οἱ μὲν ἄνδρες διέστησαν, τὰ δὲ θηρία ἐξεφαίνετο. Καὶ οἱ Κελτίβηρες, αὐτοί τε καὶ οἱ ἵπποι σφῶν οὐ πρὶν ἑωρακότες ἐλέφαντας ἐν πολέμοις, ἐθορυβοῦντο καὶ κατέφευγον ἐς τὴν πόλιν. Ὁ δὲ καὶ τοῖς τείχεσιν αὐτοὺς ἐπῆγε· καὶ ἐμάχετο γενναίως, μέχρι τῶν ἐλεφάντων τις, ἐς τὴν κεφαλὴν λίθῳ μεγάλῳ καταπίπτοντι πλη-

Hispania exarsit, hac occasione: Segeda, Celtibericæ gentis, qui Belli vocantur, urbs ampla et potens, fœderique Sempronii Gracchi adscripta, minoribus oppidis excitos cives ad se traducebat, murumque in ambitum quinque millium passuum ducebat; Titthis, vicina gente ad ejusdem consilii societatem compulsis. Senatus certior factus, primum vetare murum exstrui; deinde tributa a Graccho imposita postulare: postremo, ut cum Romanis militarent (nam jubebat Gracchi fœdus) imperare. Quod ad murum attinet, responderunt: Celtiberis quidem interdictum a Graccho, ne novas urbes conderent; at, ne veteres munirent, nullum verbum esse factum. Tributa autem et militiam ab ipsis Romanis post Gracchum eisdem esse remissam. Et ita se res habebat. Sed quum senatus ejusmodi privilegia alicui indulget, semper hanc addit exceptionem; Quamdiu sibi populoque romano libitum fuerit.

LXV. Itaque adversus eos missus est Nobilior, cum exercitu fere triginta millium. Cujus adventum ut cognovere Segedenses, quia murus nondum perfectus erat, cum uxoribus ac liberis ad Arevacos confugere; precatique ut exciperentur, non modo excepti sunt, verum etiam Carus quidam ex Segedensium numero, vir bello strenuus habitus, dux est electus. Is, tertio post delatam imperii summam die, viginti peditum, equitum quinque millibus loco arboribus vestito in insidiis collocatis, prætereuntes aggressus Romanos, postquam diu ancipiti prælio pugnatum est, splendidam obtinuit victoriam, sex millibus civium Romanorum acie cæsis. Tantam eo die calamitatem respublica accepit. Sed dum post victoriam effuso inordinatoque agmine persequitur fugientes, Romani equites, qui impedimenta custodiebant, facto impetu, cum Carum ipsum gnaviter pugnantem, tum alios non pauciores sex millibus, interficiunt. Prælium nox diremit. Accidit autem hæc clades eo die, quo Vulcani festum Romani celebrant: quare abhinc illo tempore nemo facile dux romanus, nisi coactus, eo die prælium commiserit.

XLVI. Ea ipsa nocte Arevaci Numantiam, validissimam urbem, conveniunt, novosque duces creant, Ambonem et Leuconem. Triduo post Nobilior subsecutus, ad tria millia passuum ab urbe castra munit. Tum ad eum trecenti equites, a Masinissa missi, cum decem elephantis accedunt. Quibus assumtis in hostem aciem promovet, belluasque post principia, ne conspici ab hostibus possent, locat. Commisso prælio diduxit se acies, et belluæ ex improviso conspectæ tantum terroris injecerunt cum Celtiberis tum eorum equis, qui antea nunquam elephantos viderant, ut terga vertentes in oppidum confugerent. Fugientibus instans romanus imperator, mœnibus elephantos admovet. Ibi acriter pugnatum: quoad unus ex elephantis, ingenti saxo in caput adacto sauciatus, iras concepit; et immani clamore

γεὶς, ἠγριώθη τε, καὶ ἐκϐοήσας μέγιστον, ἐς τοὺς φίλους ἐπεστρέφετο· καὶ ἀνῄρει τὸν ἐν ποσὶν, οὐ διακρίνων ἔτι φίλιον ἢ πολέμιον. Οἵ τε ἄλλοι ἐλέφαντες πρὸς τὴν ἐκείνου βοὴν διαταραχθέντες, ὅμοια πάντες ἔδρων, καὶ τοὺς Ῥωμαίους συνεπάτουν τε καὶ ἀνέτεμνον καὶ ἀνεῤῥίπτουν. Ὅπερ ἀεὶ θορυϐηθέντες οἱ ἐλέφαντες εἰώθασι πάσχειν, καὶ πάντας ἡγεῖσθαι πολεμίους· καί τινες διὰ τήνδε τὴν ἀπιστίαν αὐτοὺς καλοῦσι κοινοὺς πολεμίους. Φυγὴ οὖν τῶν Ῥωμαίων ἐγίγνετο ἄτακτος· ἣν οἱ Νομαντῖνοι κατιδόντες ἀπὸ τῶν τειχῶν, ἐξέθορον, καὶ διώκοντες ἔκτειναν ἄνδρας μὲν ἐς τετρακισχιλίους, ἐλέφαντας δὲ τρεῖς· ὅπλα τε πολλὰ καὶ σημεῖα ἔλαϐον. Κελτιϐήρων δὲ ἀπέθανον ἐς δισχιλίους.

XLVII. Καὶ ὁ Νωϐελίων, μικρὸν ἐκ τοῦ πταίσματος ἀναλαϐὼν, ἀγορᾷ μέν τινι τῶν πολεμίων ἐπεχείρει περὶ Ἀξείνιον πόλιν σεσωρευμένῃ· οὐδὲν δὲ ἀνύσας, ἀλλὰ κἀνταῦθα πολλοὺς ἀποϐαλὼν, ἐπανῆλθεν νυκτὸς ἐς τὸ στρατόπεδον. Ὅθεν Βιήσιον ἵππαρχον ἐπὶ συμμαχίαν ἔς τι γειτονεῦον ἔθνος ἔπεμπεν, ἱππέων δεόμενος. Οἱ δὲ συνέπεμψαν αὐτῷ τινας ἱππέας, οὓς ἐρχομένους ἐλόχων οἱ Κελτίϐηρες. Καὶ τῆς ἐνέδρας ἐκφανείσης, οἱ μὲν σύμμαχοι διεδίδρασκον· ὁ δὲ Βιήσιος, μαχόμενος, αὐτός τε καὶ σὺν αὐτῷ πολλοὶ Ῥωμαίων ἀπέθανον. Συνεχῶν δὲ τοιῶνδε πταισμάτων αὐτοῖς ἐπιγιγνομένων, πόλις Ὄκιλις, ἔνθα ἡ ἀγορὰ καὶ τὰ χρήματα ἦν τὰ Ῥωμαίων, μετέθετο ἐς τοὺς Κελτίϐηρας. Καὶ ὁ Νωϐελίων, ἀπιστῶν ἅπασιν, ἐν τῷ στρατοπέδῳ διεχείμαζε, στεγάσας ὡς ἐδύνατο, καὶ τὴν ἀγορὰν ἔχων ἔνδον, καὶ κακοπαθῶν αὐτῆς τε τῆς ἀγορᾶς τῇ ὀλιγότητι, καὶ νιφετοῦ πυκνότητι, καὶ κρύους χαλεπότητι· ὥστε πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν, οἱ μὲν ἐν τοῖς φρυγανισμοῖς, οἱ δὲ καὶ ἔνδον ὑπὸ στενοχωρίας καὶ κρύους ἀπώλλυντο.

XLVIII. Τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους Νωϐελίωνι μὲν ἐπὶ τὴν στρατηγίαν ἀφικνεῖται διάδοχος Κλαύδιος Μάρκελλος, ἄγων πεζοὺς ὀκτακισχιλίους καὶ ἱππέας πεντακοσίους. Λοχώντων δὲ καὶ τόνδε τῶν πολεμίων, διῆλθε πεφυλαγμένως, καὶ σὺν παντὶ τῷ στρατῷ παρὰ τὴν Ὄκιλιν ἐστρατοπέδευσεν. Ἐπιτυχὴς δὲ τὰ πολέμια ὢν, τὴν πόλιν αὐτίκα παρεστήσατο, καὶ συγγνώμην ἔδωκεν, ὅμηρά τινα καὶ ἀργυρίου τάλαντα τριάκοντα λαϐών. Νεργόϐριγες δὲ αὐτοῦ περὶ τῆσδε τῆς μετριοπαθείας πυθόμενοι, πέμψαντες, ἠρώτων, τί ἂν πράξαντες, εἰρήνης ἐπιτύχοιεν; Ὡς δὲ αὐτοὺς ἐκέλευεν ἑκατὸν ἱππέας δοῦναι συστρατευσοντας, οἱ μὲν ὑπισχνοῦντο δώσειν· κατὰ δ' ἄλλο μέρος τοῖς οὐραγοῦσιν ἐπετίθεντο, καὶ τῶν σκευοφόρων τι περιέσπων. Εἶτ' ἀφίκοντο, τοὺς ἑκατὸν ἱππέας ἄγοντες, ὡς δὴ κατὰ τὸ συγκείμενον· περί τε τῶν ἐπὶ τῆς οὐραγίας γενομένων ἔλεγον, τινὰς ἀγνοοῦντας τὰ ὡμολογημένα, ἁμαρτεῖν. Ὁ δὲ τοὺς μὲν ἑκατὸν ἱππέας ἔδησε, τοὺς δ' ἵππους αὐτῶν ἀποδόμενος, καὶ τὸ πεδίον καταδραμὼν, τὴν λείαν διεῖλε τῷ στρατῷ, καὶ τῇ πόλει παρεστρατοπέδευσε. Νεργόϐριγες δὲ, προσαγομένων αὐτοῖς μηχανημάτων ἅμα καὶ χωμάτων, κήρυκα πέμψαντες, λυ-

edito in suos conversus, sine discrimine, amicus, an hostis esset, in obvium quemque sævire cœpit. Cæteri, ad ejus vocem turbati, eadem et ipsi facere, passimque Romanos proterere, discindere, sublimes projicere. Solent enim elephantes, quum turbati sunt, id facere, atque omnes pro hostibus habere; propter quam perfidiam a nonnullis communes hostes vocantur. Fuga inde Romanorum effusa fieri cœpta est : quam intuiti e mœnibus Numantini, eruptione facta, persequuntur fugientes, et quatuor millia hominum, elephantos tres interficiunt; armaque multa et signa militaria capiunt. Celtiberorum circiter duo millia perierunt.

XLVII. Nobilior, quum se ex hac clade tantulum collegisset, commeatum, quem hostes ad Axinium urbem congesserant, frustra oppugnare conatus, amissis e suis non paucis, noctu in castra rediit. Inde Biesium (præerat is equitibus) ad vicinam quamdam gentem misit, ut juncta amicitia equestria auxilia posceret. Redeunti, et aliquot equites secum adducenti, Celtiberi insidias tetenderunt : quibus detectis, socii quidem fugere, sed Biesius et ex Romanis, qui cum eo erant, multi pugnantes interfecti sunt. Tam crebræ clades etiam sociorum animos averterunt. Ocilis urbs, in qua Romanorum commeatus et pecuniæ asservabantur, ad Celtiberos defecit. Quare rebus omnibus diffidens Nobilior, in castris pro præsenti facultate tectis hibernavit. Sed inopia frumenti (habuit autem secum quidquid habuit) magna fuit. Adhæc crebræ nives et frigoris vis non parum milites afflixit : usque adeo, ut multi inter lignandum, alii in ipsis hibernaculis ob angustias frigusque morerentur.

XLVIII. Proximo anno successit Nobiliori in imperio Claudius Marcellus, secumque adduxit peditum octo millia, equites quingentos. Huic quoque in itinere ab hostibus insidiæ parantur. Sed caute et circumspecte incedendo, exercitum incolumem traduxit, et copiis omnibus ad Ocilim castra posuit. Quam urbem (ut erat bello felix imperator) statim in deditionem accepit; imperatisque obsidibus, et argenti talentis triginta, veniam incolis dedit. Audita hæc clementia, Nergobriges, missis legatis, quæsivere, quid sibi ad pacem obtinendam agendum foret. Ille centum equites, secum militaturos, petiit. Hos ubi daturos illi promiserunt, interea alia ex parte extremum agmen Romanorum aggressi, non nihil ex sarcinis diripiunt. Mox advenere, qui centum illos equites ex pacto debitos adducerent : qui interrogati de sarcinis direptis, responderunt, nonnullos ignoratione pactorum id admisisse. At Marcellus centum equites vinciri jussit, equosque vendi. Deinde pervastatis eorum agris et præda inter milites divisa, urbem obsedit. Nergobriges ubi aggerem exstrui machinasque admoveri suis mœnibus conspexerunt, præcone misso, qui

κῆν ἀντὶ κηρυκείου περικείμενον, ἤτουν συγγνώμην. Ὁ δὲ οὐκ ἔφη δώσειν, εἰ μὴ πάντες Ἀρουακοὶ καὶ Βελλοὶ καὶ Τιτθοὶ δεηθεῖεν ὁμοῦ. Ὧν τὰ μὲν ἔθνη πυθόμενα, προθύμως ἐπρεσβεύετο, καὶ τὸν Μάρκελλον ἠξίουν, ποινὴν αὐτοῖς ἐπιθέντα μετρίαν, ἐς τὰς Γράκχου συνθήκας ἀναγαγεῖν. Ἀντέλεγον δ' αὐτοῖς ἐπιχώριοί τινες ὑπ' ἐκείνων πεπολεμημένοι.

XLIX. Καὶ ὁ Μάρκελλος ἐξ ἑκατέρων πρέσβεις ἐς Ῥώμην ἔπεμπεν ἀντιλέξοντας ἀλλήλοις· ἰδίᾳ δ' ἐπέστελλε τῇ βουλῇ, προτρέπων ἐς τὰς διαλύσεις. Ἐβούλετο γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ τὸν πόλεμον ἐκλυθῆναι, δόξαν οἱ χρηστὴν καὶ ἀπὸ τοῦδε νομίζων ἔσεσθαι. Τῶν δὲ πρέσβεων οἱ μὲν ἐκ τῆς φιλίας, ἐς τὴν πόλιν ἐσελθόντες, ἐξενίζοντο· οἱ δὲ ἐκ τῶν πολεμίων, ὡς ἔθος ἐστὶν, ἔξω τειχῶν ἐστάθμευον. Ἀποδοκιμάζουσα δ' ἡ βουλὴ τὴν εἰρήνην, καὶ χαλεπῶς φέρουσα, ὅτι μὴ, καθάπερ αὐτοὺς ἠξίου Νωβελίων ὁ πρὸ Μαρκέλλου, Ῥωμαίοις αὐτοὺς ἐπετετρόφεσαν, Μάρκελλον αὐτοῖς ἐξοίσειν ἔφη τὰ δόξαντα. Καὶ στρατιὰν εὐθὺς ἐκλήρουν ἐς Ἰβηρίαν τότε πρῶτον, ἀντὶ καταλέξεως. Πολλῶν γὰρ αἰτιωμένων τοὺς ὑπάτους, ἀδίκους ποιεῖσθαι τὰς καταγραφὰς, καί τινας ἐς τὰς κουφοτέρας στρατείας καταλέγειν, ἔδοξεν ἀπὸ κλήρου τότε συναγαγεῖν. Ὧν ἐστρατήγει Λικίνιος Λούκουλλος, ὕπατος, πρεσβευτῇ χρώμενος Κορνηλίῳ Σκιπίωνι, τῷ Καρχηδόνα μετ' οὐ πολὺ ἑλόντι, καὶ Νομαντίαν ὕστερον.

L. Ὁ μὲν δὴ Λούκουλλος ὥδευεν· ὁ δὲ Μάρκελλος τόν τε πόλεμον προεῖπε τοῖς Κελτίβηρσι, καὶ τὰ ὅμηρα αἰτοῦσιν ἀπέδωκε. Τὸν δ' ἐν Ῥώμῃ τοὺς λόγους διαθέμενον ὑπὲρ τῶν Κελτιβήρων, ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν ἀνακαλέσας ἐπὶ πολὺ διέτριβεν. Ὑπὲρ ὅτου δὴ καὶ ὑπωπτεύετο μὲν καὶ τότε, μᾶλλον δ' ἐπιστώθη τοῖς ὕστερον γενομένοις, ὅτι αὐτοὺς ἀνέπειθεν ἑαυτῷ τὰ κατὰ σφᾶς ἐπιτρέψαι· ἐπειγόμενος ἄρα, πρὸ τοῦ Λουκούλλου τὸν πόλεμον καταλυθῆναι. Μετὰ γὰρ τὴν συνουσίαν, Νεργόβριγα μὲν Ἀρουακῶν πεντακισχίλιοι κατέλαβον· Μάρκελλος δ' ἐπὶ Νομαντίαν ἐχώρει, καὶ πέντε σταδίους ἀποσχὼν παρεστρατοπέδευεν αὐτοῖς, καὶ συνεδίωκεν ἐς τὴν πόλιν· ἕως ὁ τῶν Νομαντίνων στρατηγὸς Λιτέννων ὑποστὰς, ἐβόα βούλεσθαι Μαρκέλλῳ συνελθεῖν ἐς λόγους. Καὶ συνελθὼν, ἔφη Βελλοὺς καὶ Τιτθοὺς καὶ Ἀρουακοὺς ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν Μαρκέλλῳ. Ὁ δὲ, ἄσμενος ἀκούσας, ὅμηρά τε καὶ χρήματα πάντας ᾔτησε· καὶ λαβὼν, ἀφῆκεν ἐλευθέρους. Ὁ μὲν δὴ πόλεμος ὁ Βελλῶν τε καὶ Τιτθῶν καὶ Ἀρουακῶν ἔληγεν οὕτω, πρὸ Λουκούλλου.

LI. Ὁ δὲ Λούκουλλος, δόξης τε ἐπιθυμῶν, καὶ ἐκ πενίας χρῄζων χρηματισμοῦ, ἐς Οὐακκαίους, ἕτερον γένος Κελτιβήρων, ἐνέβαλεν, οἱ γείτονες τῶν Ἀρουακῶν εἰσιν· οὔτε τινὸς αὐτῷ ψηφίσματος γεγονότος, οὔτε Οὐακκαίων Ῥωμαίοις πεπολεμηκότων, οὐδὲ ἐς αὐτόν τι Λούκουλλον ἁμαρτόντων. Περάσας δὲ τὸν ποταμὸν τὸν καλούμενον Τάγον, ἀφίκετο πρὸς Καύκαν πόλιν, καὶ παρεστρατοπέδευσεν. Οἱ δ' ἐπύθοντο μὲν αὐτοῦ, τίνος

pro caduceo lupi pelle erat amictus, veniam erroris petierunt. Daturum se abnuit imperator, nisi simul omnes Arevaci, Belli, Titthi peterent. Quod ubi gentibus illis innotuit, extemplo omnes legationibus missis, Marcellum orare, ut mediocri pœna contentus, singulas ad fœdus Gracchi remitteret. Sed huic petitioni populi aliquot paulo ante ab illis bello lacessiti contradixere.

XLIX. Quapropter Marcellus utrimque legatos Romam proficisci jubet, coram senatu inter se disceptaturos. Privatim etiam per literas senatum hortatus est, ut pacem componeret. Quippe imperii sui tempore bello huic imponi finem, cupiebat; ratus, ex ea quoque re magnam se laudem consecuturum. Fœderatarum sociarumque urbium legati in urbem admissi, hospitioque suscepti : at qui ab hostibus venerant, extra urbem, ut moris est, diversari jussi sunt. Senatus pacem improbans, et indigne ferens, quod se, quemadmodum Nobilior, qui ante Marcellum in Hispania fuerat, censuisset, Romanis non permisissent, non aliud responsum legatis dedit, quam, Marcellum illis declaraturum senatus voluntatem. Statimque decreto in Hispaniam exercitu, forte tunc primum milites, non delectu, ut antea consueverant, vocati sunt. Nam quoniam multi querebantur, a consulibus injustas conquisitiones haberi, et certos quosdam ad leviores militias assumi, placuit tunc, exercitum sortito legi. Huic exercitui præfectus est Licinius Lucullus Cos. qui legatum habuit Cornelium Scipionem, non multo post eversa Carthagine Numantiaque clarum.

L. Dum Lucullus ad bellum proficiscitur, interea Marcellus impendentis belli Celtiberos admonuit, obsidesque repetentibus reddidit. Deinde principe legationis ejus, quæ a Celtiberis Romam missa fuerat, clam ad se accersito diuque retento, jam tum in suspicionem venit, quam postea multo magis confirmavit, tentasse Celtiberis persuadere, ut se suaque omnia arbitrio ipsius permitterent : quippe qui omni studio nitebatur, ante adventum Luculli bello finem imponere. Nam statim ab hoc colloquio, Arevacorum quinque millia Nertobrigam urbem occuparunt. Marcellus autem adversus Numantiam exercitum duxit, et, castris ad quinque stadia ab urbe positis, Numantinos in urbem compulit. Sed eorum dux Litenno, inhibito suorum cursu, exclamavit, se cum Marcello colloqui velle; datoque colloquio, dixit : Bellos, Titthos, et Arevacos Marcelli fidei sese commitere. Quod ille lætis auribus audiens, imperatis acceptisque obsidibus et pecuniis, cunctos liberos dimisit. Hoc pacto, priusquam Lucullus accessisset, Bellorum, Titthorum et Arevacorum bellum exstinctum est.

LI. At Lucullus, cum gloriæ, tum rei familiaris augendæ, quam angustam habebat, avidus, Vaccæorum fines (et hæc gens Celtiberica est, vicina Arevacorum) infesto exercitu ingressus est : quamvis neque mandatum ullum haberet a senatu, nec Vaccæi bellum Romanis intulissent, nec ulla in re Lucullum offendissent. Trajecto flumine, quem Tagum appellant, ad Caucam urbem pervenit, et prope illam castra posuit. Quærentibusque oppidanis, cujus rei

ἥκοι δεόμενος, ἢ τί πολέμου χρῄζων; Φήσαντος δὲ, ὅτι Καρπητανοῖς ὑπὸ Οὐακκαίων ἀδικουμένοις βοηθοίη, τότε μὲν ἀνεχώρουν ἐς τὴν πόλιν. Ξυλευομένῳ δὲ αὐτῷ καὶ χορτολογοῦντι ἐπέκειντο, καὶ κτείνουσι πολλοὺς, καὶ τοὺς λοιποὺς διώκουσιν ἐς τὸ στρατόπεδον. Γενομένης δὲ καὶ παρατάξεως, οἱ Καυκαῖοι, ψιλοῖς ἐοικότες, ἐκράτουν ἐπὶ πολὺ τοῦ Λουκούλλου, μέχρι σφῶν τὰ ἀκόντια πάντα ἐξαναλώθη· καὶ τότε ἔφευγον, οὐκ ὄντες μενεμάχοι, περί τε τὰς πύλας αὐτῶν ὠθουμένων, ἀνηρέθησαν ἀμφὶ τοὺς τρισχιλίους.

LII. Τῆς δ' ἐπιούσης οἱ πρεσβύτατοι, στεφανωσάμενοί τε καὶ φέροντες ἱκετηρίας, τὸν Λούκουλλον αὖθις ἠρώτων, τί ποιοῦντες ἂν εἶεν φίλοι; Ὁ δὲ αὐτοὺς ὅμηρά τε ᾔτει καὶ ἀργυρίου τάλαντα ἑκατόν· καὶ τοὺς ἱππέας αὐτῶν ἐκέλευσέν οἱ συστρατεύειν. Ὡς δὲ πάντα ἔλαβεν, ἠξίου φρουρὰν ἐς τὴν πόλιν ἐσαγαγεῖν. Δεξαμένων δὲ καὶ τοῦτο τῶν Καυκαίων, ἐσήγαγε δισχιλίους ἀριστίνδην ἐξειλεγμένους· οἷς ἐσελθοῦσιν εἴρητο γίγνεσθαι περὶ τὰ τείχη. Καταλαβόντων δὲ αὐτὰ τῶν δισχιλίων, ἐπήγαγε τὴν ἄλλην στρατιὰν ὁ Λούκουλλος, καὶ τῇ σάλπιγγι ὑπεσήμαινε κτείνειν Καυκαίους ἅπαντας ἡβηδόν. Οἱ μὲν δὴ, πίστεις τε καὶ θεοὺς ὁρκίους ἐπικαλούμενοι, καὶ Ῥωμαίους ἐς ἀπιστίαν λοιδοροῦντες, διεφθείροντο ὠμῶς, ἐκ δισμυρίων ἀνδρῶν κατὰ πύλας ἀποκρήμνους διαφυγόντων ὀλίγων. Ὁ δὲ Λούκουλλος τὴν πόλιν διήρπαζε, καὶ δόξης Ῥωμαίους ἐνεπίμπλη κακῆς. Οἱ δ' ἄλλοι βάρβαροι συνέθεον ἐκ τῶν πεδίων, οἱ μὲν ἐς τὰ ἀπόκρημνα, οἱ δὲ ἐς τὰς ὀχυρωτέρας πόλεις, συμφέροντες ἃ δύναιντο, καὶ ἐμπιμπράντες ὅσα λείποιεν, τοῦ μηδὲν ἔτι Λούκουλλον εὑρεῖν.

LIII. Ὁ δὲ, πολλὴν γῆν ἔρημον ὁδεύσας, ἔς τινα πόλιν Ἰντερκατίαν ἀφίκετο, ἔνθα πεζοὶ μὲν ὑπὲρ δισμυρίους συνεπεφεύγεσαν, ἱππεῖς δὲ δισχίλιοι. Καὶ αὐτοὺς ὁ Λούκουλλος ἐς συνθήκας ὑπὸ ἀνοίας προὐκαλεῖτο. Οἱ δ' ἐπ' ὀνείδει τὰ Καυκαίων αὐτῷ προὔφερον, καὶ ἐπυνθάνοντο, εἰ ἐπὶ τὰς ἐκείνων πίστεις αὐτοὺς καλοίη; Ὁ δ', οἷον ἅπαντες οἱ ἁμαρτόντες, ἀνθ' ἑαυτοῦ τοῖς ὀνειδίζουσι χαλεπαίνων, ἔκειρεν αὐτῶν τὰ πεδία. Καὶ περικαθίσας κύκλῳ τὴν πόλιν, χώματα ἤγειρε πολλὰ, καὶ συνεχῶς ἐξέτασσε, προκαλούμενος ἐς μάχην. Οἱ δ' οὔπω μὲν ἀντεξέτασσον, ἀλλ' ἦσαν ἀκροβολισμοὶ μόνοι. Θαμινὰ δέ τις τῶν βαρβάρων ἐξίππευεν ἐς τὸ μεταίχμιον, κεκοσμημένος ὅπλοις περιφανῶς, καὶ προὐκαλεῖτο Ῥωμαίων ἐς μονομαχίαν τὸν ἐθέλοντα. Οὐδενὸς δ' ὑπακούοντος, ἐπιτωθάσας, καὶ τῷ σχήματι κατορχησάμενος, ἀπεχώρει. Γιγνομένου δὲ τούτου πολλάκις, ὁ Σκιπίων, ἔτι νέος ὢν, ὑπερήλγησέν τε καὶ προπηδήσας ὑπέστη τὸ μονομάχιον. Εὐτυχῶς δ' ἐκράτησεν ἀνδρὸς μεγάλου, μικρὸς ὤν.

LIV. Καὶ τόδε μὲν ἐπῆρε Ῥωμαίους. Νυκτὸς δὲ φόβοι πολλοὶ κατεῖχον· οἱ γὰρ ἱππεῖς, ὅσοι τῶν βαρβάρων, πρὶν ἀφικέσθαι Λούκουλλον, ἐπὶ χορτολογίαν προεληλύθεσαν, οὐκ ἔχοντες ἐσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν, Λουκούλλου περικαθημένου, περιθέοντες ἐβόων καὶ συνε-

gratia veniret? ecquidve bello esset opus? respondit : se Carpetanis, quos Caucæi violassent, auxilio venire. Illi tum intra urbem se recepere : unde non multo post in Luculli milites, lignatum frumentatumque egressos, impetu facto, multos cædunt, reliquos in castra compellunt. Dein vero, ubi justa acie pugnatum est, Caucæi, similes fere velitibus Romanorum, aliquantisper superiores erant : at ubi tela eos defecere, tum terga verterunt, statariæ pugnæ rudes et insueti. Fuga ad urbem facta, quum in portis colliderentur, circiter tria millia periere.

LII. Postero die seniores cum coronis ac ramis oleæ ad Lucullum accedentes iterum quærebant, quibus conditionibus amicitiam emerent? Responsum est : obsides et argenti talenta centum si darent, eorumque equites cum Romanis militarent. Quibus propere concessis, postulavit Lucullus, ut præsidium in urbem admitterent. Annuentibus et hoc Caucæis, duo millia virorum ex optimis selectorum, in urbem inducit : quibus mandat, ut ingressi mœnia occupent. Hoc facto, mox reliquum exercitum immittit, et tuba signo dato, Caucæos omnes interfici sine ullo ætatis discrimine jubet. Illi fœdera deosque jurisjurandi præsides invocantes, et Romanorum perfidiam exsecrantes, crudeliter necabantur. Ex viginti millibus pauci per præruptas portas evasere. Lucullus, urbe direpta, magnam infamiam Romanis conflavit. Cæteri barbari ex campestribus in prærupta atque inaccessa loca, alii in munitiora oppida confugiebant; comportatis, quæcumque poterant; quæ vero relinquere cogebantur, incensis, ut Lucullo diripiendum nihil superesset.

LIII. Ille igitur, peragrata satis longa regione deserta, ad oppidum Intercatiam pervenit, quo peditum plus viginti millia, equitum duo convenerant. Quos quum Lucullus satis stulte ad fœdus paciscendum hortaretur, illi Caucæorum cladem per probrum objicere, quærereque : an ad eamdem dextram fidemque ipsos vocaret, quam Caucæis dedisset? Ille (ut mos est omnium sibi male consciorum) cum sibi ipse irasci deberet, exprobrantibus ista iratus, agrum eorum pervastavit. Deinde circum obsessa urbe, complures aggeres jecit, et in aciem quoque milites instructos subinde eduxit, si qua ratione ad pugnam elicere posset. At illi, ut justo prælio abstinebant, sic levibus ac velitaribus certaminibus contendebant. Porro inter barbaros vir quidam, splendentibus armis insignis, crebro inter utramque aciem equo vectus procedebat, e Romanis unum, qui secum singulari certamine decerneret, provocans. Sed ubi nemo sese offerebat, Romanos irridere, ac saltatoriis gestibus illudere, sicque ad suos redire, consueverat. Id quia sæpius fiebat, Scipio, tum adhuc juvenis, graviter indoluit, prosiliensque, singulare certamen subiit : ac vasto corpore virum modica ipse statura feliciter devicit.

LIV. Hæc quidem victoria extulit Romanorum animos : sed eosdem proxima nocte gravis terror turbavit. Barbarorum equites, ante Luculli adventum pabulatum egressi, quoniam in urbem a Lucullo obsessam regressus nullus erat, circumcurrentes vociferantesque pavore omnia reple-

τάρασσον· καὶ συνεπήχουν οἱ ἔνδον αὐτοῖς. Ὅθεν ὁ φόβος ἦν τοῖς Ῥωμαίοις ποικίλος. Ἔκαμνον δὲ καὶ τῇ φυλακῇ δι' ἀγρυπνίαν καὶ ἀήθειαν τροφῶν ἐπιχωρίων. Οἴνου γὰρ οὐκ ὄντος, οὐδ' ἁλῶν, οὐδ' ὄξους, οὐδ' ἐλαίου, πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ ἐλάφων κρέα πολλὰ καὶ λαγωῶν χωρὶς ἁλῶν ἑψόμενα σιτούμενοι, κατεῤῥήγνυντο τὰς γαστέρας, καὶ πολλοὶ καὶ ἀπώλλυντο. Μέχρι ποτὲ τὸ χῶμα ἠγέρθη, καὶ τὰ τείχη τῶν πολεμίων τύπτοντες μηχαναῖς, μέρος μέν τι κατέβαλον, καὶ ἐσέδραμον ἐς τὴν πόλιν· μετὰ δ' οὐ πολὺ βιασθέντες τε καὶ ἀναχωροῦντες, ἐσπίπτουσιν ἔς τινα δεξαμενὴν ὕδατος, ὑπὸ ἀγνωσίας, ἔνθα οἱ πλείους ἀπώλοντο. Καὶ νυκτὸς οἱ βάρβαροι τὰ πεσόντα ἀνῳκοδόμουν. Πάνυ δ' ἑκατέρων κακοπαθούντων (ὁ γὰρ λιμὸς ἀμφοῖν ἥπτετο), Σκιπίων ἀνεδέχετο τοῖς βαρβάροις, οὐδὲν ἔσεσθαι παράσπονδον. Καὶ πιστευθεὶς κατὰ κλέος ἀρετῆς, διέλυσε τὸν πόλεμον ἐπὶ τοῖσδε· Λουκούλλῳ δοθῆναι παρὰ τῶν Ἰντερκατίων σάγους μυρίους, καὶ θρεμμάτων τι πλῆθος ὡρισμένον, καὶ πεντήκοντα ἄνδρας ἐς ὅμηρα. Χρυσὸν δὲ καὶ ἄργυρον Λούκουλλος αἰτῶν, (οὗ δὴ χάριν, ἡγούμενος ὅλην Ἰβηρίαν πολύχρυσον εἶναι καὶ πολυάργυρον, ἐπολέμου) οὐκ ἔλαβεν· οὐ γὰρ εἶχον· οὐδ' ἐν δόξῃ ταῦτ' ἐκεῖνοι Κελτιβήρων τίθενται.

LV. Ἐπὶ δὲ Παλλαντίαν ᾔει πόλιν, ἣ δόξαν τε ἀρετῆς εἶχε μείζω, καὶ πολλοὶ συνεπεφεύγεσαν ἐς αὐτήν· ὅθεν αὐτῷ συνεβούλευόν τινες ἀποχωρεῖν πρὸ πείρας. Ὁ δὲ, πολυχρήματον εἶναι πυνθανόμενος, οὐκ ἀνεχώρει, μέχρι σιτολογοῦντα αὐτὸν οἱ Παλλάντιοι συνεχῶς ἱππεῦσιν ἠνώχλουν τε καὶ σιτολογεῖν ἐκώλυον. Ἀπορῶν δὲ τροφῶν ὁ Λούκουλλος, ἀνεζεύγνυ, τετράγωνον ἐν πλινθίῳ τὸν στρατὸν ἄγων, ἑπομένων αὐτῷ καὶ τότε τῶν Παλλαντίων μέχρι Δορίου ποταμοῦ. Ὅθεν οἱ μὲν Παλλάντιοι νυκτὸς ἀνεχώρουν· ὁ δ' ἐς τὴν Τυρδιτανῶν χώραν διελθὼν ἐχείμαζε. Καὶ τοῦτο τέλος ἦν τοῦ Οὐακκαίων πολέμου, παρὰ ψήφισμα Ῥωμαίων ὑπὸ Λουκούλλου γενομένου. Καὶ ὁ Λούκουλλος ἐπὶ τῷδε οὐδὲ ἐκρίθη.

LVI. Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου μέρος ἄλλο Ἰβήρων αὐτονόμων, οἳ Λυσιτανοὶ καλοῦνται, Πουνίκου σφῶν ἡγουμένου, τὰ Ῥωμαίων ὑπήκοα ἐληΐζοντο, καὶ τοὺς στρατηγοῦντας αὐτῶν, Μανίλιόν τε, καὶ Καλπούρνιον Πείσωνα, τρεψάμενοι κτείνουσιν ἑξακισχιλίους, καὶ ἐπ' αὐτοῖς Τερέντιον Οὐάῤῥωνα ταμίαν. Οἷς ἐπαρθεὶς ὁ Πούνικος τὰ μέχρι Ὠκεανοῦ κατέδραμεν· καὶ Οὐέττωνας ἐς τὴν στρατείαν προσλαβὼν, ἐπολιόρκει Ῥωμαίων ὑπηκόους τοὺς λεγομένους Βλαστοφοίνικας· οἷς φασιν Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον ἐποικίσαι τινὰς ἐκ Λιβύης, καὶ παρὰ τοῦτο κληθῆναι Βλαστοφοίνικας. Πούνικος μὲν οὖν λίθῳ πληγεὶς ἐς τὴν κεφαλὴν, ἀπέθανεν. Διαδέχεται δ' αὐτὸν ἀνὴρ ᾧ ὄνομα ἦν Καισαρᾶς. Οὗτος ὁ Καισαρᾶς Μουμμίῳ μετὰ στρατιᾶς ἄλλης ἐπελθόντι ἀπὸ Ῥώμης, ἐς μάχην συνηνέχθη· καὶ ἡττώμενος, ἔφυγε. Μουμμίου δ' αὐτὸν ἀτάκτως διώκοντος, ἐπιστραφεὶς, ἔκτεινεν ἐς ἐννακισχιλίους, καὶ τὴν

bant : quibus quum hi, qui in urbe erant, accinerent, ancipiti trepidatione Romani tumultuabantur. Laborabant etiam invalidæ stationes, debilitatis tum assiduis vigiliis tum insueto cibo militibus. Etenim quum vino, sale, aceto, oleo carerent, ac tritico, hordeo, cervorum leporumque carnibus multis sine sale coctis vescerentur, dysenteria laborare cœperant, eoque morbo multi etiam assumti sunt. Tandem, perfecto aggere, arietibus murum quatiunt; ac jam, parte muri disjecta, in urbem irrumpunt. Unde mox rursus vi repulsi, dum se recipiunt, locorum ignoratione in cisternam aqua repletam illapsi, plerique perierunt. Sequenti nocte barbari murum instaurarunt. Sed quum jam neutris, grassante utrimque fame, satis bene esset, Scipio barbaris respondit, si fœdus fieret, nihil fraudis aut perfidiæ admixtum iri. Et opinio virtutis viri tantum valuit, ut barbari fidei ejus se committerent. Bellum his conditionibus diremtum : Intercatii Lucullo darent sex millia sagorum, pecudum certum quemdam numerum, obsides quinquaginta. Auri atque argenti (cujus siti, quod Hispaniam iis abundare credidisset, bellum intulerat Lucullus) nihil dare poterant : neque enim habebant, neque in pretio esse apud illius regionis Celtiberos metalla ista solent.

LV. Inde Pallantiam itum est, urbem virtutis fama clariorem, in quam etiam plurimi confugerant. Qua de causa fuere, qui Lucullum admonerent, ut intentato oppido abscederet : sed homo avarus ab urbe, quam locupletem esse inaudiverat, non ante abstrahi potuit, quam crebris Pallantinorum equitum incursibus frumentari prohibitus, commeatus inopia laborare cœpit. Tum demum quadrato agmine exercitum reduxit, urgentibus etiam a tergo Pallantinis, donec ad Durium flumen perventum est. Hinc Pallantini noctu in sua regressi sunt; Lucullus vero in Turdetaniam hiematum concessit. Hoc modo confectum est Vaccæorum bellum : quod quamvis injussu populi Romani suscepisset gessissetque Lucullus, nunquam tamen ob id ne in judicium quidem vocatus est.

LVI. Dum hæc in Celtiberia geruntur, Lusitani (pars alia Hispanorum suis legibus viventium), duce Punico, sociorum populi Romani agros depopulati sunt; fugatisque romanis prætoribus, Manilio primum, tum Calpurnio Pisone, sex millia Romanorum, cum quæstore Terentio Varrone, interfecerunt. Qua victoria elatus Punicus ad Oceanum usque pervagatus est, et Vettonibus secum assumtis, Romanorum subditos, Blastophœnicas appellatos, obsedit. Hos ex Libya, ferunt, ab Annibale Carthaginiensi eo traductos, inde nomen traxisse. Punicus saxo in caput vulneratus, moritur. In ejus locum suffectus vir cognomento Cæsaras. Hic cum Mummio, qui cum exercitu Roma nuper advenerat, commisso prælio victus, fugit : sed quum effuso incompositoque agmine Mummius insequeretur, conversus cum suis, ad novem millia cecidit; ac præda omni, quam

τε λείαν τὴν ἡρπασμένην καὶ τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον ἀνεσώσατο, καὶ τὸ Ῥωμαίων προσέλαβέ τε, καὶ διήρπασεν ὅπλα καὶ σημεῖα πολλά· ἅπερ οἱ βάρβαροι κατὰ τὴν Κελτιβηρίαν ὅλην περιφέροντες, ἐπετώθαζον.

LVII. Μούμμιος δ' ὑπολοίπους ἔχων πεντακισχιλίους, ἐγύμναζεν ἔνδον ἐν τῷ στρατοπέδῳ, δεδιὼς ἄρα προελθεῖν ἐς τὸ πεδίον, πρὶν τοὺς ἄνδρας ἀναθαῤῥῆσαι. Φυλάξας δὲ εἴ τι μέρος οἱ βάρβαροι τῆς ἀφῃρημένης λείας παρέφερον, ἀδοκήτως αὐτοῖς ἐπέθετο· καὶ πολλοὺς διαφθείρας, ἔλαβε τὴν λείαν καὶ τὰ σημεῖα. Λυσιτανῶν δ' οἱ ἐπὶ θάτερα τοῦ Τάγου ποταμοῦ, κἀκεῖνοι Ῥωμαίοις πεπολεμωμένοι, Καυκαίνου σφῶν ἡγουμένου, Κουνέους ἐπόρθουν, οἳ Ῥωμαίοις ἦσαν ὑπήκοοι, καὶ πόλιν αὐτῶν μεγάλην εἷλον Κονίστοργιν. Παρά τε τὰς στήλας τὰς Ἡρακλείους τὸν Ὠκεανὸν ἐπέρων· καὶ οἱ μὲν τὴν ἄλλην Λιβύην κατέτρεχον, οἱ δ' Ὀκίλην πόλιν ἐπολιόρκουν. Μούμμιος δ' ἑπόμενος ἐννακισχιλίοις πεζοῖς καὶ ἱππεῦσι πεντακοσίοις, ἔκτεινε τῶν μὲν δῃούντων ἐς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους, τῶν δ' ἑτέρων τινάς· καὶ τὴν πολιορκίαν διέλυσε τὴν Ὀκίλης. Ἐντυχὼν δὲ καὶ τοῖς φέρουσιν ἃ σεσυλήκεσαν, ἔκτεινε καὶ τούσδε πάντας, ὡς μηδ' ἄγγελον ἀπὸ τοῦ κακοῦ διαφυγεῖν. Τὴν δὲ λείαν διαδοὺς τῷ στρατῷ τὴν δυνατὴν φέρεσθαι, τὰ λοιπὰ τοῖς θεοῖς τοῖς ἐνυαλίοις ἔκαυσε. Καὶ Μούμμιος μὲν, τάδε πράξας, ἐπανῆλθεν ἐς Ῥώμην, καὶ ἐθριάμβευσεν.

LVIII. Ἐκδέχεται δ' αὐτὸν Μάρκος Ἀτίλιος· ὃς Λυσιτανῶν μὲν ἐς ἑπτακοσίους ἐπιδραμὼν ἀπέκτεινε, καὶ τὴν μεγίστην πόλιν ἐξεῖλεν, ᾗ ὄνομα Ὀξθράκαι· τὰ δ' ἐγγὺς καταπληξάμενος, ἅπαντα ἐπὶ συνθήκαις παρέλαβε. Καὶ τούτων ἦν ἔνια τοῦ Οὐεττώνων ἔθνους, ὁμόρου τοῖς Λυσιτανοῖς. Ὡς δ' ἀνεζεύγνυε χειμάσων ὁ Ἀτίλιος, αὐτίκα πάντες μετετίθεντο, καί τινας Ῥωμαίοις ὑπηκόους ἐπολιόρκουν· οὓς ἐπειγόμενος ἐξελεῖν τῆς πολιορκίας Σερούϊος Γάλβας, ὁ Ἀτιλίου διάδοχος, ἡμέρᾳ μιᾷ καὶ νυκτὶ πεντακοσίους σταδίους διελθὼν, ἐπιφαίνεται τοῖς Λυσιτανοῖς, καὶ εὐθὺς ἐς μάχην ἐξέτασσε, κατάκοπον τὸν στρατὸν ἔχων. Τρεψάμενος δ' εὐτυχῶς τοὺς πολεμίους, ἐπέκειτο φεύγουσιν ἀπειροπολέμως. Ὅθεν ἀσθενοῦς αὐτῷ καὶ ἀσυντάκτου τῆς διώξεως οὔσης διὰ κόπον, οἱ βάρβαροι κατιδόντες αὐτοὺς διεσπασμένους τε καὶ ἀναπαυομένους κατὰ μέρη, συνελθόντες ἐπέθεντο, καὶ κτείνουσιν ἐς ἑπτακισχιλίους. Ὁ δὲ Γάλβας μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἱππέων κατέφυγεν ἐς Καρμένην πόλιν· ἔνθα τοὺς διαφυγόντας ἀνελάμβανε, καὶ συμμάχους ἀθροίσας ἐς δισμυρίους, διῆλθεν ἐς Κουνέους· καὶ παρεχείμαζεν ἐν Κονιστόργει.

LIX. Λούκουλλος δὲ, ὁ τοῖς Οὐακκαίοις ἄνευ ψηφίσματος πολεμήσας, ἐν Τυρδιτανίᾳ τότε χειμάζων, ᾔσθετο Λυσιτανῶν ἐς τὰ πλησίον ἐμβαλόντων. Καὶ περιπέμψας τοὺς ἀρίστους τῶν ἡγεμόνων, ἔκτεινε τῶν Λυσιτανῶν ἐς τετρακισχιλίους. Περί τε Γάδειρα τὸν πορθμὸν ἑτέρων περώντων, ἔκτεινεν ἐς χιλίους καὶ πεντακοσίους· καὶ τοὺς λοιποὺς, συμφυγόντας ἔς τινα λόφον,

ex superioribus rapinis habuerat, castrisque suis conservatis, Romanorum castris est potitus, et arma signaque multa militaria cepit; quæ deinde barbari per ludibrium tota Hispania circumferebant.

LVII. Mummius quinque millia, quæ superfuerant, intra vallum exercebat; non prius sibi in campum descendendum statuens, quam militum animos, recenti clade territos, confirmasset. Quumque tempus observasset quo prædæ partem aliquam transferebant barbari, ex improviso eos adortus, multis interfectis, et prædam et vexilla recuperavit. Jam et illi ex Lusitanis, qui trans Tagum incolunt, ad bellum adversus Romanos concitati, Caucæno duce, Cuneos, Romanorum subditos, invasere, eorumque urbem amplam Conistorgim expugnavere. Dein trajecto ad Herculis columnas Oceano, pars reliquam Africam [?] populari, alii Ocilam urbem obsidere. Mummius subsecutus novem millibus peditum, equitum quingentis, ad quindecim millia eorum qui agros vastabant, nonnullos quoque ex altera manu, occidit, et Ocilæ urbis obsidionem solvit. Occurrens etiam iis qui prædam avertebant, omnes ita delevit, ut ne nuncius quidem cladis superfuerit. Ceterum prædam omnem, quæ ferri posset, militibus divisit; reliqua diis belli præsidibus consecratam cremavit. His rebus gestis, Romam reversus Mummius triumphavit.

LVIII. Successor Mummii, M. Atilius, incursione facta, ad septingentos Lusitanos interfecit, excisaque eorum maxima urbe (Oxthracas vocitabant), sic vicina loca terruit, ut omnia in deditionem venirent; inter quæ nonnulla erant Vettonum, gentis finitimæ Lusitanis. Sed Atilio in hiberna profecto, omnes illico defecerunt, et Romanorum quosdam subditos obsederunt. Quos dum obsidione eximere properat Servius Galba, qui Atilio successor in Lusitaniam venerat, uno die ac nocte supra LX millia passuum emensus, in conspectum hostium venit; et, nulla interposita mora, militem labore viæ confectum in aciem eduxit. Atque hostes, feliciter quidem fusos fugatosque, imprudenter admodum est insecutus. Nam quum ob lassitudinem segniter atque incomposito agmine Romani milites sequerentur, Lusitani, dissipatos illos ac per vices requiescentes conspicati, in unum sese paulatim agglomerantes, irruerunt, et septem millia peremerunt. Galba cum equitibus quos circa se habuit, Carmenen [Carmonam?] urbem fuga pervenit, quo et multi alii confugerant: quibus receptis, collectisque sociorum viginti millibus, in Cuneos transiit, et Conistorgi hiemavit.

LIX. Lucullus, qui nullo populi Romani edicto Vaccæis arma intulerat, in Turdetania hiemans, postquam Lusitanos finitimas regiones invasisse intellexit, dimissis fortissimis ex legatis suis, circiter quatuor millia Lusitanorum occidit: tum ex alia eorumdem populorum manu, quæ ad Gades fretum trajiciebat, ad mille quingentis interfectis, reliquos, qui tumulum quemdam occupaverant, circumducto

ἀπετάφρευσε, πλῆθός τε ἔλαβεν ἀνδρῶν ἄπειρον. Καὶ τὴν Λυσιτανίαν ἐπιὼν κατὰ μέρος ἐπόρθει. Ἐπόρθει δὲ ὁ καὶ Γάλβας ἐπὶ θάτερα. Καί τινων πρεσβευομένων ἐς αὐτὸν, καὶ θελόντων βεβαιοῦν καὶ ὅσα Ἀτιλίῳ τῷ πρὸ αὐτοῦ στρατηγῷ συνθέμενοι παρεβεβήκεσαν, ἐδέχετο, καὶ ἐσπένδετο· καὶ ὑπεκρίνετο αὐτοῖς καὶ συνάχθεσθαι, ὡς δι' ἀπορίαν λῃστεύουσί τε καὶ πολεμοῦσι καὶ παρεσπονδηκόσι. Τὸ γὰρ λυπρόγαιον, ἔφη, καὶ πενιχρὸν ὑμᾶς ἐς ταῦτα ἀναγκάζει. Δώσω δ' ἐγὼ πενομένοις φίλοις γῆν ἀγαθὴν, καὶ ἐν ἀφθόνοις συνοικιῶ, διελὼν ἐς τρία.

LX. Οἱ μὲν δὴ, τάδε προσδοκῶντες, ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀνίσταντο, καὶ συνῄεσαν οἷ προσέτασσεν ὁ Γάλβας. Ὁ δὲ αὐτοὺς ἐς τρία διῄρει. Καὶ πεδίον ἑκάστοις τι ὑποδείξας, ἐκέλευσεν ἐν τῷ πεδίῳ περιμένειν, μέχρι πολίσειεν αὐτοὺς ἐπελθών. Ὡς δ' ἧκεν ἐπὶ τοὺς πρώτους, ἐκέλευεν, ὡς φίλους, θέσθαι τὰ ὅπλα· θεμένους δ' ἀπετάφρευέ τε, καὶ μετὰ ξιφῶν τινας ἐσπέμψας, ἀνεῖλεν ἅπαντας, ὀδυρομένους τε καὶ θεῶν ὀνόματα καὶ πίστεις ἀνακαλοῦντας. Τῷ δ' αὐτῷ τρόπῳ καὶ τοὺς δευτέρους καὶ τρίτους ἐπειχθεὶς ἀνεῖλεν, ἀγνοοῦντας ἔτι τὰ πάθη τὰ τῶν προτέρων· ἀπιστίᾳ μὲν ἄρα ἀπιστίαν μετιὼν, οὐκ ἀξίως δὲ Ῥωμαίων μιμούμενος βαρβάρους. Ὀλίγοι δ' αὐτῶν διέφυγον· ὧν ἦν Οὐρίατθος, ὃς μετ' οὐ πολὺ ἡγήσατο Λυσιτανῶν, καὶ ἔκτεινε πολλοὺς Ῥωμαίων, καὶ ἔργα μέγιστα ἐπεδείξατο. Ἀλλὰ τάδε μὲν, ὕστερον γενόμενα, ὕστερον λέξω. Τότε δὲ ὁ Γάλβας, Λουκούλλου φιλοχρηματώτερος ὢν, ὀλίγα μέν τινα τῆς λείας τῇ στρατιᾷ διεδίδου, καὶ ὀλίγα τοῖς φίλοις, τὰ λοιπὰ δὲ ἐσφετερίζετο, καίτοι πλουσιώτατος ὢν ὁμοῦ τι Ῥωμαίων. Ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ εἰρήνῃ, φασὶν, αὐτὸν διαλιπεῖν ψευδόμενόν τε καὶ ἐπιορκοῦντα διὰ κέρδη. Μισούμενος δὲ καὶ κατηγορούμενος, διέφευγε διὰ τὸν πλοῦτον.

LXI. Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον, ὅσοι διέφευγον ἐκ τῆς Λουκούλλου καὶ Γάλβα παρανομήσεως, ἁλισθέντες ἐς μυρίους, τὴν Τυρδιτανίαν κατέτρεχον. Καὶ αὐτοῖς ἀπὸ Ῥώμης ἐπελθὼν Γάϊος Οὐετίλιος, ἄγων τέ τινα στρατὸν ἄλλον, καὶ τοὺς ἐν Ἰβηρίᾳ προσλαβὼν, ἅπαντας ἔχων ἐς μυρίους, ἐπέπεσε προνομεύουσι, καὶ πολλοὺς ἀνελὼν, συνέωσε τοὺς λοιποὺς ἔς τι χωρίον, οἷ κινδυνεύειν τε μένοντας ἐχρῆν ὑπὸ λιμοῦ, καὶ ἀπιόντας, ὑπὸ Ῥωμαίων· ὧδε γὰρ εἶχε δυσχωρίας. Καὶ διὰ τοῦτο πρέσβεις ἐς τὸν Οὐετίλιον ἔπεμπον σὺν ἱκετηρίαις, γῆν ἐς συνοικισμὸν αἰτοῦντες, ὡς ἀπὸ τοῦδε ἐσόμενοι Ῥωμαίων ἐς πάντα κατήκοοι. Ὁ δὲ ὑπισχνεῖτο δώσειν, καὶ συνετίθετο ἤδη. Οὐρίατθος δ', ὁ ἐκ τῆς Γάλβα παρανομίας ἐκφυγὼν, τότε συνὼν αὐτοῖς, ὑπεμίμνησκε τῆς Ῥωμαίων ἀπιστίας, ὁσάκις τε αὐτοῖς ὀμόσαντες ἐπιθοῖντο, καὶ ὡς ὅδε πᾶς ὁ στρατὸς ἐκ τοιῶνδε ἐπιορκιῶν Γάλβα καὶ Λουκούλλου διαφύγοιεν· οὐδ' ἀπορεῖν, ἔφη, σωτηρίας ἀπὸ τοῦδε τοῦ χωρίου, ἂν ἐθέλωσι πείθεσθαι.

LXII. Ἐρεθισθέντων δ' αὐτῶν, καὶ ἐν ἐλπίσι γενο-

vallo fossaque obsedit, et infinitam hominum multitudinem cepit. Denique Lusitaniam ingressus, carptim depopulatus est. Idemque altera ex parte faciebat Galba. Ad quem quum legati venissent, seque dicerent velle ea fœdera firmare, quæ cum Atilio, qui paulo ante dux belli fuerat, pacti, violarant, benigne quidem illos excepit, fidemque dedit; simulans, se eorum vicem dolere, quod ob inopiam latrocinia exercere ac bella gerere et fœdera transgredi coacti essent. Nec enim (aiebat) apud me dubium est, quin agri vestri infecunditas, et paupertas, eo vos compulerit. Proinde si amici esse volueritis, inopibus dabo terram bonam, et tres in partes divisos locis uberrimis statuam.

LX. His illi promissis pellecti, relictis suis sedibus, frequentes eo conveniebant, quo Galba jusserat. Igitur in tria agmina partitos, unumquodque agmen in certa planitie, quam cuique demonstravit, exspectare jussit, dum ad singulos veniret, et loca, quibus novas sedes caperent, singulis assignaret. Deinde ad primos accedens, ceu jam amicos, arma deponere jubet : armis spoliatos, vallo circumdat : postremo immissis militibus cum gladiis, omnes trucidat, lamentantes et deorum nomina fidemque implorantes. Eodem modo secundos, et tertios, ingenti festinatione delevit, priusquam de sociorum calamitate aliquid resciscere potuissent. Sic perfidiam perfidia ultus est Galba, ratione romano homine prorsus indigna barbarorum feritatem imitatus. Evasere tamen, ex illis pauci; inter quos Viriathus, qui non multo post Lusitanis præfuit, editisque præclarissimis facinoribus, Romanorum multos occidit. Sed de his, quæ posterius gesta sunt, deinceps memorabimus. Ibi tum Galba, Lucullum avaritia superans, ex spoliis pauca militibus, pauca amicis distribuit; reliqua ipse, quanquam Romanorum prope ditissimus erat, intervertit. Sed eumdem ne in pace quidem, aiunt, aut mendacio aut perjurio abstinuisse, dum rem faceret. Invisus igitur omnibus, et ad judicium tractus, divitiarum tamen præsidio evasit.

LXI. Haud multo post, quos Luculli et Galbæ perfidia reliquos fecerat, ad decem millia congregati, Turdetaniam incursionibus vastarunt. Adversus quos Roma veniens C. Vetilius, adductis novis copiis, et quæ in Hispania erant assumtis, virorum in universum decem millibus hostes prædabundos aggressus, multis interfectis, reliquos in castellum quoddam compulit; in quo manentibus fames, abeuntibus grave a Romanis periculum imminebat : tantum difficultatis situs loci afferebat. Quapropter legatis ad Vetilium cum ramis oleæ missis, locum ad habitandum petierunt, seque deinceps in populi romani potestate fore promiserunt. Jamque Vetilius daturum se eis sedes, pollicitus erat, et jam fœdus paciscebatur, quum Viriathus (qui ex iniqua illa Galbæ crudelitate evaserat, et forte fortuna tunc temporis inter eos versabatur) admonere illos Romanorum perfidiæ cœpit : qui data toties fide in eos impetum fecissent, adeo ut ipse ille exercitus nihil aliud esset, nisi reliquiæ perjuriorum Galbæ et Luculli. Denique, si modo parere velint, tutum ex eo loco receptum minime sese desperare, affirmavit.

LXII. Quibus verbis permotis et in spem erectis omnium

μένων, ᾑρέθη τε στρατηγὸς, καὶ πάντας ἐκτάξας ἐς μέτωπον ὡς ἐπὶ μάχῃ, τοὺς μὲν ἄλλους ἐκέλευσεν, ὅταν αὐτὸς ἐπιβῇ τοῦ ἵππου, διαιρεθέντας ἐς μέρη πολλὰ, φεύγειν, ὡς δύνανται, κατ' ἄλλας καὶ ἄλλας ὁδοὺς ἐς Τριβόλαν πόλιν· ἔνθα αὐτὸν περιμένειν. Χιλίους δὲ μόνους ἐπιλεξάμενος, ἐκέλευσεν αὐτῷ συνίστασθαι. Καὶ γιγνομένων τούτων, οἱ μὲν εὐθὺς ἔφυγον ἐπειδὴ ὁ Οὐρίατθος τὸν ἵππον ἀνέβη. Ὁ δὲ Οὐετίλιος αὐτοὺς δείσας διώκειν, ἐς πολλὰ διῃρημένους, ἐπὶ τὸν Οὐρίατθον ἑστῶτα καὶ ἐφεδρεύοντα τῷ γενησομένῳ τραπεὶς, ἐμάχετο. Ὁ δ' ὠκυτάτοις ἵπποις αὐτὸν ἐνοχλῶν, καὶ ὑποφεύγων, καὶ πάλιν ἱστάμενος, καὶ ἐπιὼν, ἐκείνην τε τὴν ἡμέραν ἐν τῷ αὐτῷ πεδίῳ, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ὅλην, διέτριψε περιθέων. Ὡς δ' εἴκασεν, ἀσφαλῶς ἔχειν τῆς φυγῆς τοὺς ἑτέρους, τότε νυκτὸς ὁρμήσας δι' ὁδῶν ἀτρίβων, κουφοτάτοις ἵπποις ἀπέδραμεν ἐς Τριβόλαν, Ῥωμαίων αὐτὸν διώκειν ὁμοίως οὐ δυναμένων, διά τε βάρος ὅπλων καὶ ἀπειρίαν ὁδῶν, καὶ ἵππων ἀνομοιότητα. Ὧδε μὲν ἐξ ἀέλπτου στρατὸν ἀπογιγνώσκοντα αὑτοῦ περιέσωσε· καὶ τὸ στρατήγημα τόδε, περιφερόμενον ἐς τοὺς τῇδε βαρβάρους, ἐξῆρεν αὐτόν· καὶ πολλοὶ πανταχόθεν αὐτῷ προσεχώρουν. Ὁ δὲ ἐς τρία ἔτη Ῥωμαίοις ἐπολέμει.

LXIII. Καί μοι δοκεῖ τὸν Οὐριάτθου πόλεμον, σφόδρα τε ἐνοχλήσαντα Ῥωμαίοις, καὶ δυσεργότατον αὐτοῖς γενόμενον, συναγαγεῖν· ἀναθέμενον, εἴ τι τοῦ αὐτοῦ χρόνου περὶ Ἰβηρίαν ἄλλο ἐγίγνετο. Οὐετίλιος μὲν δὴ αὐτὸν διώκων, ἦλθεν ἐπὶ τὴν Τριβόλαν. Ὁ δ' Οὐρίατθος, ἐν λόχμαις ἐνέδραν ἐπικρύψας, ἔφυγε· μέχρι, τὰς λόχμας ὑπερελθόντος τοῦ Οὐετιλίου, αὐτός τε ἐπεστρέφετο, καὶ οἱ ἐκ τῆς ἐνέδρας ἀνεπήδων, καὶ Ῥωμαίους ἑκατέρωθεν ἔκτεινόν τε καὶ ἐζώγρουν, καὶ ἐς τὰς φάραγγας ἐώθουν. Ἐζωγρήθη δὲ καὶ ὁ Οὐετίλιος· καὶ αὐτὸν ὁ λαβὼν ἀγνοῶν, γέροντα ὑπέρπαχυν ὁρῶν, ἔκτεινεν, ὡς οὐδενὸς ἄξιον. Ῥωμαίων δὲ μόλις ἐκ μυρίων ἑξακισχίλιοι διέδρασαν ἐς Καρπησσὸν, ἐπὶ θαλάσσῃ πόλιν· ἣν ἐγὼ νομίζω πρὸς Ἑλλήνων πάλαι Ταρτησσὸν ὀνομάζεσθαι, καὶ Ἀργανθώνιον αὐτῆς βασιλεῦσαι, ὃν ἐς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη ἀφικέσθαι φασί. Τοὺς μὲν οὖν ἐς τὴν Καρπησσὸν διαφυγόντας ὁ ταμίας, ὃς εἵπετο τῷ Οὐετιλίῳ, συνέτασσεν ἐπὶ τειχῶν δεδιότας. Παρὰ δὲ Βελλῶν καὶ Τιτθῶν αἰτήσας πεντακισχιλίους συμμάχους, καὶ λαβὼν, προὔπεμψεν ἐπὶ τὸν Οὐρίατθον. Ὁ δὲ πάντας ἔκτεινεν, ὡς μηδ' ἄγγελον διαφυγεῖν. Καὶ ὁ ταμίας ἡσύχαζεν ἐν τῇ πόλει, περιμένων τινὰ βοήθειαν ἀπὸ Ῥώμης.

LXIV. Οὐρίατθος δὲ τὴν Καρπητανίαν, εὐδαίμονα χώραν, ἐπιὼν ἀδεῶς, ἐλεηλάτει· ἕως ἧκεν ἐκ Ῥώμης Γάϊος Πλαύτιος, ἄγων πεζοὺς μυρίους καὶ ἱππέας χιλίους ἐπὶ τριακοσίοις. Τότε δ' αὖθις ὑπεκρίνατο φεύγειν ὁ Οὐρίατθος· καὶ ὁ Πλαύτιος αὐτὸν ἔπεμψε διώκειν ἐς τετρακισχιλίους· οὓς ἐπιστραφεὶς ὁ Οὐρίατθος ἔκτεινε, χωρὶς ὀλίγων. Καὶ τὸν Τάγον ποταμὸν διαβὰς, ἐστρατοπέδευεν ἐν ὄρει περιφύτῳ μὲν ἐλάαις, Ἀφροδίτης δ'

phace ad id bellum ei esset futurum, insciis Asdrubale Masinissaque, qui tum in Hispania erant, Syphaci virginem elocarunt. Quod ægerrime ferens Masinissa, fœdus et ipse cum Scipione in Hispania iniit, non sentiente (ut putabat) Asdrubale. Qui, re cognita, moleste quidem tulit illatam adolescenti ac filiæ injuriam : tamen e republica Pœnorum fore putabat, si Masinissam e medio tolleret. Et revertentem, post patris obitum, ex Hispania in Africam, deducendum dedit equitibus, addito mandato, ut clam eum per insidias, quomodocumque possent opprimerent.

XI. Masinissa, dolum subodoratus, evasit, regnumque paternum sibi confirmavit; collecto equitatu, assueto die noctuque velitari jaculationibus, incursando recursandoque. Nam omnino illis non alia pugnandi ratio est, quam nunc fugere, nunc persequi. Sciunt autem et famem ferre Numidæ; et herbis sæpe frumenti vice, pro potu semper sola aqua, utuntur. Equi eorum hordeum ne gustant quidem, herba semper vescentes, et raro bibentes. Ex hoc genere Masinissa collectis ferme XX millibus, educebat eos ad venationes, aut ad prædas abigendas e cæteris gentibus, eadem opera et res geri posse, et copias suas exerceri, existimans. Carthaginienses vero et Syphax, rati, contra se factum hunc adolescentis apparatum (erant enim sibi offensæ conscii), decreverunt, priores illum invadere ac debellare, et ita demum Romanis occurrere.

XII. Ac numero quidem longe superiores erant Syphax et Carthaginienses; sed prægravati plaustris impedimentisque ad delicias usque secum trahebant. Contra Masinissa laboris exemplum erat suis omnibus, nihil habens præter equitatum, non jumenta, non commeatus. Quo expeditior et fugiebat hostem, et adoriebatur; rursumque in loca munita se recipiebat. Ac sæpe, circumventus, dividebat copias, ut turmatim, qua possent, effugerent : ipse interim cum paucis latitabat, donec suos, aut noctu aut postero die ex condicto ad se confluentes, reciperet. Et accidit aliquando, ut cum duobus non amplius comitibus in spelunca lateret, circum quam hostes castra habebant. Neque vero unquam stativa castra habuit; sed ars Masinissæ præcipua fuit, curare, ne hostis sciret, ubi locorum lateret. Quo factum est, ut hostes non possent eum aggredi, sed tantum irruentem arcerent. Commeatum autem quotidie ex proximo quoque loco, quem sub vesperam nactus esset, sive vico, sive oppido, comparabat; diripiens cuncta, dividensque sociis. Quamobrem multi ad eum Numidæ confluebant, non ob stipendia, quæ nulla erant ordinaria, sed ob lucra, uberioria stipendiis.

XIII. Ad hunc modum Masinissa Pœnos infestante, Scipio, rebus interim omnibus apparatis in Sicilia, sacra fecit Jovi Neptunoque : et in Africam profectus est, navibus longis duabus supra quinquaginta, onerariis LX, actuariis lem-

πολλοὶ συνείποντο αὐτῷ. Καὶ στρατιὰν ἦγε, πεζοὺς μὲν ἑξακισχιλίους ἐπὶ μυρίοις, ἱππέας δὲ χιλίους καὶ ἑξακοσίους. Ἐπήγετο δὲ καὶ βέλη καὶ ὅπλα καὶ μηχανήματα ποικίλα, καὶ ἀγορὰν πολλήν· καὶ Σκιπίων μὲν ὧδε διέπλει. Καρχηδόνιοι δὲ καὶ Σύφαξ, πυνθανόμενοι, ἔγνωσαν ἐν τῷ παρόντι ὑποκρίνασθαί τε Μασσανάσσῃ καὶ ἐς φιλίαν ὑπαγαγέσθαι, μέχρι ὅτου Σκιπίωνος ἐπικρατήσαιεν. Ὁ δ' οὐκ ἠγνόει μὲν ἐξαπατώμενος· ἀντενεδρεύων δὲ, καὶ μηνύων πάντα τῷ Σκιπίωνι, ἧκε πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν, ὡς συνηλλαγμένος, μετὰ τῶν ἰδίων ἱππέων. Καὶ ἐστρατοπέδευον οὐ μακρὰν ἀπ' ἀλλήλων Ἀσδρούβας τε καὶ Σύφαξ καὶ Μασσανάσσης, περὶ Ἰτύκην πόλιν· ἐς ἣν ὁ Σκιπίων καταχθεὶς ὑπ' ἀνέμων, καὶ αὐτὸς ἐστρατοπέδευσε περὶ αὐτήν. Οὐ πολὺ δ' ἀπεῖχεν ὁ Ἀσδρούβας αὐτοῦ, στρατιὰν ἔχων ἐς δισμυρίους πεζοὺς, καὶ ἱππέας ἑπτακισχιλίους, καὶ ἐλέφαντας ἑκατὸν ἐπὶ τεσσαράκοντα.

XIV. Σύφαξ μὲν οὖν, εἴτε δείσας, εἴτε ἄπιστος ἐς ἑκατέρους γιγνόμενος παρὰ μέρος, ἐσκήψατό τι λυπεῖν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ τοὺς ὁμόρους βαρβάρους, καὶ ἀνεζεύγνυεν ἐς τὰ οἰκεῖα. Σκιπίων δὲ κατ' ὀλίγους ἔπεμπεν ἐπιχειρεῖν τῷ Ἀσδρούβᾳ· καί τινες αὐτῷ καὶ τῶν πόλεων προσεχώρουν. Νυκτὸς δὲ λαθὼν ὁ Μασσανάσσης ἧκεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τοῦ Σκιπίωνος· καὶ δεξιωσάμενος αὐτὸν, ἐδίδασκε, τῆς ἐπιούσης ἔς τι χωρίον ἀπὸ τριάκοντα σταδίων Ἰτύκης, ἔνθα πύργος ἐστὶν, Ἀγαθοκλέους ἔργον τοῦ Συρακουσίων τυράννου, μὴ πλείους πεντακισχιλίων ἐνεδρεῦσαι. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ τὸν Ἀσδρούβαν ἔπειθε, τὸν ἵππαρχον Ἄννωνα πέμψαι, τό τε πλῆθος τῶν ἐχθρῶν ἐπισκεψόμενον, καὶ ἐς Ἰτύκην ἐσδραμούμενον, μή τι πλησιαζόντων πολεμίων νεωτερίσειαν. Καὶ αὐτὸς ὑπισχνεῖτο, εἰ κελεύοιτο, ἕψεσθαι. Ἄννων μὲν δὴ χιλίους ἦγεν ἐπιλέκτους ἱππέας Καρχηδονίους, καὶ Λιβύων τι πλῆθος· Μασσανάσσης δὲ Νομάδας τοὺς ἑαυτοῦ. Ὡς δ' ἐπὶ τὸν πύργον ἀφίκοντο, καὶ ὁ Ἄννων ἐξίππευσεν ἐς τὴν Ἰτύκην σὺν ὀλίγοις, μέρος τι τῆς ἐνέδρας ἐξεφαίνετο· καὶ ὁ Μασσανάσσης ἐκέλευε τὸν τεταγμένον ἐπὶ τοῖς ἱππεῦσι τῶν Καρχηδονίων ἐπιδραμεῖν αὐτοῖς, ὡς οὖσιν ὀλίγοις. Καὶ αὐτὸς ἐκ βραχέως εἵπετο, ὡς ἐπιβοηθήσων. Ἐν μέσῳ δὲ τῶν Λιβύων γενομένων, ἥ τε πλείων ἐνέδρα κατεφαίνετο, καὶ συνηκόντισαν αὐτοὺς ἑκατέρωθεν οἵ τε Ῥωμαῖοι καὶ ὁ Μασσανάσσης· πλὴν τετρακοσίων, οἳ ἐλήφθησαν αἰχμάλωτοι. Μασσανάσσης δ' ἐπεὶ τοῦτο ἐξετετέλεστο, ἀπήντα τῷ Ἄννωνι κατὰ σπουδὴν, ὡς φίλος, ἐπανιόντι· καὶ συλλαβὼν αὐτὸν, ἀπῆγεν ἐς τὸ τοῦ Σκιπίωνος στρατόπεδον, καὶ ἀντέδωκεν Ἀσδρούβᾳ τῆς μητρὸς τῆς ἑαυτοῦ.

XV. Σκιπίων δὲ καὶ Μασσανάσσης τὴν χώραν ἐπόρθουν, καὶ Ῥωμαίων ἐξέλυον ὅσοι δεθέντες ἔσκαπτον ἐν τοῖς ἀγροῖς, ἐξ Ἰβηρίας, ἢ Σικελίας, ἢ ἀπ' αὐτῆς τῆς Ἰταλίας πεμφθέντες ὑπὸ Ἀννίβου. Πολιορκοῦσι δ' αὐτοῖς πόλιν μεγάλην, ᾗ ὄνομα ἦν Λόχα, καὶ πολλὰ δεινὰ πάσχουσιν, οἱ μὲν Λοχαῖοι προστιθεμένων τῶν

bisque multis subsequentibus. Copias autem ducebat XVI M. peditum, equites MDC. Telorumque magnam vim et omnis generis arma machinasque, multumque frumenti, advehebat. Cujus de adventu ubi Carthaginienses et Syphax audivere; statuerunt, ad præsens per amicitiæ simulationem sibi Masinissam conciliare, donec Scipionem vicissent. Id consilium non latuit Masinissam : sed, ut dolum dolo rependeret, Scipionem de rebus omnibus certiorem faciens, ad Asdrubalem velut reconciliatus venit cum suis equitibus. Et castra modicis intervallis Asdrubal et Syphax et Masinissa locaverunt, haud procul ab Utica urbe; in cujus vicinia et ipse Scipio, ventis in eam partem delatus, castra posuerat. Et a Scipione quidem proxime aberat Asdrubal, cum XX peditum, equitum VII millibus, elephantis CXL.

XIV. Syphax autem, sive metu, sive ancipiti erga utrasque partes perfidia, finxit, regnum suum infestari a finitimis barbaris, atque ita domum rediit. Scipio paucorum velitationibus tentare cœpit Asdrubalem; et oppida etiam quædam interim in deditionem accepit. Masinissa vero clam noctu in castra Scipionis venit : et post mutuam salutationem admonuit eum, ut sequenti die, trigesimo ab Utica stadio, prope turrim, cui a conditore Agathocle, Syracusanorum tyranno, nomen erat, quinque millia, non amplius, collocaret in insidiis. Prima dein luce persuasit Asdrubali, ut Annonem præfectum equitum mitteret, speculaturum hostium copias, et in Uticam pervasurum, ne, hoste propinquo, novis rebus oppidani studerent : pollicitus, secuturum se, si hoc illi placeat. Et Anno proficiscitur cum lectissimis mille Pœnorum equitibus, et Afrorum manu : Masinissa cum suis Numidis. Ut vero ad turrim ventum est, postquam Anno jam versus Uticam cum paucis provectus erat, ex insidiis pars quædam se ostendit. Ibi Masinissa monuit eum cui Carthaginiensis equitatus cura commissa fuerat, ut hostes, paucos numero, invaderet : ipseque brevi intervallo subsecutus est, velut opem laturus. Tum subito plures ex insidiis coorti, ac jam Afri, inter duos hostes medii, tam Romanorum quam Masinissæ telis confixi sunt; exceptis CCCC, qui vivi in hostium venerunt potestatem. Quo facto Masinissa propere Annoni, tanquam amicus, revertenti occurrit, comprehensumque Scipionis in castra adduxit; ac dein cum matre sua, quæ apud Asdrubalem erat, permutavit.

XV. Inde Scipio cum Masinissa, regionem populati, Romanos, quotquot nexi terram fodiebant, solverunt; qui ex Hispania Siciliave, aut ab Annibale ex ipsa Italia, fuerant missi. Jamque urbem magnam, cui Locha nomen erat, oppugnabant : ad quam quum multum mali essent perpessi, admotis jam ad mœnia scalis, Lochenses per caduceatorem

κλιμάκων ἐπεκηρυκεύοντο, ἐκλείψειν τὴν πόλιν ὑπόσπονδοι. Καὶ ὁ Σκιπίων ἀνεκάλει τῇ σάλπιγγι τὴν στρατιάν· ἡ δ' οὐχ ὑπήκουεν, ὑπὸ ὀργῆς ὧν ἐπεπόνθεσαν, ἀλλ' ἐπιβάντες τοῖς τείχεσι, καὶ γύναια καὶ παιδία κατέσφαττον. Ὁ δὲ τοὺς μὲν ἔτι ὄντας Λοχαίων ἀφῆκεν ἀπαθεῖς, τὴν δὲ στρατιὰν τὴν λείαν ἀφείλετο· καὶ τοὺς λοχαγοὺς ὅσοι συνεξήμαρτον, ἐκλήρωσεν ἐν τῷ μέσῳ, καὶ τρεῖς τοὺς λαχόντας ἐκόλασε θανάτῳ. Καὶ τάδε πράξας, αὐτὸς ἐλεηλάτει· Ἀσδρούβας δ' αὐτοὺς ἐνήδρευε, Μάγωνα μὲν τὸν ἵππαρχον ἐπιπέμψας ἐκ μετώπου, αὐτὸς δὲ ὄπισθεν ἐπιών. Οἱ δ', ἐν μέσῳ γενόμενοι, τὸ ἔργον ἐμερίσαντο, καὶ ἐς ἑκατέρους αὐτῶν ἑκάτερος ἐπιστραφεὶς, πεντακισχιλίους τῶν Λιβύων ἀπέκτειναν, καὶ χιλίους καὶ ὀκτακοσίους ἔλαβον αἰχμαλώτους· τοὺς δὲ λοιποὺς ἐς τὰς πέτρας κατήραξαν.

XVI. Καὶ ὁ Σκιπίων εὐθὺς ἐπὶ τοῖσδε προσέβαλεν Ἰτύκῃ, κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, δύο μὲν πεντήρεσιν ἐζευγμέναις πύργον ἐπιθείς· ὅθεν τριπήχη βέλη καὶ λίθους μεγάλους ἐς τοὺς πολεμίους ἠφίει· καὶ πολλὰ μὲν ἐλύπει, πολλὰ δ' ἀντέπασχε, θραυομένων τῶν νεῶν. Χώματα δ' ἐπαίρων μέγιστα, καὶ κριοῖς τὸ τεῖχος, ὅτε προσπελάσειε, τύπτων, δρεπάνοις τε περισπῶν ὅσαι βύρσαι περὶ αὐτὸ καὶ ἄλλα σκεπαστήρια ἦν. Οἱ δὲ τὰ μὲν χώματα ὑπετάφρευον, καὶ τὰ δρέπανα βρόχοις παρῆγον, καὶ τοὺς κριοὺς τῆς ὁρμῆς ἐξέλυον, ἐπιβάλλοντες ἐπικαρσίας δοκούς· ἐς δὲ τὰς μηχανὰς ἐξεπήδων μετὰ πυρὸς, ὅτε πνεῦμα φυλάξειαν ἐς αὐτὰς ἐπίφορον. Ὅθεν ὁ Σκιπίων, ἀπογνοὺς οὕτως αἱρήσειν τὴν πόλιν, ἐς πολιορκίαν αὐτῆς καθίστατο.

XVII. Σύφαξ δὲ τῶν γιγνομένων πυνθανόμενος, ἧκε μετὰ τοῦ στρατοῦ, καὶ οὐ μακρὰν ἐστάθμευεν ἀπὸ Ἀσδρούβου. Ἔτι δ' ὑποκρινόμενος εἶναι φίλος ἑκατέροις, καὶ τρίβειν τὸν πόλεμον ἐγνωκὼς, μέχρι νῆές τε ἕτεραι ναυπηγούμεναι πρὸς τῶν Καρχηδονίων ἐπιγένοιντο, καὶ μισθοφόροι τινὲς Κελτῶν καὶ Λιγύων ἐπέλθοιεν, ἐπεχείρει διαιτᾶν διαλύσεις. Καὶ ἐδικαίου, μήτε Ῥωμαίους Λιβύης, μήτε Καρχηδονίους Ἰταλίας ἐπιβαίνειν ἐπὶ πολέμῳ· ἔχειν δὲ Ῥωμαίους Σικελίαν καὶ Σαρδὼ, καὶ εἴ τινας ἄλλας νήσους ἔχουσι, καὶ Ἰβηρίαν. Ἢν δέ τις ἀπειθῇ, τοῖς πειθομένοις, ἔφη, συμμαχήσειν. Ἅμα δὲ ταῦτ' ἔπρασσε, καὶ Μασσανάσσην ἐπεῖρα μεταθέσθαι πρὸς αὐτὸν, τήν τε Μασσυλίων ἀρχὴν αὐτῷ βεβαιώσειν ὑπισχνούμενος, καὶ τῶν θυγατέρων, τριῶν οὐσῶν, δώσειν ἐς γάμον ἣν ἂν ἐθέλῃ. Ἔφερε δ' ὁ ταῦτα λέγων χρυσίον, ἵνα, εἰ μὴ πείσειε, δῴη τῶν θεραπευτήρων αὐτοῦ τῷ κτείνειν Μασσανάσσην ὑπισχνουμένῳ. Ὁ μὲν δὴ, μὴ πείθων, ἔδωκέ τινι τὸ χρυσίον ἐπὶ τῷ φόνῳ. Ὁ δὲ λαβὼν ἔδειξε τῷ Μασσανάσσῃ, καὶ τὸν δόντα ἤλεγξε.

XVIII. Σύφαξ δ' οὐ προσδοκῶν ἔτι λήσειν, φανερῶς τοῖς Καρχηδονίοις συνεμάχει· πόλιν τε ἐν μεσογείῳ Θολοῦντα, Ῥωμαίων παρασκευὴν καὶ σῖτον πολὺν ἔχουσαν, ἐκ προδοσίας εἷλε, καὶ τοὺς φρουροῦντας αὐτὴν ἔκτεινεν, οὐκ ἐθελήσαντας ἀπελθεῖν ὑποσπόνδους· συμ-

petierunt, ut sibi fide data liceret ex urbe decedere. Et Scipio quidem receptui cani jussit; at miles iratus ob ea quæ in oppugnatione perpessus fuerat, signo morem non gessit; sed, superatis mœnibus, cunctos, nullo sexus ætatisve discrimine, contrucidavit. Imperator superstites ex Lochensibus dimisit incolumes, militibus prædam abstulit: centuriones, qui in culpa fuerant, pro concione sortiri jussit, et tres, quibus sors non favit, affecit supplicio. Quo facto quum rursus ad prædam agendam cum Masinissa egressus esset Scipio, Asdrubal eos insidiis circumvenire conatus est, immisso a fronte Magone, præfecto equitum, ipse terga invasurus. Illi in medio deprehensi divisere prælium; et hinc Scipio, illinc Masinissa, in duplicem hostem conversi, Afrorum quinque millia deleverunt, mille et octingentos ceperunt, reliquos per abrupta egerunt præcipites.

XVI. Post hæc mox Scipio terra marique Uticam oppugnavit. Et mari quidem, duabus inter se junctis quinqueremibus imposuit turrim, unde tela tricubitalia magnosque lapides in hostem mittebat; multa quidem inferens damna, sed nec minora accipiens, dum naves pulsatæ quassantur. In continenti, exstructis aggeribus, arietibus admotis, mœnia percussit; falcibus detrahens coria ceteraque protegmina ictibus arietis opposita. Contra hostis subruebat aggeres, falces injectis laqueis avertebat; arietum vim, transversas injiciendo trabes, infringebat. Erumpebant etiam in machinas, cum facibus, quoties ventum in eas versum animadverterent. Quare Scipio desperans, urbem capi machinis et operibus posse, obsidione eam cingere instituit.

XVII. Syphax, his rebus cognitis, rursus advenit cum exercitu : et non longe ab Asdrubale castra posuit. Sed etiam tum, utriusque populi amicum se esse, simulans, bellumque trahere cupiens, donec aliæ naves, quæ a Carthaginiensibus ædificabantur, et Galli atque Ligures mercenarii, advenissent, pacem interim conciliare tentavit. Æquissimas autem conditiones has esse, censebat; ut Romani ab Africa, Carthaginienses ab Italia bellum abstinerent: Siciliam autem et Sardiniam, aliasque insulas, quas occupassent Romani, cum Hispania, populus Romanus retineret. Uter populus eas conditiones aspernatus fuerit, adversus eum arma se consociaturum, professus est, cum altero. Simul autem, dum hæc agebat, Masinissam ad se tentabat pellicere, Massyliorum regnum ei se confirmaturum pollicens, et e tribus filiabus daturum nuptum quamcumque ipse delegisset. Qui vero hæc regis nomine offerebat Masinissæ, aurum simul attulerat; quo, si nihil a Masinissa impetrasset, largitione aliquem e ministris ad cædem ejus corrumperet. Atque ita evenit, ut internuncius, re infecta discessurus, cuidam aurum daret sceleris patrandi mercedem. Et accepit quidem ille; sed Masinissæ rem indicavit, et eum qui dederat, coarguit.

XVIII. Inde Syphax, desperans se posthac fallere posse, palam Carthaginienses adjuvit : urbemque mediterraneam Tholuntem, in qua Romanorum apparatus et magna vis frumenti inerat, ex proditione cepit, et præsidiarios urbis, quia fidem de libero discessu accipere noluerant, interfecit:

μαχίαν τε ἄλλην πολλὴν Νομάδων μετεπέμπετο. Καὶ οἱ μισθοφόροι παρῆσαν αὐτοῖς ἤδη, καὶ νῆες εὐτρεπῶς εἶχον· ὥστε ἔγνωστο πολεμεῖν, Σύφακα μὲν ὁρμώμενον ἐπὶ τοὺς πολιορκοῦντας Ἰτύκην, Ἀσδρούβαν δ' ἐπὶ τὸ Σκιπίωνος στρατόπεδον. Τὰς δὲ ναῦς ἔδει ταῖς ναυσὶν ἐπιπλεῖν· καὶ γίγνεσθαι ταῦτα τῆς ἐπιούσης ἡμέρας ἅπαντα ὁμοῦ, ἵνα μὴ διαρκέσειαν αὐτοῖς οἱ Ῥωμαῖοι διὰ τὴν ὀλιγότητα.

XIX. Ὧν, ἤδη νυκτὸς οὔσης, ὁ Μασσανάσσης παρά τινων Νομάδων πυθόμενος, μετέδωκε τῷ Σκιπίωνι. Ὁ δὲ ἔδεισε, καὶ ἠπόρει, μὴ ἐς πολλὰ αὐτῷ διαιρούμενος ὁ στρατὸς ἀσθενέστερος ἐς πάντα γίγνηται. Τοὺς οὖν ἡγεμόνας αὐτίκα νυκτὸς ἐπὶ τὴν σκέψιν ἐκάλει. Καί, ἀπορούντων ἁπάντων, ἐπὶ πολὺ σύννους γενόμενος, εἶπε· Τόλμης καὶ ταχυτῆτος ἡμῖν, ὦ φίλοι, δεῖ, καὶ μάχης ἐξ ἀπογνώσεως. Φθάσωμεν ἐπελθόντες τοῖς πολεμίοις. Ὅσα δ' ἐν τῷδε πλεονεκτήσομεν, μάθετε ἤδη. Ἐκείνους μὲν ἐκπλήξει τὸ ἀδόκητον τῆς ἐφόδου, καὶ τὸ παράδοξον τοῦ ἔργου, τῶν ὀλιγωτέρων προεπιχειρούντων. Ἡμεῖς δ' οὐκ ἐς πολλὰ διῃρημένῃ τῇ στρατιᾷ χρησόμεθα, ἀλλ' ἀθρόᾳ· οὐδ' ἐπάξομεν αὐτὴν ἅπασι τοῖς ἐχθροῖς, ἀλλ' οἷς ἂν ἐπιλεξώμεθα πρώτοις. Σταθμεύουσι δ' ἐφ' ἑαυτῶν ἕκαστοι· καὶ ἐσμὲν αὐτοῖς κατὰ μέρος ἰσόμαχοι, τόλμῃ δὲ καὶ εὐτυχίᾳ προὔχομεν. Καὶ ἢν ὁ θεὸς δῷ τῶν πρώτων ἐπικρατῆσαι, τῶν ἄλλων καταφρονήσομεν. Οἷς δ' ἐπιχειρητέον ἐστὶ πρώτοις, καὶ τίς ὁ καιρὸς ἢ τρόπος ἔσται τῆς ἐπιχειρήσεως, ἣν ἀρέσκῃ, τὰ τῆς γνώμης ἐρῶ.

XX. Συνθεμένων δὲ πάντων· Ὁ μὲν καιρὸς, εἶπεν, εὐθὺς ἐπιχειρεῖν ἀπὸ τοῦδε τοῦ συλλόγου, νυκτὸς ἔτι οὔσης· ὅτε καὶ τὸ ἔργον ἐστὶ φοβερώτερον, καὶ ἀνέτοιμα τὰ ἐκείνων, καὶ οὐδεὶς τῶν συμμάχων αὐτοῖς δύναται βοηθεῖν ἐν σκότῳ. Φθάσομέν τε οὕτως αὐτῶν τὰ βουλεύματα μόνως, ἐγνωκότων ἡμῖν τῆς ἐπιούσης ἡμέρας ἐπιθέσθαι. Τριῶν δ' αὐτοῖς ὄντων στρατοπέδων, αἱ μὲν νῆες εἰσὶ πόῤῥω, καὶ οὐκ ἔστι ναυσὶ νυκτὸς ἐπιχειρεῖν. Ἀσδρούβας δὲ καὶ Σύφαξ οὐ μακρὰν ἀπ' ἀλλήλων. Καὶ τούτοιν Ἀσδρούβας μέν ἐστι τὸ τοῦ πολέμου κεφάλαιον, Σύφαξ δὲ οὐκ ἂν νυκτὸς ἐπιτολμήσειε τῷ πόνῳ, βάρβαρος ἀνὴρ καὶ τρυφῆς γέμων καὶ δέους. Φέρε οὖν, ἡμεῖς μὲν ἐπὶ Ἀσδρούβαν μετὰ παντὸς ἴωμεν τοῦ στρατοῦ· Μασσανάσσην δὲ τόνδε ἐπιτάξωμεν ἐφεδρεύειν τῷ Σύφακι, ἢν ἄρα καὶ παρὰ δόξαν ἐξίῃ τοῦ στρατοπέδου. Πεζοὶ δὲ χωρῶμεν ἐπὶ τὸν χάρακα τοῦ Ἀσδρούβου, καὶ περιστάντες ἐπιχειρῶμεν ἐκ παντὸς μέρους, σὺν ἐλπίδι τε χρηστῇ, καὶ τόλμῃ θρασυτάτῃ· τούτων γὰρ τὰ παρόντα δεῖται μάλιστα. Τοὺς δ' ἱππέας (οὐ γὰρ ἔστιν αὐτοῖς χρῆσθαι νυκτὸς ἔτι οὔσης) προπέμψω, ποῤῥωτέρω κυκλοῦσθαι τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων· ἵνα εἰ μὲν βιασθείημεν, ὑποδέχοιντο ἡμᾶς, καὶ ἐς φιλίους καταφεύγοιμεν· εἰ δ' ἐπικρατοίημεν, ἐκφεύγοντας ἐκείνους διώκοιεν καὶ διαχρῷντο.

XXI. Ταῦτ' εἰπὼν, καὶ τοὺς ἡγεμόνας ἐκπέμψας ὁπλίσαι τὸν στρατὸν, αὐτὸς ἐθύετο Τόλμῃ καὶ Φόβῳ,

denique magna denuo Numidarum auxilia accivit. Jamque et Carthaginiensibus mercenarii milites advenerant, et naves instructæ aderant. Quare jam urgere bellum decreverunt : ita quidem, ut Syphax oppugnatores Uticæ, Asdrubal castra Scipionis aggrederetur, denique classi classis opponeretur, utque postridie ejus diei ea simul omnia fierent. Sic futurum, ut Romani, numero longe impares, nullo modo ad omnia sufficere possint.

XIX. Ea hostium consilia, noctu demum e Numidis quibusdam cognita, Masinissa Scipioni aperuit. Ac hæsit nonnihil Scipio, timens, ne in tot negotia distractus exercitus ad omnia redderetur infirmior. Igitur ipsa de nocte vocatis in consilium legatis tribunisque, dubitantibus pariter omnibus, cum diu meditabundus ipse Scipio sedisset, hæc tandem verba fecit : « Audacia nobis, amici, ac celeritate opus est, et pugna ex desperatione. Agite priores invadamus hostem! Quid inde lucri exspectandum sit, discite. Illos terrebit nec opinus noster adventus, et ipsa novitas rei, quod, tanto pauciores quum simus, ultro eos aggredi audeamus. Nos vero non in diversa distractis, sed confertis, utemur exercitus viribus; nec cum universis hostibus congrediemur, sed cum his quos primos aggredi voluerimus. Seorsim enim castra habent : quos si per partes adoriamur, viribus pares erimus. Felicitate autem et virtute præstamus. Quod si deus nobis de primis dederit victoriam, contemnemus cæteros. Cæterum, qui primi sint invadendi? quove modo, aut tempore? si libet, paucis meam accipite sententiam. »

XX. Omnibus se id velle, profitentibus : « Tempus, inquit, rei agendæ nunc adest, statim dimisso hoc prætorio; dum nox est, per quam et pugna majorem pavorem incutiet hostibus, et imparatiores eos inveniemus, neque quisquam sociorum ipsis succurrere poterit in tenebris. Ac una hac ratione præveniemus eorum consilia, quum instet crastina lux, qua illi nos aggredi constituerunt. Quum autem tria sint hostium castra, nautica quidem longe absunt, neque nocte aggredi naves licet. Asdrubal vero et Syphax non longe inter se distant. Ex his Asdrubal caput belli est : Syphax noctu nihil audebit, barbarus vir, mollis ac timidus. Age igitur, nos invadamus Asdrubalem totius exercitus viribus : Masinissamque hunc locemus in insidiis, si forte Syphax præter opinionem castris se moverit. Pedites autem pergamus ad Asdrubalis vallum; in illud simul omni ex parte impetum faciamus, læta cum spe, et pertinaci audacia : his enim nunc maxime opus est. Equites autem, quorum per noctem nondum usus est, præmittam, ex longiori paulo intervallo cincturos hostium castra; quo, si ad cedendum cogamur, sint nobis receptaculo, et amice protegant : quod si vicerimus, fugientes persequantur et conficiant. »

XXI. His dictis, dimissisque præfectis ad armandum exercitum, Scipio sacra fecit Audaciæ Pavorique precatus,

μηδὲν ὡς ἐν νυκτὶ, πανικόν οἱ γενέσθαι, ἀλλὰ τὸν στρατὸν αὐτῷ θρασύτατον μάλιστα ὀφθῆναι. Τρίτης δὲ ἤδη φυλακῆς ἠρέμα τῇ σάλπιγγι ὑπεσήμαινε, καὶ μετὰ σιγῆς βαθυτάτης στρατὸς τοσοῦτος ἐβάδιζεν, ἕως οἱ μὲν ἱππεῖς περιέστησαν ἐν κύκλῳ τοὺς πολεμίους, οἱ πεζοὶ δ' ἐπὶ τὴν τάφρον αὐτῶν ἀφίκοντο. Βοῇ δὲ τότε παμμιγεῖ καὶ σάλπιγξιν ἀθρόαις καὶ βυκανήμασιν ἐς κατάπληξιν χρώμενοι, τοὺς μὲν φύλακας ἐξέωσαν ἐκ τῶν φυλακτηρίων, τὴν δὲ τάφρον ἔχουν, καὶ τὰ σταυρώματα διέσπων. Οἱ δ' εὐτολμότατοι, προδραμόντες, ἐνέπρησάν τινας σκηνάς. Καὶ οἱ Λίβυες μετ' ἐκπλήξεως ἀνεπήδων τε ἐξ ὕπνου, καὶ τὰ ὅπλα μετελάμβανον, καὶ ἐς τὰς τάξεις ἀτάκτως ἐφέροντο, καὶ τῶν παραγγελλομένων διὰ τὸν θόρυβον οὐ κατήκουον, οὐδ' αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ τὸ ἀκριβὲς τῶν γιγνομένων εἰδότος. Ἀναπηδῶντας οὖν αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ὁπλιζομένους ἔτι καὶ ταρασσομένους κατελάμβανον, καὶ σκηνὰς πλέονας ἐνεπίμπρασαν, καὶ τοὺς ἐν ποσὶν ἀνῄρουν. Τοῖς δ' ἦν ἥ τε βοὴ τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἡ ὄψις, καὶ τὰ ἔργα, φοβερώτατα, ὡς ἐν νυκτὶ, καὶ ἀγνωσίᾳ τοῦ γιγνομένου κακοῦ. Ἡγούμενοί τε εἰλῆφθαι τὸ στρατόπεδον, καὶ τὸ πῦρ τῶν ἐμπεπρησμένων σκηνῶν δεδιότες, ἐξέπιπτον ἑκόντες ἐξ αὐτῶν, καὶ ἐς τὸ πεδίον ὡς ἀσφαλέστερον ἐωθοῦντο. Ὅθεν κατὰ μέρος, ὅπη τύχοιεν, ἀκόσμως διεδίδρασκον, καὶ ἐς τοὺς Ῥωμαίων ἱππέας, οἳ κύκλῳ περιεστήκεσαν, ἐμπίπτοντες ἀπέθνησκον.

XXII. Σύφαξ δὲ νυκτὸς μὲν ἔτι, τῆς βοῆς αἰσθόμενος, καὶ τὸ πῦρ ὁρῶν, οὐκ ἐπεξῆλθεν, ἀλλὰ τῶν ἱππέων τινὰς ἐπικουρεῖν ἔπεμψεν Ἀσδρούβᾳ· οἷς ὁ Μασσανάσσης ἐπιπεσὼν ἄφνω, πολὺν ἐργάζεται φόνον. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ μαθὼν ὁ Σύφαξ, Ἀσδρούβαν μὲν ἤδη φυγόντα, τῆς δὲ στρατιᾶς αὐτοῦ τοὺς μὲν ἀπολωλότας, τοὺς δ' εἰλημμένους ὑπὸ τῶν πολεμίων, τοὺς δὲ διερριμμένους, καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῇ παρασκευῇ Ῥωμαίους ἔχοντας· ἀνεζεύγνυε, φεύγων εἰς τὰ μεσόγεια μετὰ θορύβου, πάντα καταλιπών· οἰόμενος, εὐθὺς ἀπὸ τῆς Καρχηδονίων διώξεως αὐτῷ τὸν Σκιπίωνα ἐπανιόντα ἐπιστήσεσθαι. Ὅθεν καὶ τοῦδε τὸν χάρακα καὶ τὴν ἐν αὐτῷ παρασκευὴν εἷλε Μασσανάσσης.

XXIII. Καὶ Ῥωμαῖοι, διὰ τόλμης μιᾶς, ἐν ὀλίγῳ μέρει νυκτὸς, δύο στρατοπέδων καὶ δύο στρατῶν πολὺ μειζόνων ἐκράτησαν ὁμοῦ. Ἀπέθανον δὲ Ῥωμαίων μὲν ἀμφὶ τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας, τῶν δ' ἐχθρῶν ὀλίγῳ δέοντες τρισμύριοι· καὶ αἰχμάλωτοι ἐγένοντο δισχίλιοι καὶ τετρακόσιοι. Τῶν δὲ ἱππέων ἑξακόσιοι ἐπανιόντι τῷ Σκιπίωνι ἑαυτοὺς παρέδοσαν. Καὶ τῶν ἐλεφάντων οἱ μὲν ἀνῄρηντο, οἱ δὲ ἐτέτρωντο. Σκιπίων δὲ ὅπλων τε καὶ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ ἐλέφαντος πολλοῦ, καὶ ἵππων ἄλλων τε καὶ Νομαδικῶν κεκρατηκὼς, καὶ διὰ μιᾶς τῆσδε νίκης, λαμπροτάτης δὴ γενομένης, ἐς γόνυ τὰ Καρχηδονίων καταβαλὼν ἅπαντα, ἀριστεῖα τῷ στρατῷ διεδίδου, καὶ τῶν λαφύρων τὰ ἀξιολογώτατα ἐς Ῥώμην ἔπεμπε. Καὶ τὸν στρατὸν ἐγύμναζε φιλοπόνως, προσδοκῶν, Ἀννίβαν τε αὐτίκα ἀπὸ τῆς Ἰτα-

ne quis, ut in nocte, Panicus terror accideret suis, sed fortissima opera militum exsisteret. Et jam de tertia vigilia, submisse tuba signum dedit: summoque silentio tantus procedebat exercitus; donec equites hostem circumdedissent, peditesque ad fossam castrorum Asdrubalis pervenissent. Tum subito confusus omnium tollitur clamor, adstrepente, quo augeretur terror, tubarum simul omnium cornuumque sonitu : ac jam excubias hostium dejiciunt stationibus, fossam replent aggere, vallum convellunt : et audacissimi, procurrentes, nonnulla incendunt tentoria. Afri attoniti, e somno ad arma prosiliunt, in ordines sine ordine currunt, nec mandata propter tumultum exaudiunt; ne duce quidem satis, quid agatur, compertum habente. Romani insubsilientes et arma cum trepidatione capientes irruunt, plura tabernacula incendunt, cædunt obvios. Illi clamore, aspectu, impetu hostium, eo magis terrebantur, quod nocte deprehensi, quidnam esset mali, quod accidisset, non intelligebant. Igitur expugnata castra rati, et timentes incendium, relictis sponte castris, in campum, tanquam tutiorem, confertim se proripiunt. Unde diffugientes alii alio, in circumstantes equites incidebant, ab eisque occidebantur.

XXII. Syphax, vero, audito nocturno clamore, visoque incendio, non succurrit; tantum equitum manum submisit Asdrubali. In quos Masinissa repente impetu facto, magnam cædem edidit. Prima luce ubi Syphax cognovit, jam fugisse Asdrubalem, militesque ejus vel cæsos, vel captos, vel dispersos, castra Asdrubalis cum apparatu in potestatem venisse Romanorum; ipse, relictis omnibus rebus, trepide fugit in mediterranea; veritus ne Scipio reversus a persecutione Carthaginiensium, confestim in ipsum quoque arma verteret. Quo factum est, ut et Syphacis castra cum apparatu per Masinissam capta sint.

XXIII. Atque ita Romani, uno ausu, brevi noctis spatio, geminis castris potiti, duos longe suo majores exercitus profligaverunt. Desiderati sunt apud victores circiter centum milites : ex hostibus vero paulo minus triginta millibus : capti quadringenti supra duo millia : equites etiam sexcenti Scipioni, post victoriam in castra redeunti, se dediderunt: elephantorum alii cæsi, alii sauciati sunt. Scipio armorum, auri, argenti, eboris magna vi, equisque permultis, cum aliis, tum Numidicis, potitus; una hac illustri victoria dejectis Carthaginiensium viribus; dona militibus distribuit, selectamque prædam in Urbem misit. Tum vero milites ad laborem strenue exercuit; exspectans Anni-

λίας, καὶ Μάγωνα ἀπὸ Λιγυστίνων, ἐπελεύσεσθαι. Καὶ Σκιπίων μὲν περὶ ταῦτα ἦν.

XXIV. Ἀσδρούβας δὲ, ὁ στρατηγὸς ὁ Καρχηδονίων, ἐν μὲν τῇ νυκτομαχίᾳ, μεθ' ἱππέων πεντακοσίων, τετρωμένος, εἰς Ἀνδὰν κατέφυγεν· ἔνθα μισθοφόρους τέ τινας, ἐκ τῆς μάχης ἐκπεσόντας, καὶ Νομάδας συνέλεγε, καὶ δούλους ἐς ἐλευθερίαν συνεκάλει. Πυθόμενος δ' ὅτι Καρχηδόνιοι θάνατον αὐτοῦ κατέγνωσαν, ὡς κακῶς ἐστρατηγηκότος, καὶ Ἄννωνα τὸν Βουμίλχαρος εἵλοντο στρατηγεῖν, ἴδιον αὐτοῦ τὸν στρατὸν ἐποίει, καὶ κακούργους προσελάμβανε, καὶ ἐλῄζετο ἐς τὰς τροφὰς, καὶ ἐγύμναζεν οὓς εἶχεν, ἀμφὶ τρισχιλίους ἱππέας, πεζοὺς δὲ ὀκτακισχιλίους, ὡς ἐν μόνῳ τῷ μάχεσθαι τὰς ἐλπίδας ἔχων. Ὁ μὲν δὴ ταῦτα ποιῶν, Ῥωμαίους ὁμοῦ καὶ Καρχηδονίους ἐπὶ πολὺ ἐλάνθανε. Σκιπίων δ' ἐπῆγεν αὐτῇ Καρχηδόνι τὸν στρατὸν ὡπλισμένον, καὶ σοβαρῶς ἐς μάχην προσεκαλεῖτο, οὐδενὸς ἐξιόντος. Ἀμίλχαρ δὲ ὁ ναύαρχος ναυσὶν ἑκατὸν ἐσπευσμένος ἐς τὸν ναύσταθμον ἀνήγετο τοῦ Σκιπίωνος, ἐλπίσας, αὐτόν τε φθάσειν ἐπανιόντα, καὶ τὰς οὔσας ἐκεῖ Ῥωμαίων εἴκοσι τριήρεις ῥᾳδίως ταῖς ἑκατὸν αἱρήσειν.

XXV. Καὶ ὁ Σκιπίων, ἰδὼν αὐτοῦ τὸν ἀπόπλουν, προὔπεμπέ τινα, τὸν ἔσπλουν τοῦ λιμένος ἐμφράξαι στρογγύλοις πλοίοις ἐπ' ἀγκυρῶν ἐκ διαστήματος, ἵνα ὡς διὰ πυλῶν αἱ τριήρεις ἐκθέοιεν ὅτε καιρὸς εἴη· καὶ τὰ πλοῖα τοῖς κέρασι συνδῆσαί τε καὶ ἁρμόσαι πρὸς ἄλληλα, ἵνα ἀντὶ τείχους ᾖ. Καταλαβὼν δὲ τοῦτο τὸ ἔργον, ἥπτετο τοῦ πόνου. Καὶ βαλλομένων τῶν Καρχηδονίων ἀπό τε τῶν πλοίων καὶ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ἀπὸ τοῦ τείχους, αἱ νῆες ἐθραύοντο, καὶ καμοῦσαι περὶ ἑσπέραν ἀπέπλεον. Ἀπιούσαις δ' αὐταῖς αἱ Ῥωμαίων ἐπέκειντο, ἐκθέουσαί τε διὰ τῶν διαστημάτων, καὶ, ὅτε βιάζοιντο, ὑποχωροῦσαι. Μίαν δὲ καὶ ἀνεδήσαντο κενὴν ἀνδρῶν, καὶ πρὸς τὸν Σκιπίωνα ἀνήγαγον. Μετὰ δὲ τοῦτο ἐχείμαζον ἄμφω. Καὶ Ῥωμαίοις μὲν ἦν ἐκ θαλάσσης ἀγορὰ δαψιλής· Ἰτυκαῖοι δὲ καὶ Καρχηδόνιοι λιμώττοντες ἐλῄστευον τοὺς ἐμπόρους. Μέχρι Ῥωμαίων νῆες ἄλλαι, πεμφθεῖσαι τῷ Σκιπίωνι, ἐφώρμουν τοῖς πολεμίοις, καὶ τὰς λῃστρικὰς ἐκώλυον. Οἱ δ' ἔκαμνον ἤδη σφόδρα τῷ λιμῷ.

XXVI. Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος, ἐγγὺς ὄντος Σύφακος, Μασσανάσσης ᾔτησεν ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ στρατιᾷ τὸ τρίτον τῆς Ῥωμαϊκῆς παρὰ Σκιπίωνος· καὶ λαβὼν, ἡγουμένου τῶν Ῥωμαίων Λαιλίου, τὸν Σύφακα ἐδίωκεν. Ὁ δὲ ὑπέφευγε, μέχρι καθορώμενος περί τινι ποταμῷ συνετάσσετο ἐς μάχην. Οἱ μὲν οὖν Νομάδες ἑκατέρωθεν, ὥσπερ ἔθος αὐτοῖς, πολλὰ καὶ ἀθρόα ἠφίεσαν ἐπ' ἀλλήλοις· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, προβαλλόμενοι τὰς ἀσπίδας, ἐπῄεσαν. Σύφαξ δὲ, ἰδὼν Μασσανάσσην, ἵετο ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ ὀργῆς· ὁ δ' ἀντεπήλασε γεγηθώς. Καὶ ἀγῶνος πολλοῦ περὶ ἄμφω γενομένου, τραπέντες οἱ τοῦ Σύφακος ἐς φυγὴν, τὸν ποταμὸν ἐπέρων. Ἔνθα τις αὐτοῦ τὸν Σύφακος ἵππον ἔβαλεν· ὁ δ' ἀπεσείσατο τὸν δεσπότην. Καὶ ὁ Μασσανάσσης

balem mox ab Italia, Magonem a Liguria, superventuros. In his quidem versabatur Scipio.

XXIV. Asdrubal, dux Carthaginiensium, ex nocturna clade, saucius, cum quingentis equitibus, Andam fuga pervenit : ubi mercenarios quosdam e pugna profugos et Numidas recollegit, et servos ad libertatem convocavit. Deinde ubi cognovit, capitis se damnatum a suis civibus ob male administratam militiam, successore dato Annone, Bomilcaris filio, exercitum sibi usurpavit : adjungensque omne genus maleficorum, prædando sibi suisque victum parabat; et quas habebat copias, equitum circiter tria millia, peditum octo millia, exercitando durabat; omnem dehinc spem in sola pugna reponens. Atque hæc ejus studia diu tam Romanos, quam Pœnos, latuerunt. Interim Scipio ad ipsam Carthaginem armatas duxit copias, superbe provocans ad prælium, nemine contra prodeunte. At Amilcar, classis præfectus, cum centum navibus propere ad navalia castra Scipionis contendit : ratus, priusquam ille reverteretur, viginti Romanas triremes ibi se facile cum suis centum expugnaturum.

XXV. Amilcarem ubi Scipio solvere vidit, præmisit, qui os portus obstrui juberent, onerariis navibus per intervalla in ancoris dispositis; ut triremes per illas, tamquam per portas, quando tempus posceret, possent excurrere. Colligari quoque antennis naves inter se et conjungi jussit, ut vice muri fungerentur. Moxque Scipio superveniens, adjuvit intentos huic operi. Et Carthaginienses, quum e navibus pariter et a terra muroque machinis et missilibus peterentur, afflictis navibus, fessi discesserunt circa vesperam. Abeuntes Pœnos Romanæ naves per intervalla, de quibus dictum est, erumpentes infestarunt; et quoties ad cedendum cogebantur, retro se per eadem recipiebant : unamque hostium navem, vectoribus quidem vacuam, a puppe religatam ad Scipionem pertraxerunt. Post hæc utrimque hiematum est. Et Romanis quidem affatim commeatus mari advehebatur. Uticenses vero et Carthaginienses, fame laborantes, in mercatores prædationibus grassabantur; donec aliæ Romanæ naves ad Scipionem missæ per stationes hostibus sunt oppositæ, ad prædatorias arcendas naves. Jamque vehementer Pœni fame premebantur.

XXVI. Eadem hieme, quum in propinquo Syphax esset, Masinissa ad suas copias tertiam partem Romani exercitus adjungi petiit : quam ubi accepit, adductam a Lælio, una Syphacem persecuti sunt. Ille vero tamdiu subterfugiebat, donec ad fluvium quemdam conspectus ab hostibus, explicavit aciem. Tum Numidæ utrimque, more suo, multum telorum in se invicem conjecerunt : Romani vero scutis protecti in hostem ibant. Syphax, viso Masinissa, iratus in eum incurrit : et lætus ille concitavit se obviam. Ibi circa utrumque acri pugna conserta, Syphacis exercitus, in fugam versus, fluvium trajicere cœpit. Interim equus ejus, ictu vulneratus, excussit dominum : et Masinissa, accurrens,

ἐπιδραμὼν, εἷλεν αὐτόν τε Σύφακα, καὶ τὸν ἕτερον αὐτοῦ τῶν υἱῶν· καὶ τούσδε μὲν εὐθὺς ἔπεμπε Σκιπίωνι. Ἀπέθανον δ' ἐν τῇ μάχῃ, Σύφακος μὲν ἐς μυρίους ἄνδρας, Ῥωμαίων δὲ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα, Μασσανάσσου δὲ τριακόσιοι. Καὶ αἰχμάλωτοι Σύφακος ἐγένοντο τετρακισχίλιοι. Τούτων ἦσαν Μασσύλιοι δισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι, τῶν ἐς Σύφακα ἀπὸ Μασσανάσσου μεταστάντων· καὶ αὐτοὺς ὁ Μασσανάσσης ἐπὶ τῷδε ᾔτησε παρὰ Λαιλίου, καὶ λαβὼν κατέσφαξε.

XXVII. Μετὰ δὲ τοῦτο Μασσυλίους καὶ τὴν χώραν τὴν Σύφακος ἐπῄεσαν, τοὺς μὲν αὖθις ἐς τὴν ἀρχὴν τὴν Μασσανάσσου καθιστάμενοι, τοὺς δὲ προσποιούμενοί τε, καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας αὐτῶν καταστρεφόμενοι. Ἀφίκοντο δ' αὐτοῖς καὶ ἐκ Κίρτης πρέσβεις, τὰ βασίλεια τοῦ Σύφακος παραδιδόντες. Ἰδίᾳ δὲ πρὸς Μασσανάσσην ἕτεροι παρὰ Σοφονίβας, τῆς Σύφακος γυναικὸς, τὴν ἀνάγκην τοῦ γάμου διηγούμενοι. Σοφονίβαν μὲν οὖν ἄσμενος εἶχε λαβὼν ὁ Μασσανάσσης· καὶ αὐτὴν, ἐπανιὼν πρὸς Σκιπίωνα αὐτὸς, ἐν Κίρτῃ κατέλιπε, προορώμενος ἄρα τὸ μέλλον. Σκιπίων δὲ ἤρετο Σύφακα, Τίς σε δαίμων ἔβλαψε, φίλον ὄντα μοι, καὶ ἐπὶ Λιβύην ἐλθεῖν προτρέψαντα, ψεύσασθαι μὲν θεοὺς οὓς ὤμοσας, ψεύσασθαι δὲ μετὰ τῶν θεῶν Ῥωμαίους, καὶ μετὰ Καρχηδονίων ἀντὶ Ῥωμαίων ἑλέσθαι πολεμεῖν, τῶν ἐπὶ Καρχηδονίους οὐ πρὸ πολλοῦ σοι βεβοηθηκότων; Ὁ δ' εἶπε· Σοφονίβα, Ἀσδρούβα θυγάτηρ· ἧς ἐγὼ ἥρων ἐπ' ἐμῷ κακῷ. Φιλόπατρις δ' ἐστὶν ἰσχυρῶς, καὶ ἱκανὴ ἅπαντά τινα πεῖσαι πρὸς ἃ βούλεται. Αὐτή με καὶ ἐκ τῆς ὑμετέρας φιλίας ἐς τὴν ἑαυτῆς μετέθηκε πατρίδα, καὶ ἐς τόδε συμφορᾶς ἐκ τοσῆσδε εὐδαιμονίας κατέβαλε. Σοὶ δὲ παραινῶ (χρὴ γὰρ, ὑμέτερον γενόμενον, καὶ Σοφονίβας ἀπηλλαγμένον, νῦν γε εἶναι ὑμῖν βέβαιον), φύλασσε Σοφονίβαν, μὴ Μασσανάσσην ἐς ἃ βούλεται μεταγάγῃ. Οὐ γὰρ δὴ, μὴ τὸ γύναιόν ποτε ἕληται τὰ Ῥωμαίων, ἐλπίζειν ἄξιον· οὕτως ἐστὶν ἰσχυρῶς φιλόπολις.

XXVIII. Ταῦθ' ὁ μὲν ἔλεγεν, εἴτ' ἀληθεύων, εἴτε ζηλοτυπούμενος, καὶ Μασσανάσσην ἐς τὰ μέγιστα βλάπτων. Ὁ δὲ Σκιπίων Σύφακα μὲν, συνετόν τε φαινόμενον, καὶ τῆς χώρας ἔμπειρον, ἐπὶ τὰ κοινὰ ἐπήγετο, καὶ γνώμης καὶ συμβουλῆς μετεδίδου· οἷόν τι καὶ Κροίσῳ τῷ Λυδῷ Κῦρος ἐχρῆτο. Λαιλίου δ' ἀφικομένου, καὶ, ταὐτὰ περὶ τῆς Σοφονίβας πυθέσθαι παρὰ πολλῶν, λέγοντος, ἐκέλευσε τὸν Μασσανάσσην τὴν Σύφακος γυναῖκα παραδοῦναι. Παραιτουμένου δ' ἐκείνου, καὶ τὰ περὶ αὐτῆς ἄνωθεν ὡς ἐγένετο διηγουμένου· τραχύτερον ὁ Σκιπίων ἐκέλευεν αὐτὸν, μηδὲν ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ τῶν Ῥωμαϊκῶν λαφύρων, ἀλλ' εἰς τὸ μέσον καταθέντα αἰτεῖν, καὶ πείθειν, εἰ δύναιτο. Ὤχετο οὖν ὁ Μασσανάσσης μετά τινων Ῥωμαίων, παραδώσων αὐτοῖς τὴν Σοφονίβαν. Κρύφα δὲ αὐτῇ, φέρων φάρμακον, πρῶτος ἐνέτυχε· καὶ τὰ παρόντα προὔθηκεν, ἢ πιεῖν, ἢ Ῥωμαίοις δουλεύειν ἑκοῦσαν. Οὐδέν τε εἰπὼν ἔτι, ἐξήλασε τὸν ἵππον. Ἡ δὲ, τῇ τροφῷ δείξασα τὴν κύλικα,

ipsum Syphacem, et filiorum ejus alterum vivos cepit; quos mox ad Scipionem misit. Ceciderunt in ea pugna e Syphacis parte ad decem millia : ex Romanis septuaginta quinque : Masinissa trecentos amisit. Captivorum e Syphacis exercitu fuere IV M. In his erant Massylii D supra duo millia, qui ad Syphacem a Masinissa transierant : quos adeo ille expetiit a Lælio, et acceptos jugulavit.

XXVII. Dein et Massyliorum regionem, et Syphacis obierunt regnum : ac illos quidem ad Masinissæ obsequium reduxerunt; Syphacis autem subditos, partim volentes, partim vi, in deditionem acceperunt. Venerunt ad eos et a Cirta legati, dedentes Syphacis regiam; ac privatim ad Masinissam alii, missi a Sophoniba, Syphacis uxore, coactas nuptias excusaturi. Sophonibam igitur libenter accepit Masinissa, sibique conjunxit : revertensque ad Scipionem, Cirtæ reliquit, nimirum futura prospiciens. Syphacem autem rogavit Scipio : « Quis tibi malus genius mentem ademit, ut, qui amicus me invitasti in Africam, deos juratos falleres, fidemque Romanis datam? utque Romanorum loco partes secutus sis Carthaginiensium, adversus quos paulo ante tecum illi arma consociaverant? » Et Syphax respondit : » Sophoniba, Asdrubalis filia; cujus amore in meam perniciem captus sum. Vehementer enim illa patriam diligit, et potest quemvis flectere ad quidlibet. Illa me ex amico vestro fecit amicum suæ patriæ, et ex tanta felicitate in hanc miseriam conjecit. Te vero moneo (postquam enim vester sum, et alienus a Sophoniba; nunc saltem vobis fidus esse debeo), cave a muliere, ne Masinissam, quocumque vult, pelliciat : non enim sperandum est, ut ipsa unquam Romanas partes foveat, tanta inest ei patriæ caritas. »

XXVIII. Hæc Syphax, sive quia vera, sive per zelotypiam, dixit, ut Masinissam quam gravissime læderet. Scipio autem Syphacem, prudentem habitum, et regionis peritum, consiliis adhibebat publicis, audiebatque sententiam ejus, quemadmodum olim Cyrus Crœsi regis Lydorum. Quumque advenisset Lælius, eadem se de Sophoniba a multis audisse, referens, Scipio a Masinissa, tradi sibi uxorem Syphacis, petiit. Quo recusante, et quæ sibi dudum cum ea intercesserant, memorante, Scipio durius imperavit, ne quid per vim usurparet e præda Romanis debita, sed deponeret in medium, ac tum posceret, et quid bona eorum voluntate impetrare posset, experiretur. Profectus est igitur cum quibusdam Romanis Masinissa, Sophonibam eis traditurus. Sed prius clam eam solus convenit, venenum ei afferens, optionemque, utrum bibere mallet, an Romanis ultro servire : et hoc, nil amplius, dicto, equum concitavit. Illa nutrici ostenso poculo, oravit eam, ne defleret

καὶ δεηθεῖσα μηδὲν ὀδύρασθαι καλῶς ἀποθανοῦσαν, ἔπιε τοῦ φαρμάκου. Καὶ αὐτὴν ὁ Μασσανάσσης τοῖς ἥκουσι Ῥωμαίων ἐπιδείξας, καὶ θάψας βασιλικῶς, ὑπέστρεφε πρὸς Σκιπίωνα. Ὁ δὲ, αὐτὸν ἐπαινέσας τε, καὶ παρηγορήσας, ὅτι πονηρᾶς γυναικὸς ἀπηλλάγη, ἐστεφάνωσε τῆς ἐφόδου τῆς ἐπὶ Σύφακα, καὶ ἐδωρήσατο πολλοῖς. Ἀχθέντος δ' ἐς Ῥώμην τοῦ Σύφακος, οἱ μὲν ἠξίουν περισώζειν ἄνδρα, ἐν Ἰβηρίᾳ φίλον καὶ σύμμαχον αὐτοῖς γενόμενον, οἱ δὲ, κολάζειν, ὅτι τοῖς φίλοις ἐπολέμησεν. Ὁ δὲ ὑπὸ λύπης νοσῶν ἀπέθανεν.

XXIX. Ἀσδρούβας δὲ, ἐπειδὴ καλῶς τοὺς συνόντας ἐγύμνασεν, ἔπεμπέ τινα πρὸς Ἄννωνα, τὸν στρατηγὸν τῶν Καρχηδονίων, ἀξιῶν, αὐτῷ τὸν Ἄννωνα κοινωνῆσαι τὴν στρατηγίαν· καὶ ὑποδεικνὺς, ὅτι πολλοὶ Σκιπίωνι σύνεισιν Ἴβηρες ἄκοντες, οὓς ἐάν τις χρυσίῳ καὶ ὑποσχέσει διαφθείρῃ, τὸ στρατόπεδον ἐμπρήσουσι τὸ Σκιπίωνος. Ἔφη δὲ, καὶ αὐτὸς, εἰ προμάθοι τὸν καιρὸν, ἥξειν ἐπὶ τὸ ἔργον. Ταῦτα μὲν Ἀσδρούβας. Ὁ δὲ Ἄννων ἐς μὲν τὸν Ἀσδρούβαν ἐπανούργει· τοῦ δ' ἐγχειρήματος οὐκ ἀπήλπισεν, ἀλλ' ἄνδρα πιστὸν μετὰ χρυσίου, καθάπερ αὐτόμολον, ἐς τὸ Σκιπίωνος στρατόπεδον κατέπεμψεν. Ὃς πιθανὸς ὢν ἐντυχεῖν ἑκάστῳ, διέφθειρε πολλούς· ἡμέραν τε συνθέμενος αὐτοῖς, ἐπανῆλθε. Καὶ τὴν ἡμέραν ὁ Ἄννων τῷ Ἀσδρούβᾳ μετέφερε. Σκιπίωνι δὲ θυομένῳ κίνδυνον τὰ ἱερὰ ἐδήλου ἐμπρησμοῦ· καὶ περιπέμψας ἐς ἅπαν τὸ στρατόπεδον, εἴ που τι λαῦρον εὕρισκε πῦρ, κατέπαυε. Καὶ αὖθις ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐθύετο. Ὡς δ' οὐκ ἀνίει τὰ ἱερὰ τὸν ἐμπρησμὸν ὑποδεικνύοντα, ὁ μὲν ἐβαρυθύμει, καὶ μεταστρατοπεδεῦσαι διεγνώκει.

XXX. Ἱππέως δὲ Ῥωμαίου θεράπων Ἴβηρ, ὑπονοήσας τι περὶ τῶν συνθεμένων, ὑπεκρίνατο συνειδέναι· ἕως τὸ πᾶν ἔμαθε, καὶ ἐμήνυσε τῷ δεσπότῃ. Ὁ δὲ αὐτὸν ἐς τὸν Σκιπίωνα ἤγαγε, καὶ τὸ πλῆθος ἠλέγχετο. Καὶ πάντας ὁ Σκιπίων ἔκτεινε, καὶ ἐξέῤῥιψε πρὸ τοῦ στρατοπέδου. Αἴσθησις δ' ἦν Ἄννωνι μὲν ὀξεῖα, πλησίον ὄντι· καὶ οὐκ ἦλθεν ἐπὶ τὸ συγκείμενον. Ἀσδρούβας δὲ, ἀγνοῶν, ἀφίκετο. Ὡς δὲ τὸ πλῆθος εἶδε τῶν νεκρῶν, εἴκασε τὸ συμβὰν καὶ ἀνεχώρει. Καὶ αὐτὸν ὁ Ἄννων ἐς τὸ πλῆθος διέβαλλεν, ὡς ἀφίκοιτο Σκιπίωνι διδοὺς ἑαυτὸν, ὁ δὲ οὐ λάβοι. Ἀσδρούβας μὲν δὴ καὶ ἐκ τοῦδε τοῖς Καρχηδονίοις ἦν μᾶλλον διὰ μίσους. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, Ἀμίλχαρ μὲν ἄφνω ταῖς Ῥωμαίων ναυσὶν ἐπιπλεύσας, μίαν ἔλαβε τριήρη, καὶ φορτίδας ἕξ· Ἄννων δ', ἐπιθέμενος τοῖς πολιορκοῦσιν Ἰτύκην, ἀπεκρούσθη. Σκιπίων δὲ, χρονίου τῆς πολιορκίας οὔσης, ταύτην μὲν διέλυσεν, οὐδὲν ἀνύων· τὰς δὲ μηχανὰς ἐς Ἱππῶνα πόλιν μετετίθει. Καὶ οὐδενὸς οὐδ' ἐνταῦθα προκόπτοντος αὐτῷ, κατακαύσας ὡς ἄχρηστα τὰ μηχανήματα, τὴν χώραν ἐπέτρεχε, τοὺς μὲν εἰς φιλίαν ἐπαγόμενος, τοὺς δὲ ληϊζόμενος.

XXXI. Καρχηδόνιοι δ' ἐπὶ ταῖς κακοπραγίαις δυσφοροῦντες, αἱροῦνται στρατηγὸν αὐτοκράτορα, Ἀννίβαν. Τὸν δὲ ναύαρχον ἔπεμπον ἐπὶ νηῶν, ἐπισπέρ-

honeste morientem : moxque venenum hausit. Ejus corpus Masinissa postquam advenientibus Romanis ostendit, regali funere extulit, ad Scipionemque revertit. Qui laudatum solatus est, quod pravam amisisset mulierem; coronavitque ob felicem expeditionem contra Syphacem, et plurimis donis honoravit. Syphace autem Romam perducto, nonnulli servandum censebant hominem, cujus fideli opera usi essent in Hispania : alii, puniendum, quod contra amicos arma sumsisset. Interim ille morbo ex mœstitia contracto absumtus est.

XXIX. At Asdrubal, ubi suos satis exercuit, misit quemdam ad Annonem, ducem Carthaginiensium, postulans, ut se collegam assumeret : submonensque, multos apud Scipionem esse Hispanos ad militiam coactos, per quos, si auro pollicitisque corrumperentur, possint incendi illius castra : promisitque etiam, se ad tempus adfore, si præstitutum sibi fuerit. His auditis, Anno vaframentis agebat contra Asdrubalem : nec tamen spem abjecit de successu consilii, sed hominem fidum cum auro in Scipionis castra misit, specie transfugæ : qui artificiose in colloquia omnium sese insinuans, multos corrupit. Quibus ubi diem præstituit, ad Annonem rediit : et eamdem diem ille significavit Asdrubali. Scipionem vero sacrificantem monebant aruspices, cavendum ab incendio. Itaque per totum exercitum dimisit, qui, ubicumque plus satis candentem offenderent ignem, comprimerent. Sed, repetitis per complures dies sacrificiis, quum semper idem periculum exta portenderent, gravius commotus Scipio, mutare castra statuit.

XXX. Tum equitis cujusdam Romani servus, natione Hispanus, suspicatus aliquid de conjuratione, simulavit se conscium; donec totam rem cognovit, et indicavit domino : qui ad Scipionem eum adduxit, corruptosque coarguit. Et Scipio omnes capite mulctavit; corpora extra castra projecit. Id Anno, quum in propinquo esset, celeriter cognovit, nec ad præstitutum venit. Sed Asdrubal, ignarus, ad diem adfuit : conspectis vero tot cadaveribus, conjiciens quid accidisset, recessit. Et eum tunc Anno apud multitudinem calumniose criminatus est, accessisse, ut Scipioni se dederet, se ab illo non esse receptum. Quare et hac de causa Asdrubal in majore apud Carthaginienses fuit odio. Per idem tempus Amilcar, naves Romanas repente aggressus, unam triremem cepit et sex onerarias. Sed Anno adortus obsessores Uticæ, repulsus est. Scipio vero, tam longam obsidionem pertæsus, quum nihil proficeret, dissolvit; machinasque ad Hipponem urbem transportavit. Et quum hic quoque nihil succederet, exustis machinis, ut inutilibus, pervagatus hostium regionem, alios in amicitiam adduxit, alios depopulatus est.

XXXI. Carthaginienses, rebus male gestis indignati, Annibalem nominant, qui summæ imperii præesset; et classem ad eum mittunt cum præfecto, qui adventum viri accelera-

χειν αὐτὸν ἐπὶ τὴν διάβασιν. Ἅμα δὲ ταῦτ' ἔπρασσον, καὶ ἐς τὸν Σκιπίωνα περὶ εἰρήνης ἐπρεσβεύοντο, ἡγούμενοι τούτοιν πάντως ἑνὸς τυχεῖν, ἢ τὴν εἰρήνην ἕξειν, ἢ χρόνον διατρίψειν, ἕως ἀφίκοιτο ὁ Ἀννίβας. Σκιπίων μὲν οὖν αὐτοῖς ἀνοχάς τε ἔδωκε, καὶ τὴν δαπάνην τοῦ στρατοῦ λαβὼν, πρεσβεύειν ἀφῆκεν ἐς Ῥώμην. Οἱ δὲ ἐπρέσβευον, καὶ τειχῶν ἐκτὸς ἐστάθμευον, ὡς ἔτι πολέμιοι. Ἀχθέντες τε ἐπὶ τὴν βουλὴν, ἐδέοντο συγγνώμης τυχεῖν. Τῶν δὲ βουλευτῶν οἱ μὲν τῆς Καρχηδονίων ἀπιστίας ὑπεμίμνησκον, ὁσάκις σύνθοιντο, καὶ παραβαῖεν· ὅσα τε Ἀννίβας δράσειε δεινὰ Ῥωμαίους καὶ τοὺς Ῥωμαίων συμμάχους, ἔν τε Ἰβηρίᾳ καὶ Ἰταλίᾳ. Οἱ δὲ, τὸ τῆς εἰρήνης χρήσιμον οὐ Καρχηδονίοις μᾶλλον ἢ σφίσιν ὑπεδείκνυον ἔσεσθαι, τῆς Ἰταλίας τοσοῖσδε πολέμοις ἐκτετρυχωμένης· τό τε τοῦ μέλλοντος περιδεὲς ἐπεξῄεσαν ἐπιπλευσουμένων ἐπὶ τὸν Σκιπίωνα αὐτίκα σὺν μεγάλοις στρατοῖς Ἀννίβου τε ἐξ Ἰταλίας, καὶ Μάγωνος ἐκ Λιγύων, καὶ Ἄννωνος ἀπὸ Καρχηδόνος.

XXXII. Ἐφ' οἷς ἀποροῦσα ἡ βουλὴ, συμβούλους ἔπεμψε τῷ Σκιπίωνι, μεθ' ὧν ἔμελλε κρινεῖν τε καὶ πράξειν ὅ τι δοκιμάσειε συνοίσειν. Ὁ δὲ ἐς τὴν εἰρήνην τοῖς Καρχηδονίοις ἐπὶ τοῖσδε συνέβη· Μάγωνα μὲν ἀποπλεῖν ἐκ Λιγύων αὐτίκα, καὶ τοῦ λοιποῦ Καρχηδονίους μὴ ξενολογεῖν, μηδὲ ναῦς ἔχειν μακρὰς πλείους τριάκοντα, μηδὲ πολυπραγμονεῖν τι πέρα ὧν ἔχουσιν ἐντὸς τῶν λεγομένων Φοινικίδων τάφρων· ἀποδοῦναι δὲ Ῥωμαίοις ὅσους αἰχμαλώτους αὐτῶν ἔχουσι καὶ αὐτομόλους· ἀργυρίου τε αὐτοῖς τάλαντα χίλια καὶ ἑξακόσια ἐσενεγκεῖν ἐν χρόνῳ. Ἔχειν δὲ Μασσανάσσην Μασσυλίους τε, καὶ τῆς Σύφακος ἀρχῆς ὅσα δύναιτο. Τάδε μὲν συνέθεντο ἀλλήλοις. Καὶ πρέσβεις διέπλεον, οἱ μὲν ἐς Ῥώμην, τοὺς ὑπάτους ὁρκιοῦντες· οἱ δ' ἀπὸ Ῥώμης ἐς Καρχηδόνα, καὶ τὰ τέλη τῶν Καρχηδονίων αὐτοῖς ὤμνυε. Μασσανάσσῃ δὲ Ῥωμαῖοι χαριστήρια τῆς συμμαχίας, στέφανόν τε ἀπὸ χρυσοῦ, καὶ σφραγῖδα χρυσῆν, ἔπεμπον, καὶ ἐλεφάντινον δίφρον, καὶ πορφύραν, καὶ στολὴν Ῥωμαϊκὴν, καὶ ἵππον χρυσοφάλαρον, καὶ πανοπλίαν.

XXXIII. Γιγνομένων δ' ἔτι τούτων, ὁ Ἀννίβας ἄκων ἐς Καρχηδόνα ἔπλει, τὴν ἐς τοὺς ἄρχοντας ἀπιστίαν τοῦ δήμου καὶ ταχυεργίαν ὑφορώμενος. Ἀπιστῶν δ' ἔτι τὰς σπονδὰς ἔσεσθαι, καὶ, εἰ γένοιντο, εὖ εἰδὼς οὐκ ἐς πολὺ βεβαίους ἐσομένας, ἐς Ἀδρυμητὸν Λιβύης κατήγετο πόλιν, καὶ σῖτον συνέλεγεν, ἐπί τε ὠνὴν ἵππων περιέπεμπε. Καὶ τὸν δυνάστην τῶν Νομάδων τῶν καλουμένων Ἀρεακιδῶν ἐς φιλίαν ὑπήγετο. Καὶ τετρακισχιλίους αὐτομόλους ἱππέας αὐτῷ προσφυγόντας, οἳ Σύφακος ὄντες, τότε ἐγίγνοντο Μασσανάσσου, κατηκόντισεν, ὑποπτεύσας· τοὺς δ' ἵππους διέδωκε τῷ στρατῷ. Ἦλθε δὲ καὶ Μεσότυλος αὐτῷ δυνάστης ἕτερος μετὰ χιλίων ἱππέων, καὶ Οὐερμινᾶς, Σύφακος υἱὸς ἕτερος, ἔτι τῶν πλεόνων τῆς πατρῴας ἀρχῆς ἐπικρατῶν. Πόλεις τε Μασσανάσσου τὰς μὲν ὑπήγετο, τὰς δ' ἐβιάζετο. Νάρκην δ' ἐνήδρευσεν ὧδε· ἀγορᾷ χρώμενος, ἐσέπεμπεν

ret : nihilominus ad Scipionem simul legatos de pace ire jubent; sperantes, aut pacem se impetraturos, aut consultando tempus trituros, donec Annibal adveniat. Scipio dedit eis inducias, et, acceptis alimentis exercitus, permisit cum S. P. Q. R. per legationem de pace agere. Et miserunt Pœni Romam legatos; qui, velut adhuc hostes, extra urbem habitare jussi sunt. Dato senatu, quum veniam orassent legati; Patrum alii memorabant « Pœnorum perfidiam, ruptaque toties fœdera; tum Annibalis injurias, populo romano sociisque tam in Hispania, quam in Italia, illatas. » Alii, « pacem non Pœnis magis quam sibi, utilem futuram, ostendebant, misere vexata tot bellis Italia; quantumque immineret periculum, exponebant, tot exercitibus et classibus confestim contra Scipionem coituris, Annibalis ex Italia, Magonis e Liguria, Annonis Carthagine. »

XXXII. Quapropter senatus, consilium non expediens, misit ad Scipionem legatos, quibuscum de communi sententia consuleret, ageretque quidquid videretur e republica. Et Scipio pacem Carthaginiensibus concessit, his legibus : « Magonem cum exercitu statim decedere jubeant e Liguria Pœni, nec in posterum conducant mercenarium militem : naves longas, præter triginta, ne habeant : intra Punicam, quam vocant, Fossam se contineant : captivos et perfugas fugitivosque restituant : argenti mille sexcenta talenta intra certum tempus in ærarium inferant. Masinissa denique non solum Massyliorum regnum, sed et quantumcumque de Syphacis ditione occupare potuerit, bono jure possideat. » In has leges pacis ubi conventum est, legati in vicem navigarunt : hinc Romam, qui a consulibus, illinc Carthaginem, qui a Pœnorum magistratibus jusjurandum in sanctionem pacis acciperent. Masinissæ autem a populo Romano, ob egregiam fidem operamque dona missa : aurea corona, et sigillum aureum, sella curulis eburnea, palmata tunica, toga picta, equus phaleris aureis ornatus, et armatura totius corporis.

XXXIII. Interea Annibal invitus navigavit in Africam, suspectam habens populi sui lubricam fidem erga principes, præcipitiaque ejus consilia. Et quia, fœdus ictum iri, vix credebat, vel, si esset ictum, non fore firmum sciebat, classe ad Adrumetum appulsa, frumentum statim comportare, equosque coemere cœpit. Et cum Areacidarum regulo (Numidica ea gens est) societatem iniit. Quatuor autem millia equitum, qui quondam Syphacis fuerant, et tunc a Masinissa ad eum transfugerant, ut suspectos, jaculatoribus objecit configendos; equos militibus suis divisit. Mesotulus quoque, alius regulus, accessit ad eum cum mille equitibus : et Vermina, Syphacis alter filius, majorem adhuc paterni regni partem obtinens. Urbes etiam Masinissæ, partim deditione, partim vi recipiebat. Narcen autem per insidias cepit, hoc modo : quum opus haberet commeatu,

ὡς ἐς φίλους· ὅτε δ' ἔδοξεν ἐπιθέσθαι, πλείους ἔπεμπε ξιφίδια ἐπικρύπτοντας, οἷς εἴρητο, τὰ δίκαια ποιεῖν ἐς τοὺς πιπράσκοντας, μέχρι σαλπίγγων ἀκούσειαν· τότε δ' ἐπιχειρεῖν τοῖς ἐντυχοῦσι, καὶ τὰς πύλας οἱ φυλάσσειν. Οὕτω μὲν ἑάλω Νάρκη.

XXXIV. Καρχηδονίων δὲ ὁ δῆμος, ἄρτι τὰς συνθήκας πεποιημένοι, καὶ Σκιπίωνος ἔτι παρόντος, οὔπω τῶν ἰδίων πρέσβεων ἀπὸ Ῥώμης ἀνεστροφότων, ἀγορὰν Σκιπίωνος ὑπ' ἀνέμων κατενεχθεῖσαν ἐς Καρχηδόνα, διήρπασαν, καὶ τοὺς παραπέμποντας αὐτὴν ἔδησαν· πολλὰ τῆς βουλῆς ἀπειλούσης, καὶ παραινούσης μὴ λύειν συνθήκας ἄρτι γεγενημένας. Οἱ δὲ καὶ ταῖς συνθήκαις ἐπεμέμφοντο, ὡς ἀδίκως γενομέναις, καὶ τὸν λιμὸν ἔφασαν ἐνοχλεῖν ὑπὲρ τὰς παραβάσεις. Σκιπίων μὲν οὖν οὐκ ἠξίου πολέμου κατάρχειν μετὰ σπονδάς, ἀλλ' ᾔτει δίκας, ὡς φίλους ἁμαρτόντας. Οἱ δὲ καὶ τοὺς πρέσβεις αὐτοῦ κρατεῖν ἐπενόουν, ἕως ἀφίκοιντο αὐτοῖς οἱ ἀπὸ Ῥώμης. Ἀλλὰ τούσδε μὲν Ἄννων τε ὁ Μέγας καὶ Ἀσδρούβας ὁ Ἔριφος ἐξείλοντο τοῦ πλήθους, καὶ προὔπεμπον δύο τριήρεσιν. Ἕτεροι δὲ Ἀσδρούβαν τὸν ναύαρχον ἔπεισαν, ὁρμοῦντα περὶ τὴν Ἀπόλλωνος ἄκραν, ὅταν ἀποστῶσιν αἱ προπομποὶ τριήρεις, ἐπιθέσθαι τοῖς τοῦ Σκιπίωνος. Καὶ ὁ μὲν ἐπέθετο· καὶ τῶν πρέσβεών τινες ἐκ τοξευμάτων ἀπέθανον· οἱ δὲ λοιποί, τιτρωσκόμενοί τε καὶ ἐρέσσοντες ἔφθασαν ἐς τὸν λιμένα τοῦ σφετέρου στρατοπέδου, καὶ ἐξήλαντο τῆς νεὼς ἤδη λαμβανομένης· παρὰ τοσοῦτον ἦλθον αἰχμάλωτοι γενέσθαι.

XXXV. Ὧν οἱ ἐν ἄστει Ῥωμαῖοι πυθόμενοι, τοὺς πρέσβεις τοὺς Καρχηδονίων, οἳ περὶ τῆς εἰρήνης ἔτι παρῆσαν, ἐκέλευον ἀποπλεῖν αὐτίκα, ὡς πολεμίους. Καὶ οἱ μὲν ἐξέπλεον, καὶ ὑπὸ τοῦ χειμῶνος ἐς τὸ τοῦ Σκιπίωνος στρατόπεδον κατήγοντο. Σκιπίων δὲ τῷ ναυάρχῳ, πυθομένῳ περὶ αὐτῶν ὅ τι δέοι ποιεῖν· Οὐδὲν ὅμοιον, ἔφη, ταῖς Καρχηδονίων ἀπιστίαις, ἀλλ' ἀπόπεμπε ἀπαθεῖς. Μαθοῦσα δ' ἡ γερουσία, τὸν δῆμον ὠνείδιζε τῇ συγκρίσει, καὶ συνεβούλευε, καὶ νῦν δεηθῆναι Σκιπίωνος, τὰ μὲν συγκείμενα φυλάσσειν, δίκας δὲ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ Καρχηδονίων λαβεῖν. Οἱ δὲ, καὶ αὐτῇ τῇ γερουσίᾳ δυσχεραίνοντες ἐκ πολλοῦ, διὰ τὴν κακοπραγίαν, ὡς οὐκ εὖ τὰ συμφέροντα προορωμένῃ, καὶ ὑπ' ἀνδρῶν δημοκόπων ἐρεθιζόμενοί τε καὶ ἐς ἀλόγους ἐλπίδας ἐπαιρόμενοι, τὸν Ἀννίβαν ἐκάλουν μεθ' ἧς εἶχε στρατιᾶς.

XXXVI. Ὁ δὲ, ὁρῶν τὸ μέγεθος τοῦ πολέμου, Ἀσδρούβαν αὐτοὺς ἐκέλευε σὺν τῇ παρούσῃ δυνάμει καλεῖν. Ἀσδρούβας μὲν δὴ, τῆς καταδίκης αὐτῷ λυθείσης, παρεδίδου τὸν στρατὸν Ἀννίβᾳ, καὶ οὐδ' ὡς ἐπιφαίνεσθαι τοῖς Καρχηδονίοις ἐθάρρει, ἀλλ' ἐκρύπτετο ἐν τῇ πόλει. Σκιπίων δὲ ναῦς τῇ Καρχηδόνι ἐπιστήσας, εἶργεν αὐτοὺς ἀγορᾶς ἀπὸ θαλάσσης, οὐκ εὐποροῦντας οὐδ' ἀπὸ τῆς γῆς, ἀσπόρου διὰ τὸν πόλεμον γενομένης. Τῶν δ' αὐτῶν ἡμερῶν Ἀννίβου καὶ Σκιπίωνος ἱππομαχία γίγνεται περὶ Ζάμαν, ἐν ᾗ Σκιπίων ἐπλεονέκτει·

misit tamquam ad amicos; et quum visum est insidiarum tempus, plures intromisit, accinctos occultis pugionibus, cum mandato, ut neminem venditorem fraudarent, donec tubæ signum audirent : tum vero sternerent obvios, et portas occupatas sibi servarent. Ita Narce capta est.

stris Diogenis jam duobus locis tantum muri, quantum inter duas turres intererat, ruina esset prostratum, adveniens Scipio mille selectos aversa parte locavit in insidiis, ipse a fronte cum tribus millibus pariter ex fortissimis selectorum per ruinas muri ascendebat; non universos simul adducens, sed in plura quædam densa agmina divisos, quæ ita sese consequebantur, ut priores, si vel maxime urgerentur ab hostibus, non haberent quo pedem referrent, propter incumbentes a tergo suos. Ubi dum multo clamore et contentione pugnatur, Afris in hanc partem unice conversis, alteri illi mille, quemadmodum jussi fuerant, nemine observante, ac ne suspicante quidem eorum adventum, maxima audacia vallum adorti sunt, et convulso transcensoque vallo in castra irrumpere cœperunt. Quod ubi primum sensere Afri, fugam protinus arripuerunt; multo plures intus esse rati, quam quos videbant. Et eos Gulussa cum Numidis multis elephantisque persecutus, ingentem stragem edidit. Perierunt militum, cum alia non militantium turba, ad LXX millia : capta sunt millia decem, evaserunt quatuor circiter millia. Ipsam deinde urbem quoque Nepherim cepit Scipio; magno quidem labore per duos et viginti dies continuata oppugnatione, loco ac tempore frigido. Quæ quidem victoria plurimum ad expugnationem ipsius Carthaginis contulit. Nam ab hoc exercitu commeatus suppeditati erant obsessis; et horum castrorum respectus fiduciam Afris addiderat. Quibus captis, etiam reliqua Africæ loca partim ultro dediderunt se Scipionis ducibus, partim sine negotio sunt recepta. Ita commeatus apud Carthaginienses defecit, quum neque ex Africa, jam alienata, neque aliunde, quidquam importari posset navibus, ob bellum pariter ac hiemalem tempestatem.

CXXVII. Ineunte autem vere, Scipio jam et Byrsam, et portum interiorem, quem Cothonem vocabant, oppugnare instituit. Et Asdrubal noctu incendit eam Cothonis partem, quæ erat quadrangula : sed dum in eamdem partem etiam tum putat impetum facturum Scipionem, et eo unice cum suis intentus est, interim Lælius, imprudente hoste, in rotundam Cothonis partem, aversam ab illa, ascendit. Et mox clamore edito, velut reportata victoria, terretur hostis; et Romani contemtim jam undique magno impetu ascendunt, injectis trabibus et machinis pontibusque superantes loca hiantia, propugnatoribus exhaustis corpora fame, animumque despondentibus. Jamque expugnato circa Cothonem muro, vicinum forum occupavit Scipio. Ubi, quia nox imminens nil sinebat tentare amplius, pernoctavit armatus cum omnibus. Prima autem luce quatuor millia recentium militum advocat. Qui prius Apollinis templum ingressi, statuam ejus auro tectam, et ædiculam bracteatam, quæ circumdabat statuam, talentorum auri mille pondo, deprædati sunt; spoliaque gladiis concidentes, surdi ad præfectorum minas, non prius ad opus, ad quod vocati erant, se converterunt, quam prædam inter se divisissent.

CXXVIII. Jam Scipio ad expugnandam Byrsam omne

σπουδή· τὸ γὰρ ὀχυρώτατον τῆς πόλεως ἦν, καὶ οἱ πλέονες ἐς αὐτὴν συνεπεφεύγεσαν. Τριῶν δ' οὐσῶν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀνόδων ἐς αὐτὴν, οἰκίαι πυκναὶ καὶ ἑξώροφοι πανταχόθεν ἦσαν· ὅθεν οἱ Ῥωμαῖοι βαλλόμενοι, τὰς πρώτας τῶν οἰκιῶν κατέλαβον, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἠμύνοντο τοὺς ἐπὶ τῶν πλησίον. Ὅτε δ' αὐτῶν κρατήσειαν, ξύλα καὶ σανίδας τοῖς διαστήμασι τῶν στενωπῶν ἐπιτιθέντες, διέβαινον ὡς ἐπὶ γεφυρῶν. Καὶ ὅδε μὲν ὁ πόλεμος ἦν ἐπὶ τῶν τεγῶν ἄνω· ἕτερος δ' ἐν τοῖς στενωποῖς κατὰ τοὺς ἀπαντῶντας. Στόνου δὲ καὶ οἰμωγῆς καὶ βοῆς πάντα καὶ ποικίλων παθῶν ἐνεπίμπλατο, κτεινομένων τε ἐν χερσὶ, καὶ ζώντων ἔτι ῥιπτουμένων ἄνωθεν ἀπὸ τῶν τεγῶν ἐς τὸ ἔδαφος, καὶ φερομένων ἐνίων ἐπὶ δόρατα ὀρθὰ, ἢ αἰχμὰς ἄλλας, ἢ ξίφη. Ἐνεπίμπρη δ' οὐδὲν οὐδείς πω, διὰ τοὺς ἐπὶ τῶν τεγῶν, ἕως ἐπὶ τὴν Βύρσαν ἦκεν ὁ Σκιπίων· καὶ τότε τοὺς τρεῖς ὁμοῦ στενωποὺς ἐνεπίμπρη· καὶ τὸ ἀεὶ πιμπράμενον ἑτέροις ὁδοποιεῖν ἐκέλευεν, ἵνα εὐμαρῶς ὁ στρατὸς ἀλλασσόμενος διαθέοι.

CXXIX. Ἄλλη δ' ἦν ἐκ τοῦδε ὄψις ἑτέρων κακῶν, τοῦ μὲν πυρὸς ἐπιφλέγοντος πάντα καὶ καταφέροντος, τῶν δὲ ἀνδρῶν τὰ οἰκοδομήματα οὐ διαιρούντων ἐς ὀλίγον, ἀλλ' ἀθρόα βιαζομένων ἀνατρέπειν. Ὅ τε γὰρ κτύπος ἐκ τοῦδε πολὺ πλείων ἐγίγνετο, καὶ μετὰ τῶν λίθων ἐξέπιπτον ἐς τὸ μέσον ἀθρόοι νεκροί. Ζῶντές τε ἕτεροι, πρεσβῦται μάλιστα, καὶ παιδία, καὶ γύναια, ὅσα τοῖς μυχοῖς τῶν οἰκιῶν ἐκέκρυπτο, οἱ μὲν καὶ τραύματα φέροντες, οἱ δ' ἡμίφλεκτοι, φωνὰς ἀηδεῖς ἀφιέντες. Ἕτεροι δ', ὡς ἀπὸ τοσοῦδε ὕψους μετὰ λίθων καὶ ξύλων καὶ πυρὸς ὠθούμενοι καὶ καταπίπτοντες, ἐς πολλὰ σχήματα κακῶν διεσπῶντο, ῥηγνύμενοί τε καὶ καταπασσόμενοι. Καὶ οὐδ' ἐς τέλος αὐτοῖς ταῦτα ἀπέχρη. Λιθολόγοι γὰρ, ὅσοι πελέκεσι καὶ ἀξίναις καὶ κοντοῖς τὰ πίπτοντα μετέβαλλόν τε, καὶ ὡδοποίουν τοῖς διαθέουσιν, οἱ μὲν τοῖς πελέκεσι καὶ ταῖς ἀξίναις, οἱ δὲ ταῖς χηλαῖς τῶν κοντῶν, τούς τε νεκροὺς καὶ τοὺς ἔτι ζῶντας ἐς τὰ τῆς γῆς κοῖλα μετέβαλλον, ὡς ξύλα καὶ λίθους ἐπισύροντες ἢ ἀνατρέποντες τῷ σιδήρῳ· ἦν τε ἄνθρωπος ἀναπλήρωμα βόθρου. Μεταβαλλόμενοι δ' οἱ μὲν ἐς κεφαλὰς ἐφέροντο, καὶ τὰ σκέλη σφῶν ὑπερίσχοντα τῆς γῆς ἤσπαιρον ἐπὶ πλεῖστον· οἱ δ' ἐς μὲν τοὺς πόδας ἔπιπτον κάτω, καὶ ταῖς κεφαλαῖς ὑπερεῖχον ὑπὲρ τὸ ἔδαφος. Ἵπποι δ' αὐτοὺς διαθέοντες ἐς τὰς ὄψεις ἢ τὸν ἐγκέφαλον ἐκόλαπτον, οὐχ ἑκόντων τῶν ἐποχουμένων, ἀλλ' ὑπὸ σπουδῆς· ἐπεὶ οὐδ' οἱ λιθολόγοι ταῦτ' ἔδρων ἑκόντες· ἀλλ' ὁ τοῦ πολέμου πόνος, καὶ ἡ δόξα τῆς νίκης ἐγγὺς, καὶ ἡ τοῦ στρατοῦ σπουδὴ, καὶ κήρυκες ὁμοῦ καὶ σαλπιγκταὶ πάντα θορυβοῦντες, χιλίαρχοί τε καὶ λοχαγοὶ μετὰ τῶν τάξεων ἐναλλασσόμενοι καὶ διαθέοντες, ἐνθους ἅπαντας ἐποίουν καὶ ἀμελεῖς τῶν δρωμένων, ὑπὸ σπουδῆς.

CXXX. Καὶ ταῦτα πονουμένων ἐδαπανήθησαν ἓξ ἡμέραι τε καὶ νύκτες· τῆς μὲν στρατιᾶς ἐναλλασσομένης, ἵνα μὴ κάμοιεν ὑπ' ἀγρυπνίας, καὶ κόπου, καὶ

studium conferebat: nihil enim erat in tota urbe munitius, et eo plerique confugerant. Ad eam autem tribus viis ascendebantur a foro, circa quas undique imminebant continuæ ædes sex tabulatorum: ex quibus quum Romani telis lapidibusque peterentur, primoribus domibus expugnatis, ex eis depugnabant adversus hos qui proximas tenebant. Et quoties hos pepulerant, transversis tignis ac tabulis super angiportuum interstitia impositi, transibant tanquam pontibus. Dum ita bellum gerebatur in tectis; interim alii, ut forte invicem occurrebant, dimicabant in imis viis. Erant autem omnia plena gemitu, ejulatu, clamore, inter tristes varii generis casus; dum alii cæduntur cominus ferro, alii vivi e tectis in humum dejiciuntur, et nonnulli prolabentes erectis hastis excipiuntur, aut aliis spiculis, gladiisve. Nemo tamen adhuc ignem injiciebat ædibus, propter eos qui pugnabant in tectis, donec ad Byrsam evasit Scipio. Tum vero tribus simul viis, quæ ad Byrsam ducebant, ignem subjici jussit, constitutis, qui statim, prout quæque pars incendio collapsa esset, repurgarent ruinas; quo commodior esset transitus exercitui, quem vices mutare erat necesse.

CXXIX. Inde alia calamitatum exstiterunt spectacula; dum sparsum late incendium cuncta devastat, et viri ædificia lapidea non per partes destruunt, sed, summa vi connisi, una mole corruere cogunt. Hinc enim et fragor augebatur plurimum; et cum ruderibus confertim in publicum decidebant cadavera; et alii vivi decidebant, præsertim senes, et mulierculæ, et pueri, qui se in ædium latebris intimis abdiderant, pars vulnerati, pars semiusti, tetros clamores edentes: alii rursus tanta excelsitudine una cum lapidibus, lignis, titionibus, prolapsi in varias formas distrahebantur, rumpebantur, lacerabantur. Nec his finis fuit malorum. Nam purgatores ruderum, qui securibus, dolabris, furcis, removendo quidquid humi stratum erat, viam transeuntibus patefaciebant, iisdem instrumentis eademque opera et mortuos et vivos in loca cava conjiciebant, ceu ligna et lapides eos trahentes, aut ferramentis versantes. Ita hominum congerie complebantur foveæ; et in eas alii præcipites dati diu palpitabant, cruribus supra terram exstantibus; aliorum capita eminebant solo, humi defixis pedibus. Atque horum facies et cerebra obterebantur ungulis equorum; non quidem data opera equitum, sed festinatione. Nam nec cæmentarii, qui vias purgabant, data opera illud faciebant. Verum contentio certaminis, et cogitatio propinquæ victoriæ, tum properatio militum, et præconum voces, turbarumque strepitus, et discurrentes tribuni centurionesque, qui sive recentes cohortes ad opus subducebant, sive fessos reducebant, cunctos veluti lymphatico quodam furore repleverant, ut præ studio non moverentur istorum spectaculorum fœditate.

CXXX. Hujusmodi labori insumti sex dies noctesque; submissis subinde in vicem fessorum recentibus, ne perpetuis vigiliis, laboribus, cædibus, et tetris spectaculis defi-

φόνου, καὶ ὄψεως ἀηδοῦς· Σκιπίωνος δ' ἀπαύστως ἐφεστῶτος, ἢ διαθέοντος, ἀΰπνου, καὶ σῖτον οὕτως ἐπὶ τῶν ἔργων αἱρουμένου, μέχρι κάμνων καὶ παρειμένος ἐκαθέζετο ἐφ' ὑψηλοῦ, τὰ γιγνόμενα ἐφορῶν. Πολλῶν δ' ἔτι πορθουμένων, καὶ τοῦ κακοῦ μακροτάτου δοκοῦντος ἔσεσθαι, προσέφυγον ἑβδόμης ἡμέρας αὐτῷ τινες ἐστεμμένοι στέμματα Ἀσκληπίεια· τόδε γὰρ ἦν τὸ ἱερὸν ἐν ἀκροπόλει μάλιστα τῶν ἄλλων ἐπιφανὲς καὶ πλούσιον· ὅθεν οἵδε τὰς ἱκετηρίας λαβόντες ἐδέοντο τοῦ Σκιπίωνος, περὶ μόνης συνθέσθαι σωτηρίας τοῖς ἐθέλουσιν ἐπὶ τῷδε τῆς Βύρσης ἐξιέναι. Ὁ δὲ ἐδίδου, χωρὶς αὐτομόλων. Καὶ ἐξῄεσαν αὐτίκα μυριάδες πέντε ἀνδρῶν ἅμα καὶ γυναικῶν, ἀνοιχθέντος αὐτοῖς στενοῦ διατειχίσματος. Καὶ οὗτοι μὲν ἐφυλάσσοντο· ὅσοι δ' αὐτόμολοι Ῥωμαίων ἦσαν, ἀμφὶ τοὺς ἐνακοσίους μάλιστα, ἀπογνόντες αὑτῶν, ἐς τὸ Ἀσκληπιεῖον ἀνέδραμον μετὰ Ἀσδρούβα καὶ τῆς γυναικὸς τῆς Ἀσδρούβα, καὶ δύο παίδων ἀρρένων. Ὅθεν εὐμαρῶς ἀεὶ ἐμάχοντο, καίπερ ὄντες ὀλίγοι, διὰ τὸ ὕψος τοῦ τεμένους καὶ τὸ ἀπόκρημνον· ἐς ὃ καὶ παρὰ τὴν εἰρήνην διὰ βαθμῶν ἑξήκοντα ἀνέβαινον. Ὡς δὲ ὅ τε λιμὸς αὐτοὺς καθῄρει, καὶ ἡ ἀγρυπνία, καὶ ὁ φόβος, καὶ ὁ πόνος, τοῦ κακοῦ προσπελάζοντος, τὸ μὲν τέμενος ἐξέλιπον, ἐς δὲ τὸν νεὼν αὐτοῦ καὶ τὸ τέγος ἀνέτρεχον.

CXXXI. Κἀν τούτῳ λαθὼν ὁ Ἀσδρούβας ἔφυγε πρὸς τὸν Σκιπίωνα μετὰ θαλλῶν· καὶ αὐτὸν ὁ Σκιπίων ἐκάθισε πρὸ ποδῶν ἑαυτοῦ, καὶ τοῖς αὐτομόλοις ἐπεδείκνυεν. Οἱ δ' ὡς εἶδον, ᾔτησαν ἡσυχίαν σφίσι γενέσθαι· καὶ γενομένης, Ἀσδρούβᾳ μὲν ἐλοιδορήσαντο πολλὰ καὶ ποικίλα, τὸν δὲ νεὼν ἐνέπρησάν τε, καὶ κατεκαύθησαν. Τὴν δὲ γυναῖκα τοῦ Ἀσδρούβα, λέγουσιν, ἁπτομένου τοῦ πυρὸς, ἀντικρὺ τοῦ Σκιπίωνος γενομένην, κατακοσμήσασθαί τε ὡς ἐν συμφοραῖς ἐδύνατο, καὶ παραστησαμένην τὰ τέκνα, εἰπεῖν ἐς ἐπήκοον τοῦ Σκιπίωνος· Σοὶ μὲν οὐ νέμεσις ἐκ θεῶν, ὦ Ῥωμαῖε· ἐπὶ γὰρ πολεμίαν ἐστράτευσας. Ἀσδρούβαν δὲ τόνδε, πατρίδος τε καὶ ἱερῶν καὶ ἐμοῦ καὶ τέκνων προδότην γενόμενον, οἵ τε Καρχηδόνος δαίμονες ἀμύναιντο, καὶ σὺ μετὰ τῶν δαιμόνων. Εἶτ' ἐς τὸν Ἀσδρούβαν ἐπιστρέψασα, εἶπεν· Ὦ μιαρὲ, καὶ ἄπιστε, καὶ μαλακώτατε ἀνδρῶν, ἐμὲ μὲν καὶ τοὺς ἐμοὺς παῖδας τόδε τὸ πῦρ θάψει· σὺ δὲ τίνα κοσμήσεις θρίαμβον, ὁ τῆς μεγάλης Καρχηδόνος ἡγεμών; τίνα δ' οὐ δώσεις δίκην τῷδε, ᾧ παρακαθέζῃ; Τοσαῦτ' ὀνειδίσασα, κατέσφαξε τοὺς παῖδας, καὶ ἐς τὸ πῦρ αὐτούς τε καὶ ἑαυτὴν ἐπέρριψεν. Ὧδε μέν φασι τὴν Ἀσδρούβα γυναῖκα, ὡς αὐτὸν ἐχρῆν Ἀσδρούβαν, εἰποῦσαν, ἀποθανεῖν.

CXXXII. Ὁ δὲ Σκιπίων, πόλιν ὁρῶν ἑπτακοσίοις ἔτεσιν ἀνθήσασαν ἀπὸ τοῦ συνοικισμοῦ, καὶ γῆς τοσῆσδε καὶ νήσων καὶ θαλάσσης ἐπάρξασαν, ὅπλων τε καὶ νεῶν καὶ ἐλεφάντων καὶ χρημάτων εὐπορήσασαν ἴσα ταῖς ἀρχαῖς ταῖς μεγίσταις, τόλμῃ δὲ καὶ προθυμίᾳ πολὺ διασχοῦσαν (ἥ γε, καὶ ναῦς καὶ ὅπλα πάντα περιῃρημένη, τρισὶν ὅμως ἔτεσιν ἀντέσχε πολέμῳ τοσῷδε καὶ λιμῷ),

cerent. Solus Scipio sine cessatione urgebat, et discurrebat, insomnis, nec cibum nisi obiter inter labores capiens: donec præ lassitudine in loco edito consedit, ubi, quæ fierent, inspicere poterat. Quumque multa etiam tum vastarentur, et videretur diu duratura hæc calamitas, die septimo demum nonnulli supplices confugerunt ad Scipionem, præferentes verbenas Æsculapii: cujus templum longe omnium nobilissimum ditissimumque erat in arce. Ex hoc igitur templo illi corollis supplicibus captis, de salute tantum ut pacisci vellet Scipio, orabant, concedenda his, qui ea conditione vellent arce excedere. Et impetratum est, exceptis transfugis: exiveruntque mox quinquaginta millia virorum promiscue ac mulierum, transmissa per angustam portam antemuralem; quibus statim apposita est custodia. Transfugæ autem Romanorum, circiter nongenti, desperata salute, in Æsculapii templum se receperunt cum Asdrubale et uxore duobusque filiis Asdrubalis: unde facile repugnabant, quamvis pauci numero, ut e loco edito et imposito rupibus; nam pacis etiam tempore in ipsam aream templi sexaginta gradibus ascendebantur. Tandem fame, vigiliis, pavore, laboribus confecti, appropinquante jam ultimo exitio, relicta area, in ipsam ædem summumque tectum templi sese proripuerunt.

CXXXI. Per eam occasionem Asdrubal, imprudentibus cæteris, ad Scipionem cum ramis supplicibus profugit. Quem Scipio, jussum assidere sibi ad pedes, ostendit transfugis. Quo conspecto, illi postularunt silentium; silentioque impetrato, post effusa in Asdrubalem multa variaque convicia, templum incenderunt, et simul cum templo concremati sunt. Fertur autem, dum accenditur ignis, uxor Asdrubalis, ornata quam commodissime pro tempore poterat, constituisse ex adverso Scipionis cum duobus filiis, et clara voce dixisse: « Tibi quidem, Romane, dii sint propitii, qui jure belli uteris! Ab hoc autem Asdrubale, et patriæ, et sacrorum, et mei, filiorumque proditore, genii Carthaginis pœnas exigant, tuque cum illis! » Deinde ad Asdrubalem conversa; « Sceleste, inquit, et perfide, et effeminatissime virorum omnium! me quidem, et hos meos filios, hic ignis sepeliet: tu vero quem tandem decorabis triumphum? dux magnæ Carthaginis! et quas non pœnas dabis huic, cui nunc supplex assides? » His exprobratis, jugulavit filios, conjecitque in ignem, et seipsam insuper. Hunc aiunt fuisse uxoris exitum, qualis ipsum Asdrubalem potius decuerat.

CXXXII. At Scipio, urbem, per annos, ex quo condita fuerat, septingentos eximio splendore celebratam; terra marique tam late dominam; armorum, classium, elephantorum, pecuniarum copiis cum maximo quovis regno conferendam; fortitudine vero et industria multum etiam eminentem, quando, ademtis navibus armisque, tamen per triennium famem et bellum sustinuit: hanc igitur urbem

τότε ἄρδην τελευτῶσαν ἐς πανωλεθρίαν ἐσχάτην· λέγεται μὲν δακρῦσαι, καὶ φανερὸς γενέσθαι κλαίων ὑπὲρ πολεμίων. Ἐπὶ πολὺ δ' ἔννους ἐφ' ἑαυτοῦ γενόμενός τε, καὶ συνιδὼν, ὅτι καὶ πόλεις καὶ ἔθνη καὶ ἀρχὰς ἁπάσας δεῖ μεταβαλεῖν, ὥσπερ ἀνθρώπους, δαίμονα· καὶ τοῦτ' ἔπαθε μὲν Ἴλιον, εὐτυχής ποτε πόλις, ἔπαθε δὲ ἡ Ἀσσυρίων καὶ Μήδων καὶ Περσῶν ἐπ' ἐκείνοις ἀρχὴ μεγίστη γενομένη, καὶ ἡ μάλιστα ἔναγχος ἐκλάμψασα ἡ Μακεδόνων· εἴτε ἑκὼν, εἴτε προφυγόντος αὐτὸν τοῦδε τοῦ ἔπους·

Ἔσσεται ἦμαρ, ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρὴ,
καὶ Πρίαμος, καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο.

Πολυβίου δ' αὐτὸν ἐρομένου σὺν παῤῥησίᾳ (καὶ γὰρ ἦν αὐτοῦ καὶ διδάσκαλος), ὅ τι βούλοιτο ὁ λόγος· φασὶν, οὐ φυλαξάμενον, ὀνομάσαι τὴν πατρίδα σαφῶς, ὑπὲρ ἧς ἄρα, ἐς τἀνθρώπεια ἀφορῶν, ἐδεδίει. Καὶ τάδε μὲν Πολύβιος αὐτὸς ἀκούσας συγγράφει.

CXXXIII. Σκιπίων δ', ἐπεὶ κατέσκαπτο Καρχηδὼν, ἐπὶ μέν τινα ἡμερῶν ἀριθμὸν ἐπέτρεψε τῇ στρατιᾷ διαρπάζειν ὅσα μὴ χρυσὸς ἢ ἄργυρος ἢ ἀναθήματα ἦν· μετὰ δὲ τοῦτ' ἀριστεῖα πολλὰ διαδοὺς ἅπασι, χωρὶς τῶν ἐς τὸ Ἀπολλώνιον ἁμαρτόντων, ναῦν μὲν ὀξυτάτην κοσμήσας λαφύροις, ἄγγελον τῆς νίκης ἔστειλεν ἐς Ῥώμην· ἐς δὲ Σικελίαν περιέπεμπεν, ὅσα Καρχηδόνιοι σφῶν ἀναθήματα κοινὰ πολεμοῦντες ἔλαβον, ἐλθόντας ἐπιγιγνώσκειν καὶ κομίζεσθαι. Ὃ καὶ μάλιστα αὐτὸν ἐδημαγώγησεν, ὡς μετὰ τοῦ δυνατοῦ φιλάνθρωπον. Ἀποδόμενος δὲ τὴν λείαν τὴν περισσὴν, ὅπλα καὶ μηχανήματα καὶ ναῦς ἀχρήστους Ἄρεϊ καὶ Ἀθηνᾷ διαζωσάμενος αὐτὸς ἔκαιε, κατὰ τὰ πάτρια.

CXXXIV. Οἱ δ' ἐν Ῥώμῃ, ὡσαύτως τὴν ναῦν ἰδόντες, καὶ τῆς νίκης περὶ δείλην ἑσπέραν πυθόμενοι, ἐς τὰς ὁδοὺς ἐξεπήδων, καὶ διενυκτέρευον μετ' ἀλλήλων, ἡδόμενοι καὶ συμπλεκόμενοι, ὡς ἄρτι μὲν ἐλεύθεροι φόβων γεγονότες, ἄρτι δ' ἄρχοντες ἑτέρων ἀσφαλῶς, ἄρτι δὲ βέβαιον τὴν πόλιν ἔχοντες, καὶ νενικηκότες οἵαν οὔτινα πρότερον ἄλλην νίκην. Πολλὰ μὲν γὰρ αὐτοῖς συνῄδεσαν ἔργα λαμπρὰ, πολλὰ δὲ τοῖς πατράσιν, ἔς τε Μακεδόνας καὶ Ἴβηρας, καὶ ἐς Ἀντίοχον τὸν Μέγαν ἔναγχος, καὶ περὶ αὐτὴν Ἰταλίαν· πόλεμον δ' οὐδένα ἄλλον οὕτως ἐπὶ θύραις ἐπίφοβον αὐτοῖς ᾔδεσαν, διά τε ἀνδρείαν καὶ φρόνημα καὶ τόλμαν ἐχθρῶν καὶ ἀπιστίαν [ἐν] σφίσιν ἐπικίνδυνον γενόμενον. Ἀνέφερον δὲ καὶ ὧν ἔπαθον ὑπὸ Καρχηδονίων, ἔν τε Σικελίᾳ καὶ Ἰβηρίᾳ, καὶ περὶ αὐτὴν Ἰταλίαν ἑκκαίδεκα ἔτεσιν, Ἀννίβου τετρακόσια ἐμπρήσαντος ἄστη, καὶ μυριάδας ἀνδρῶν τριάκοντα ἐν μόναις μάχαις ἀνελόντος, ἐπί τε τὴν Ῥώμην πολλάκις ἐλάσαντος, καὶ ἐς ἔσχατον κινδύνου συναγαγόντος. Ὧν ἐνθυμούμενοι μάλιστα, ἐξίσταντο περὶ τῆς νίκης, ἐς ἀπιστίαν αὐτῆς· καὶ αὖθις ἀνεπυνθάνοντο ἀλλήλων, εἰ τῷ ὄντι Καρχηδὼν κατέσκαπται· ἐλεσχήνευόν τε δι' ὅλης νυκτὸς, ὅπως μὲν αὐτῶν τὰ ὅπλα περιῃρέθη, καὶ ὅπως αὐτίκα παρὰ δόξαν ἐκτετή-

funditus tunc deleri exstinguique videns Scipio, illacrimasse dicitur, et propalam deflevisse fortunam hostium. Ac diu quum meditabundus secum cogitasset, urbium, populorum, imperiorum omnium, non minus quam hominum, in mutationem proclivem esse fortunam; idque et Ilium, fortunatam quondam urbem, idemque Assyriorum et Medorum, et post hos Persarum imperium, amplissimum omnium, et nuperrime adhuc florens Macedonicum, esse expertum; sive consulto sive mentem præcurrente lingua, versus illos Poetæ pronunciavit:

Jamque dies aderit, quo concidat Ilion ingens
Et Priamus Priamique ruat plebs armipotentis.

Et a Polybio pro familiaritate (fuerat enim is præceptor Scipionis) interrogatus, quid sibi vellent ea verba; non dubitavit ingenue fateri, cogitationem incidisse sibi de patria, cui timeret, vices rerum humanarum considerans. Id quod ipse Polybius, qui ex ore ejus verba ista audivit, memoriæ mandavit.

CXXXIII. Diruta Carthagine, militibus Scipio per definitum dierum numerum concessit, ut diriperent quidquid superesset, præter aurum argentumque et templorum donaria. Deinde militaria dona multa imperator distribuit omnibus, exceptis his, qui Apollinis fanum violarant: exornatamque spoliis navim celerrimam Romam misit, victoriæ nunciam. Siciliæ quoque populis passim denunciavit, ut erepta sibi olim a Pœnis, insulam bello infestantibus, donaria repeterent, quæcunque quidem agnoscere possent. Quæ res maxime conciliavit ei favorem populorum, ut qui cum fortitudine benignitatem conjungeret. Præda deinde, quæ supererat, divendita, arma, machinasque, et naves inutiles, Marti Minervæque sacratas, accinctus ipse crematvit, more patrio.

CXXXIV. Romæ vero postquam navis conspecta est, et victoria nunciata sub vesperam, vulgo procurrerunt in publicum, et eam noctem exegerunt inter gratulationes complexusque mutuos; tanquam nunc primum metu periculisque essent soluti, nunc stabilitum imperium in populos, nunc confirmatam haberent reipublicæ salutem; victoriaque potiti essent, qualis ad eam diem nulla contigisset. Norant enim multa a se gesta egregie, multa item a suis majoribus, contra Macedonas, contra Hispanos, et novissime contra magnum Antiochum, atque in ipsa etiam olim Italia. Sed nullum noverant bellum tam propinquum, et quod adeo pæne ante fores ipsos terruisset, sicut Punica bella; quæ non minus ob fortitudinem et consilium et audaciam hostium, quam ob perfidiam eorumdem, periculosa Romanis fuissent. Repetebantque memoria inter se, quidquid a Carthaginiensibus passi essent, sive in Sicilia, sive in Hispania, sive in ipsa Italia per annos sedecim; quo spatio Annibal quadringenta deleverat oppida, et solis in præliis occiderat trecenta virorum millia; et Urbem quoque, admoto non semel exercitu, in extremum adduxerat periculum. Quas res reputantes, tanta admiratione victoriæ illius erant perculsi, ut vix fidem possent adhibere, rogitarentque iterum aliis alios, satisne certo constaret, dirutam esse Carthaginem? Atque ita noctem totam traducebant confabulando, disserendoque, quomodo exarmati Pœni, præter

ναντο ἕτερα· ὅπως δὲ τὰς ναῦς ἀφῃρέθησαν, καὶ στόλον ἐπήξαντο πολὺν ἐξ ὕλης παλαιᾶς· τό τε στόμα τοῦ λιμένος ὡς ἀπεκλείσθη, καὶ στόμα ὡς ὠρύξαντο ἕτερον ἡμέραις ὀλίγαις. Καὶ τὸ τῶν τειχῶν ὕψος αὐτοῖς διὰ στόματος ἦν, καὶ τὰ τῶν λίθων μεγέθη, καὶ τὸ πῦρ ὃ πολλάκις ταῖς μηχαναῖς ἐπήνεγκαν. Ὅλως τε τὸν πόλεμον, ὡς ὁρῶντες ἄρτι γιγνόμενον, ἀλλήλοις διετύπουν· καὶ ἐς τὰς φαντασίας τῶν λεγομένων τῷ σχήματι τοῦ σώματος συνεφέροντο. Καὶ τὸν Σκιπίωνα ὁρᾶν ἐδόκουν ἐπὶ κλιμάκων, ἐπὶ νεῶν, ἐν πύλαις, ἐν μάχαις, πανταχοῦ διαθέοντα. Οὕτω μὲν οἱ Ῥωμαῖοι διενυκτέρευσαν.

CXXXV. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ, θυσίαι τε καὶ πομπαὶ τοῖς θεοῖς ἐγίγνοντο κατὰ φυλήν, καὶ ἀγῶνες ἐπὶ τούτοις, καὶ θέαι ποικίλαι. Δέκα δὲ σφῶν αὐτῶν ἡ βουλὴ τοὺς ἀρίστους ἔπεμπε, διαθησομένους Λιβύην μετὰ Σκιπίωνος ἐς τὸ Ῥωμαίων συμφέρον. Οἳ Καρχηδόνος μὲν εἴ τι περίλοιπον ἔτι ἦν, ἔκριναν κατασκάψαι Σκιπίωνα, καὶ οἰκεῖν αὐτὴν ἀπεῖπον ἅπασι· καὶ ἐπηράσαντο, μάλιστα περὶ τῆς Βύρσης, εἴ τις οἰκήσειεν αὐτήν, ἢ τὰ καλούμενα Μέγαρα· ἐπιβαίνειν δ' οὐκ ἀπεῖπον. Ὅσαι δὲ πόλεις συμμεμαχήκεσαν τοῖς πολεμίοις ἐπιμόνως, ἔδοξε καθελεῖν ἁπάσας· καὶ ὅσαι Ῥωμαίοις βεβοηθήκεσαν, χώραν ἔδωκαν ἑκάστῃ τῆς δορικτήτου, καὶ πρῶτον μάλιστα Ἰτυκαίοις τὴν μέχρι Καρχηδόνος αὐτῆς καὶ Ἱππῶνος ἐπὶ θάτερα. Τοῖς δὲ λοιποῖς φόρον ὥρισαν ἐπὶ τῇ γῇ καὶ ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ ὁμοίως. Καὶ στρατηγὸν ἐτήσιον αὐτοῖς ἐκ Ῥώμης ἐπιπέμπειν ἔκριναν. Οἱ μὲν δή, ταῦτα προστάξαντες, ἀπέπλεον ἐς Ῥώμην. ὁ δὲ Σκιπίων ἐποίει τὰ δόξαντα, καὶ θυσίας ἐτέλει καὶ ἀγῶνας ἐπὶ τῇ νίκῃ. Ὡς δὲ αὐτῷ πάντα ἐξετετέλεστο, διαπλεύσας, ἐπιφανέστατα δὴ πάντων διεθριάμβευε πολύχρυσον θρίαμβον, ἀγαλμάτων τε γέμοντα καὶ ἀναθημάτων, ὅσα Καρχηδόνιοι χρόνῳ πολλῷ καὶ συνεχέσι νίκαις ἐκ πάσης γῆς συνενηνόχασιν ἐς Λιβύην. Τότε δ' ἦν, ὅτε καὶ κατὰ Μακεδόνων, ἁλόντος Ἀνδρίσκου τοῦ Ψευδοφιλίππου, τρίτος ἤγετο θρίαμβος, καὶ κατὰ τῆς Ἑλλάδος πρῶτος ὑπὸ Μομμίου. Καὶ ἦν ταῦτα ἀμφὶ τὰς ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ὀλυμπιάδας.

CXXXVI. Χρόνῳ δ' ὕστερον, Γαΐου Γράκχου δημαρχοῦντος ἐν Ῥώμῃ, καὶ στάσεων οὐσῶν ἐξ ἀπορίας, ἔδοξε κληρούχους ἐς Λιβύην πέμπειν ἑξακισχιλίους. Διαγραφομένων δ' ἀμφὶ τὴν Καρχηδόνα τῶν θεμελίων, λύκοι τὰ θεμέλια ἀθρόα διέσπασαν καὶ συνέχεαν. Καὶ τότε μὲν ἀνέσχεν ἡ βουλὴ τοῦ συνοικισμοῦ. Χρόνῳ δὲ αὖθις, ὁπότε Γάϊος Καῖσαρ, ὁ καὶ δικτάτωρ ὕστερον αὐτοῖς διηνεκὴς γενόμενος, Πομπήϊον ἐς Αἴγυπτον ἐδίωκε, καὶ τοὺς Πομπηΐου φίλους ἐς Λιβύην ἀπ' Αἰγύπτου, λέγεται, τῇ Καρχηδόνι παραστρατοπεδεύων, ὑπ' ἐνυπνίου στρατὸν πολὺν ἰδὼν κλαίοντα, ἐνοχληθῆναι, καὶ αὐτίκα ἑαυτῷ εἰς μνήμην ὑπογράψασθαι, Καρχηδόνα συνοικίζειν. Καὶ μετ' οὐ πολὺ τῶν ἀπόρων αὐτὸν ἐς Ῥώμην ἐπανελθόντα περὶ γῆς παρακα-

opinionem statim fabricaverint alia arma; quomodo, navibus ademtis, novas naves ædificaverint e veteri materia: occlusoque portus ostio, diversa parte fodientes, intra paucos dies aperuerint ostium aliud. Celebrabant et mœnium altitudinem, et saxorum molem, ignemque sæpius in Romanorum machinas injectum : omninoque totam recens gesti belli faciem quasi oculis sibi mutuo repræsentabant, narrationem etiam gestibus ad rerum gestarum similitudinem adjuvando : ut sibi spectare viderentur Scipionem in scalis, in navibus, ad portas, in prœliis, huc illuc cursitantem, et nusquam non præsentem. Atque ita quidem eam noctem exegit populus.

CXXX. Ubi vero dies illuxit, sacrificia supplicationesque tributim agebantur circa deorum pulvinaria : variaque spectacula celebrabantur. Senatus autem x legatos, e patrum ordine nobilissimos, misit in Africam, ut cum Scipione in commodum reipublicæ ordinarent eam provinciam. Hi, quidquid supererat Carthaginis, id a Scipione decreverunt porro diruendum : interdixeruntque, ne quis ibi habitaret; additis etiam diris devotionibus, si quis contra faceret, præsertim si quis Byrsam Megarave denuo conderet : cæterum aditus loci nemini negatus est. Placuit et, civitates, quæ hostium eo bello sociæ fuissent, omnes ad unam delere, partemque agrorum bello partorum attribuere sociis Romani populi : et Uticensibus quidem maxime, quidquid ab utroque latere Carthaginem et Hipponem usque protenditur, attribuerunt. Cæteris tributum imposuerunt, cum in agros, tum in corpora, mulierum pariter ac virorum. Decreveruntque, ut prætor annuus ad eos Roma mitteretur. Quibus ita ordinatis, in urbem reversi sunt legati. Scipio vero, mandata illorum exsecutus, sacrificia ludosque votivos persolvit diis immortalibus. Ac perfectis rite omnibus, domum repetiit; et triumpho omnium clarissimo urbem est invectus, splendente aureis permultis statuis ac donariis, quæ Carthaginienses per tot ætates, ex tot victoriis, toto orbe partis, comportaverant in Africam. Incidit autem hic triumphus in idem tempus, quo de Macedonibus et Andrisco, qui Pseudophilippus vocabatur, tertio triumphatum est, et quo ex Achaia primum triumphavit Mummius : circa Olympiadem centesimam sexagesimam.

CXXXVI. Sed aliquanto post, in C. Gracchi tribunatu, exortis Romæ seditionibus ob inopiam, placuit colonorum sex millia in Africam mitti. Cui coloniæ quum fundamenta designarentur in solo dirutæ Carthaginis, lupi signa terminorum omnia evulserunt confuderuntque. Quo factum est, ut tum quidem senatus rem inhibuerit. Rursum vero interjecto tempore, C. Cæsar, is qui postea Dictator Romanorum perpetuus creatus est, quum, Pompeium in Ægyptum persecutus, ex Ægypto contra amicos Pompeii profectus esset in Africam, castraque prope Carthaginem haberet, dicitur, permotus insomnio, quo magnus exercitus, ploratus edens, sese ei obtulerat, statim in memoriales tabulas retulisse de colonia Carthaginem deducenda. Ac non multo post, reversus in urbem, quum pauperes ab eo agros fla-

λούντων, συνέτασσεν, ὡς πέμψων τοὺς μὲν ἐς τὴν Καρχηδόνα, τοὺς δ' ἐς Κόρινθον. Ἀλλ' ὅδε μὲν θᾶσσον ἀνῃρέθη πρὸς ἐχθρῶν ἐν τῷ Ῥωμαίων βουλευτηρίῳ· ὁ δ' ἐκείνου παῖς Ἰούλιος Καῖσαρ, ὁ Σεβαστὸς ἐπίκλησιν, ἐντυχὼν ἄρα ταῖς ὑπογραφαῖς τοῦ πατρὸς, συνῴκισε τὴν νῦν Καρχηδόνα, ἀγχοτάτω μάλιστα ἐκείνης, φυλαξάμενος τῆς πάλαι τὸ ἐπάρατον. Οἰκήτοράς τε Ῥωμαίους μὲν αὐτὸν τρισχιλίους μάλιστα πυνθάνομαι, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκ τῶν περιοίκων, συναγαγεῖν. Ὧδε μὲν Λιβύης τῆς ὑπὸ Καρχηδονίοις Ῥωμαῖοι κατέσχον, καὶ Καρχηδόνα κατέσκαψάν τε, καὶ συνῴκισαν αὖθις μετὰ ἔτη τῆς σκαφῆς ἑκατὸν καὶ δύο.

gitarent, descripsit, quos Carthaginem, et alios, quos Corinthum, mitteret. Sed Cæsare ab inimicis in curia citius occiso, filius illius, Julius Cæsar cognomine Augustus, quum in commentariis patris descriptionem istam reperisset, condidit eam, quæ nunc est, Carthaginem, proxime locum quo vetus illa steterat, antiquas devotiones cavens. Eo Romanorum colonorum missa ferme tria millia, invenio; reliqui ex vicinis locis adjecti. Atque ita Africa sub Romanorum cessit potestatem : et Carthago, tunc a Romanis diruta, ab eisdem post annum secundum et centesimum quam eversa erat, instaurata est.

ΕΚ ΤΗΣ
ΝΟΜΑΔΙΚΗΣ ΓΡΑΦΗΣ
ΕΚΛΟΓΑΙ.

EX LIBRI OCTAVI
DE REBUS LIBYCIS
PARTE POSTERIORI,
DE REBUS NUMIDICIS.

EXCERPTA.

Ἐκλογὴ περὶ γνωμῶν.

[Ὅτι Βομίλχας κατηγορούμενος ἔφυγε πρὸ δίκης, καὶ Ἰογόρθας σὺν αὐτῷ, τοῦτο δὴ τὸ περιφερόμενον ἐς τοὺς δωροδοκοῦντας εἰπών, ὅτι Ῥωμαίων ἡ πόλις ἐστὶν ὠνία πᾶσα, εἴ τις ὠνητὴς αὐτῇ γε εὑρεθείη.]

Excerptum Vaticanu..

Bomilcar accusatus aufugit ante judicium, cum eoque Jugurtha, proferens celebre illud dictum in eos qui muneribus se corrumpi patiebantur: « Romanorum urbs venalis est tota, si quem invenerit emptorem. »

I. Ἐκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Μέτελλος ἀνεζεύγνυεν ἐς Λιβύην τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις, αἰτίαν ἔχων παρὰ τῷ στρατῷ βραδυτῆτος ἐς τοὺς πολεμίους, καὶ ἐπὶ σφίσιν ὠμότητος. Σφόδρα γὰρ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐκόλαζεν.

I. *Excerptum Peirescianum.*

Metellus in Africam provinciam se recepit; militibus eum segnitiæ in hostes, et sævitiæ in suos, incusantibus. Quippe delicta militaria acerbissime castigare solebat.

II. Ἐκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Μέτελλος Βαγαίων ἀνῄρει τὴν βουλὴν ὅλην, ὡς τὴν φρουρὰν προδόντας Ἰογόρθᾳ· καὶ τὸν φρούραρχον Τουρπίλιον, ἄνδρα Ῥωμαῖον, οὐκ ἀνυπόπτως ἑαυτὸν ἐγχειρίσαντα τοῖς πολεμίοις, ἐπαπέκτεινε τῇ βουλῇ. Θρᾷκας δὲ καὶ Λίγυας αὐτομόλους λαβὼν παρὰ Ἰογόρθα, τῶν μὲν τὰς χεῖρας ἀπέτεμνε, τοὺς δὲ ἐς τὴν γῆν μέχρι γαστρὸς κατώρυσσε, καὶ περιτοξεύων ἢ ἐσακοντίζων, ἔτι ἐμπνέουσι πῦρ ὑπετίθει.

II. *Excerptum Peirescianum.*

Metellus cunctos Vaccensium senatores neci dedit, eo quod Romanum præsidium Jugurthæ prodiderant. Ipsum quoque præfectum præsidii Turpilium, civem Romanum, qui non sine proditionis suspicione hostibus semet dediderat, extremo supplicio affecit. Thracas præterea ac Ligures transfugas, a Jugurtha redditos, partim manibus truncavit, partim in terram ventre tenus fdeodit; tum vero sagittis ac jaculis ab circumstante exercitu confixos, spirantesque etiam tum, admoto igne concremavit.

III. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι τοῦ Μαρίου ἐς Κίρταν ἀφικομένου, πρέσβεις Βόκχου παρῆσαν, οἳ πεμφθῆναί τινας ἐς λόγους Βόκχῳ παρεκάλουν. Καὶ ἐπέμφθησαν Αὖλός τε Μάλλιος ὁ πρεσβευτής, καὶ Κορνήλιος Σύλλας ὁ ταμίας. Οἷς ὁ Βόκχος ἔφη, Ῥωμαίοις πολεμῆσαι διὰ Μάριον· γῆν γάρ, ἣν αὐτὸς Ἰογόρθαν ἀφείλετο, πρὸς Μαρίου νῦν ἀφῃρῆσθαι. Βόκχος μὲν δὴ ταῦτα ἐνεκάλει· Μάλλιος δ' ἔφη· Τὴν γῆν τήνδε Ῥωμαίους ἀφελέσθαι Σύφακα πολέμου νόμῳ, καὶ δοῦναι Μασσανάσσῃ δωρεάν. Διδόναι δὲ Ῥωμαίους τὰς δωρεὰς ἔχειν τοῖς λαβοῦσιν, ἕως ἂν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δοκῇ· οὐ μὴν ἀλόγως μεταγνῶναι. Μασσανάσσην τε γὰρ ἀποθανεῖν, καὶ τοὺς Μασσανάσσου παῖδας Ἰογόρθαν κατακαίνοντα Ῥωμαίοις πολέμιον γενέσθαι. Οὐκ οὖν ἔτι εἶναι δίκαιον, οὔτε τὸν πολέμιον ἔχειν δωρεάν, ἣν ἔδομεν φί-

III. *Excerptum* XXVIII *de Legationibus.*

Postquam Marius in oppidum Cirtam pervenit, a Boccho advenere legati, qui petiverunt, ut ad Bocchum Marius nonnullos colloquendi causa mitteret. Et ille A. Manlium legatum, Corneliumque Syllam quæstorem, ire jubet. Quibus Bocchus ait, se ad arma contra Romanos capienda a Mario fuisse coactum; quippe a quo regiones eæ, quas ipse Jugurthæ abstulerit, sibi fuerint ereptæ. Hæc conquerenti Boccho Manlius respondit : « agrum istum Romanos olim Syphaci justo bello abstulisse, eumque Masinissæ dono dedisse. Hujusmodi autem dona dare Romanos ea conditione solere, ut, qui acceperint, tamdiu teneant, quoad senatui populoque Romano visum fuisset : neque vero temere eos donorum suorum pœnitere. Nam nunc quidem (inquit), mortuo pridem Masinissa, et filiis ejus a Jugurtha, hoste Romanorum, interfectis, non amplius justum est, ut vel hostis possideat donum, quod amico dedimus,

λῳ, οὔτε σὲ δοκεῖν Ἰογόρθαν ἀφαιρεῖσθαι τὰ Ῥωμαίων. Καὶ Μάλλιος μὲν τάδε περὶ τῆς γῆς ἔλεξεν.

IV. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι ὁ Βόκχος ἑτέρους ἔπεμψε πρέσβεις, οἳ Μαρίου μὲν ἔμελλον περὶ εἰρήνης δεήσεσθαι· Σύλλα δὲ, ἵνα συμπράξειεν ἐς τὰς διαλύσεις. Ληστευθέντας δ᾽ ἐν ὁδῷ τοὺς πρέσβεις τούσδε ὁ Σύλλας ὑπεδέξατο, καὶ ξενίζει, μέχρι Μάριον ἀπὸ Γαιτούλων ἐπανελθεῖν. Παρῄνει δὲ, Βόκχον διδάσκειν, ὅτι χρὴ Σύλλᾳ πείθεσθαι περὶ ἁπάντων. Ἐνδιδοὺς οὖν ἤδη πρὸς τὴν τοῦ Ἰογόρθα προδοσίαν ὁ Βόκχος, ἐς μὲν ὑπόκρισιν ἐπ᾽ ἄλλον στρατὸν περιέπεμπεν ἐς Αἰθίοπας τοὺς γείτονας, οἳ ἐπὶ ἑσπέραν ἀπὸ τῶν ἑῴων Αἰθιόπων διήκουσιν ἐς τὸ Μαυρούσιον ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἄτλαντα. Μάριον δ᾽ ἠξίου, Σύλλαν οἱ πέμψαι συνελθεῖν ἐς λόγους. Καὶ Μάριος μὲν ἔπεμπε τὸν Σύλλαν. Ἄψαρα δὲ Ἰογόρθου φίλον, ἐν Βόκχου καταλελειμμένον ἐφορᾷν τὰ γιγνόμενα, αὐτός τε Βόκχος καὶ Μαγδάλσης, φίλος Βόκχου, καί τις ἐξελεύθερος ἀνδρὸς Καρχηδονίου, Κορνήλιος, ἐνήδρευσαν ὧδε.

vel ut tu putes Jugurthæ eripere ea posse, quæ populi Romani sint. » Hæc de illo agro verba fecit Manlius.

IV. *Excerptum* XXIX *de Legationibus.*

Rursus alios legatos misit Bocchus, qui pacem a Mario peterent, cum Syllaque agerent, ut is sibi ad conciliandam pacem fautor adesset. Illos legatos, quum a latronibus in itinere spoliati fuissent, benigne excepit Sylla, liberaliterque habuit, donec Marius ex Gætulia rediisset; monuitque, hortarentur regem, ut Syllæ consiliis in omnibus rebus uteretur. Igitur quum jam eo inclinaret Bocchus, ut pacem proditione Jugurthæ redimeret, tegendi quidem consilii causa ad vicinos Æthiopas (qui ab occasu Æthiopiæ Orientalis ad Atlantem, Mauritanicæ montem, pertinent) circummisit, velut novum exercitum comparaturus. Sed simul a Mario petiit, ut Syllam ad sese, cum quo de communibus rebus colloqueretur, mitteret. Atque hoc modo Apsarem, Jugurthæ amicum, qui ab illo apud Bocchum speculandorum ejus consiliorum causa relictus erat, Bocchus ipse, et Magdalses, amicus Bocchi, et Cornelius quidam, libertus hominis Punici, fefellerunt.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΒΙΒΛΟΥ Θʹ, ΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΙΚΗΣ.

EX APPIANI ROMANARUM HISTORIARUM LIBRO IX, DE REBUS MACEDONICIS.

EXCERPTA ET FRAGMENTA.

I. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Ῥωμαῖοι τοῦ Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος, τοῦ πολεμήσαντος αὐτοῖς, πέρι, πάμπαν ἐπολυπραγμόνουν οὐδὲν, οὐδὲ σφίσιν ἐνθύμιος ἦν ὅλως, πονουμένης ἔτι τῆς Ἰταλίας ὑπὸ Ἀννίβου τοῦ Καρχηδονίων στρατηγοῦ, καὶ αὐτοὶ μεγάλοις στρατοῖς Λιβύην καὶ Καρχηδόνα καὶ Ἰβηρίαν περικαθήμενοι, καὶ καθιστάμενοι Σικελίαν. Αὐτὸς δὲ Φίλιππος ἀρχῆς ἐπιθυμίᾳ μείζονος, οὐδέν τι προπαθὼν, ἔπεμπε πρὸς Ἀννίβαν ἐς τὴν Ἰταλίαν πρέσβεις, ὧν ἡγεῖτο Ξενοφάνης, ὑπισχνούμενος αὐτῷ συμμαχήσειν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, εἰ κἀκεῖνος αὐτῷ συνθοῖτο κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα. Συμβάντος δ' ἐς ταῦτα τοῦ Ἀννίβου, καὶ ἐπὶ τῇ συνθήκῃ ὀμόσαντος, πρέσβεις τε ἀντιπέμψαντος ἐπὶ τοὺς ὅρκους τοῦ Φιλίππου· Ῥωμαίων τριήρης ἔλαβε τοὺς ἑκατέρων πρέσβεις ἀναπλέοντας, καὶ ἐς Ῥώμην ἐκόμισεν. Ἐφ' ᾧ Φίλιππος ἀγανακτῶν, Κερκύρᾳ προσέβαλεν, ᾗ Ῥωμαίοις συνεμάχει.

I a. Ἐκλογὴ περὶ γνωμῶν.

[[Ὅτι ἐνῆγε τοὺς Ῥωμαίους τὰ Σιβύλλεια ἐς τὸν Φιλίππου πόλεμον· ἔστι δὲ ταῦτα·

Αὐχοῦντες βασιλεῦσι Μακηδόνες Ἀργεάδῃσιν,
ὑμῖν κοιρανέων ἀγαθὸν καὶ πῆμα Φίλιππος.
Ἤτοι ὁ μὲν πρότερος πόλεσιν λαοῖσί τ' ἄνακτας
θήσει, ὁ δ' ὁπλότερος τιμὴν ἀπὸ πᾶσαν ὀλέσσει,
δμηθεὶς δ' ἑσπερίοισιν ὑπ' ἀνδράσιν ἐνθάδ' ὀλεῖται.]]

II. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Πτολεμαίου τοῦ βασιλεύοντος Αἰγύπτου πρέσβεις, καὶ σὺν αὐτοῖς ἕτεροι, παρά τε Χίων, καὶ Μιτυληναίων, καὶ Ἀμυνάνδρου, τοῦ Ἀθαμάνων βασιλέως, δὶς, ἔνθαπερ οἱ Αἰτωλοὶ τὰς πόλεις ἐπισκεψομένας ἐκάλουν, συνῆλθον ἐπὶ διαλλαγῇ Ῥωμαίων καὶ Αἰτωλῶν καὶ Φιλίππου. Σουλπικίου δ' εἰπόντος οὐκ εἶναι κυρίου περὶ τῆς εἰρήνης τι κρῖναι, καὶ ἐς τὴν βουλὴν κρύφα ἐπιστέλλοντος, ὅτι Ῥωμαίοις συμφέρει πολεμεῖν Αἰτωλοὺς Φιλίππῳ· ἡ μὲν βουλὴ τὰς συνθήκας ἐκώλυσε, καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς ἔπεμπε συμμαχίαν, πεζοὺς μυρίους, καὶ ἱππέας χιλίους. Μεθ' ὧν οἱ Αἰτωλοὶ κατέλαβον Ἀμβρακίαν, ἣν οὐ πολὺ ὕστερον αὐτῶν Φίλιππος ἀποπλευσάντων ἀνέλαβεν. Οἱ δὲ πρέσβεις αὖθις συνῆλθον, καὶ πολλὰ φανερῶς ἔλεγον, ὅτι Φίλιππος καὶ Αἰ-

I. *Excerptum* XIX *de Legationibus.*

Nihil omnino negotii Romanis cum Philippo Macedone, qui bellum eis facere aggressus est, habuerant; ac de eo ne cogitaverant quidem. Nam et Italia etiam tum ab Annibale, Carthaginiensium duce, premebatur, et Romani Africam et Carthaginem et Hispanias ingentibus exercitibus obsidebant, et in redigenda Sicilia occupati erant. Sed ipse Philippus, augendi imperii cupiditate ductus, nulla injuria a Romanis lacessitus, legatos ad Annibalem in Italiam misit, quorum princeps erat Xenophanes, Annibalique pollicitus est : se illi adversus Italiam auxilia missurum, si Annibal regi operam suam ad subjiciendam ei Græciam spopondisset. Quam conditionem quum accepisset Annibal, atque, fœdere juramento sancito, legatos invicem ad Philippum misisset, qui a rege jusjurandum acciperent; Romanorum triremis legatos utriusque in alto navigantes intercepit, Romamque deportavit. Quod ægerrime ferens Philippus, Corcyræ, Romanorum sociæ, intulit bellum.

I a. *Excerptum Vaticanum.*

Romanos ad bellum cum Philippo gerendum induxerunt versus Sibyllini; sunt autem hujusmodi :

Sublimis Macedo regum stirpe Argeadarum,
regnator tibi erit damnumque bonumque Philippus.
Namque duces major populis atque urbibus amplis
imponet : sed junior amittet decus omne,
Hesperiisque viris letum subjectus obibit.

II. *Excerptum* XX *de Legationibus.*

Ab rege Ægypti Ptolemæo, Chiisque et Mitylenæis, et Amynando, rege Athamanum, bis iis locis, in quæ ad consultandum Ætoli vocaverant civitates, legati convenerunt ad dirimendum inter Philippum atque Ætolos Romanosque bellum. Sed quum Sulpicius, in sua non esse potestate, dixisset, de pace quidquam statuere, scripsissetque clam ad senatum, e re Romanorum esse, ut Ætoli cum Philippo in bello perseverarent; vetuit senatus bellum componere, et auxilia Ætolis misit, mille equites, decem peditum millia. Horum ope Ambraciam ceperunt Ætoli; sed eamdem post eorum discessum mox recepit Philippus. Rursus dein convenere legati, ac multis verbis palam conquesti sunt, Philippum Ætolosque suis dissidiis Græcos servituti subji-

τωλοὶ, διαφερόμενοι, τοὺς Ἕλληνας ἐς δουλείαν Ῥωμαίοις ὑποβάλλουσιν, ἐθίζοντες αὐτοὺς τῆς Ἑλλάδος θαμινὰ πειρᾶσθαι. Ἐφ' οἷς ὁ μὲν Σουλπίκιος ἀντιλέξων ἀνίστατο· τὸ δὲ πλῆθος οὐκ ἤκουσεν, ἀλλ' ἐκεκράγεσαν, τοὺς πρέσβεις εὖ λέγειν.

2. Καὶ τέλος Αἰτωλοί τε πρῶτοι, κατὰ σφᾶς, ἄνευ Ῥωμαίων, Φιλίππῳ συνέβησαν· καὶ πρέσβεις αὐτοῦ Φιλίππου καὶ Ῥωμαίων ἐπὶ διαλλαγαῖς ἀφίκοντο ἐς Ῥώμην. Καὶ ἐγένοντο συνθῆκαι Ῥωμαίοις καὶ Φιλίππῳ· Μηδετέρους ἀδικεῖν τοὺς ἑκατέρωθεν φίλους. Ἐς μὲν δὴ τοῦτ' ἔληξεν ἡ Φιλίππου καὶ Ῥωμαίων ἐς ἀλλήλους πεῖρα πρώτη, καὶ τὰς συνθήκας οὐδέτεροι βεβαίους, οὐδ' ἀπ' εὐνοίας, ἐδόκουν πεποιῆσθαι.

III. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι μετ' οὐ πολὺ Φίλιππος μὲν, τῶν ὑπηκόων τοῖς ἐπὶ θαλάσσης στόλον ἐπαγγείλας, Σάμον καὶ Χίον εἷλε, καὶ μέρος τῆς Ἀττάλου γῆς ἐπόρθησεν. Καὶ αὐτῆς ἀπεπείρασε Περγάμου, μὴ φειδόμενος ἱερῶν ἢ τάφων· τήν τε Ῥοδίων Περαίαν ἐδῄου, διαλλακτήρων οἱ γεγονότων· καὶ ἑτέρῳ μέρει στρατοῦ τὴν Ἀττικὴν ἐλυμαίνετο, καὶ τὰς Ἀθήνας ἐπολιόρκει, ὡς οὐδενὸς τῶνδε Ῥωμαίοις προσηκόντων. Λόγος τε ἦν, ὅτι Φίλιππος καὶ Ἀντίοχος ὁ Σύρων βασιλεὺς ὑπόσχοιντο ἀλλήλοις· Ἀντιόχῳ μὲν ὁ Φίλιππος, συστρατεύσειν ἐπί τε Αἴγυπτον, καὶ ἐπὶ Κύπρον, ὧν τότε ἦρχεν ἔτι παῖς ὢν Πτολεμαῖος ὁ τέταρτος, ᾧ Φιλοπάτωρ ἐπώνυμον ἦν· Φιλίππῳ δ' Ἀντίοχος, ἐπὶ Κυρήνην καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους καὶ Ἰωνίαν. Καὶ τήνδε τὴν δόξαν, ἐκταράσσουσαν ἅπαντας, Ῥόδιοι μὲν Ῥωμαίοις ἐμήνυσαν. Ἐπὶ δὲ τοῖς Ῥοδίων, Ἀθηναίων πρέσβεις ᾐτιῶντο Φίλιππον τῆς πολιορκίας. Καὶ Αἰτωλοὶ, μεταγιγνώσκοντες, κατηγόρουν, ὡς καὶ περὶ σφᾶς ἀπίστου γεγονότος· ἠξίουν τε, αὖθις ἐς τοὺς Ῥωμαίων συμμάχους ἐγγραφῆναι. Ῥωμαῖοι δ' Αἰτωλοῖς ἐμέμψαντο τῆς οὐ πρὸ πολλοῦ μεταβολῆς. Πρέσβεις δ' ἐς τοὺς βασιλέας ἔπεμπον οἱ προηγόρευον αὐτοῖς, Ἀντίοχον μὲν Αἰγύπτῳ μὴ ἐπιχειρεῖν, Φίλιππον δὲ μηδὲν ἐς Ῥοδίους, ἢ Ἀθηναίους, ἢ Ἄτταλον, ἢ ἐς ἄλλον τινὰ Ῥωμαίων φίλον ἁμαρτάνειν. Τούτοις ὁ Φίλιππος ἀπεκρίνατο, Ῥωμαίοις ἕξειν καλῶς, ἂν ἐμμένωσιν ᾗ συνέθεντο πρὸς αὐτὸν εἰρήνῃ. Οὕτω μὲν αἱ γενόμεναι σπονδαὶ ἐλέλυντο· καὶ στρατιὰ Ῥωμαίων ἐς τὴν Ἑλλάδα ἠπείγετο, στρατηγοῦντος Ποπλίου, καὶ ναυαρχοῦντος Λευκίου.

IV. Ἐκ τοῦ Σουΐδα. — ΕΥΖΩΝΟΣ.

Ποιμὴν ὑπέσχετο, στρατὸν εὔζωνον ἄξειν ὁδὸν ἀτριβῆ τρισὶν ἡμέραις.

V. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Λεύκιος Κοΐντιος ἐς τὸν τῶν Ἀχαιῶν σύλλογον ἀπέστειλε πρέσβεις, οἳ μετὰ Ἀθηναίων καὶ Ῥοδίων ἔπειθον αὐτοὺς, μεταθέσθαι πρὸς σφᾶς ἀπὸ τοῦ Φιλίππου, αἰτοῦντες βοήθειαν ἐς συμμάχους. Οἱ δὲ ἐνοχλούμενοι μὲν οἰκείῳ καὶ γείτονι πολέμῳ Νάβιδος τοῦ

cere Romanorum, quippe quos ad tentandam frequenter Græciam assuefacerent. Ad hæc quum responsurus Sulpicius surrexisset, a nemine est auditus : clamantibus omnibus, verum dixisse legatos.

2. Denique vero Ætoli priores, per se, re cum Romanis non communicata, pacem cum Philippo fecerunt. Moxque et ab ipso Philippo et Romano imperatore legati de pace Romam missi sunt. Et convenit pax inter Romanos Philippumque in hanc conditionem : « ut neutra pars amicos « alterius infestaret. » Hic exitus fuit primæ Romanorum cum Philippo contentionis. Sed satis apparebat, neutram partem firmiter observaturam illam pacis conditionem, neutramque bona voluntate eam iniisse.

III. *Excerptum* XXI *de Legationibus.*

Non multo post, Philippus populis maritimis, qui ei parebant, imperata classe, Samum Chiumque cepit, et partem regni Attali devastavit. Ipsamque etiam Pergamum tentavit; neque templis neque sepulcris parcens; et Rhodiorum Peræam depopulatus est, qui conciliatores ei pacis fuerant; simulque alia copiarum suarum parte Atticam vastavit, Athenasque obsessam tenuit : tanquam ista omnia nihil ad Romanos pertinerent. Famaque percrebuerat, inter Philippum et Antiochum, Syriæ regem, convenisse : « ut Philippus Antiocho contra Ægyptum Cyprumque, quibus tunc Ptolemæus quartus, Philopator cognomine, puer adhuc, regnabat, auxilia mitteret; Antiochus autem Philippo contra Cyrenen, insulasque Cyclades, et Ioniam. » Eamque famam, quæ omnes valde conturbavit, Rhodii Romanis retulerunt. Post Rhodiorum vero legatos auditi sunt legati Atheniensium, de obsidione, qua Athenas premebat Philippus, conquerentes. Ætolique, quos pœnitebat capti consilii, et ipsi de rege conquesti sunt, quod et secum perfide egisset : petiveruntque, ut in sociorum Romanorum numerum iterum reciperentur. Romani autem, objurgatis Ætolis propter nuperam defectionem, legatos miserunt ad Reges : ad Antiochum quidem, qui eum vetarent invadere Ægyptum; ad Philippum vero, qui ei edicerent, ut bello adversus Rhodios, aut Athenienses, aut Attalum, aut ullum ex sociis populi Romani, abstineret. Quibus Philippus respondit : « bene fore Romanis, si ipsi, fœderum memores, secum servaverint pacem. » Ita quidem pax soluta est; et protinus, exercitus Romanorum in Græciam trajecit, imperatore Publio (Sulpicio), et classi præfecto Lucio (Apustio).

IV. *Apud Suidam.*

Pastor promisit *T. Quintio*, se copias expeditas per callem intra triduum esse perducturum.

V. *Excerptum* XXII *de Legationibus.*

L. Quintius ad concilium Achæorum legatos misit, qui una cum Atheniensibus Rhodiisque hortati sunt illos, ut ad Romanos deficerent a Philippo, auxilia petentes ab illis adversus socios. Illi vero, domestico bello ac vicino Nabidis, Lacedæmoniorum tyranni, infestati, et sententiis divisi,

Λακεδαιμονίων τυράννου, διεστῶτες δὲ ταῖς γνώμαις, ἠπόρουν· καὶ οἱ πλείονες ᾑροῦντο τὰ Φιλίππου, καὶ ἀπεστρέφοντο Ῥωμαίους διά τινα ἐς τὴν Ἑλλάδα Σουλπικίου τοῦ στρατηγοῦ παρανομήματα. Ἐγκειμένων δὲ βιαίως τῶν ῥωμαϊζόντων, οἱ πολλοὶ τῆς ἐκκλησίας ἀπεχώρουν δυσχεραίνοντες· καὶ οἱ λοιποὶ, διὰ τὴν ὀλιγότητα ἐκβιασθέντες, συνέθεντο τῷ Λευκίῳ, καὶ εὐθὺς ἠκολούθουν ἐπὶ Κόρινθον, μηχανήματα φέροντες.

V a. Ἐκλογὴ περὶ γνωμῶν.

[Ὅτι ὁ Φίλιππος ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς τῷ Φλαμινίῳ * * σήτει συναγόντων αὐτοὺς Ἠπειρωτῶν πρέσβεων· ὡς δὲ ὁ Φλαμίνιος Φίλιππον ἐκέλευσεν ἐκστῆναι τῆς Ἑλλάδος, οὐ Ῥωμαίοις, ἀλλὰ ταῖς πόλεσιν αὐταῖς, καὶ τὰς βλάβας ταῖς προειρημέναις ἀποδοθῆναι, ὁ μὲν Φίλιππος τὰ μεν * *]

VI. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Φλαμινῖνος αὖθις συνῆλθεν ἐς λόγους Φιλίππῳ, κατὰ τὸν Μηλιέα κόλπον· ἔνθα κατηγορούντων τοῦ Φιλίππου Ῥοδίων καὶ Αἰτωλῶν, καὶ Ἀμυνάνδρου τοῦ Ἀθαμᾶνος, ἐκέλευσε Φίλιππον ἐξάγειν τὰς φρουρὰς ἐκ Φωκίδος· καὶ πρέσβεις ἐς Ῥώμην ἀμφοτέρους ἀποστεῖλαι. Γενομένων δὲ τούτων, οἱ μὲν Ἕλληνες ἐν τῇ βουλῇ τῇ Ῥωμαίων ἠξίουν, τὸν Φίλιππον ἐξαγαγεῖν ἐκ τῆς Ἑλλάδος τὰς τρεῖς φρουρὰς, ἃς αὐτὸς πέδας ἐκάλει τῆς Ἑλλάδος· τὴν μὲν ἐν Χαλκίδι, Βοιωτοῖς καὶ Εὐβοεῦσι καὶ Λοκροῖς ἐπικειμένην· τὴν δὲ ἐν Κορίνθῳ, καθάπερ ἐν πύλαις τὴν Πελοπόννησον ἀποκλείουσαν· καὶ τρίτην ἐν Δημητριάδι, τὴν Αἰτωλοῖς καὶ Μάγνησιν ἐφεδρεύουσαν. Ἡ δὲ βουλὴ τοὺς Φιλίππου πρέσβεις ἤρετο· τί φρονοίη περὶ τῶνδε τῶν φρουρῶν ὁ βασιλεύς; Ἀποκριναμένων δὲ, ἀγνοεῖν· Φλαμινῖνον, ἔφη, κρινεῖν, καὶ πράξειν ὅ τι ἂν δίκαιον ἡγεῖται. Οὕτω μὲν οἱ πρέσβεις ἐκ Ῥώμης ἐπανήεσαν· Φλαμινῖνος δὲ καὶ Φίλιππος ἐς οὐδὲν συμβαίνοντες ἀλλήλοις, αὖθις ἐς πόλεμον καθίσταντο.

VII. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι ἡττηθεὶς πάλιν ὁ Φίλιππος, περὶ συμβάσεων ἐπεκηρυκεύετο πρὸς Φλαμινῖνον. Ὁ δ' αὖθις αὐτῷ συνελθεῖν ἐς λόγους συνεχώρει· πολλὰ μὲν τῶν Αἰτωλῶν δυσχεραινόντων, καὶ διαβαλλόντων αὐτὸν ἐς δωροδοκίαν, καὶ καταγιγνωσκόντων τῆς ἐς ἅπαντα εὐχεροῦς μεταβολῆς· ἡγούμενος δ', οὔτε Ῥωμαίοις συμφέρειν, οὐδὲ τοῖς Ἕλλησι, Φιλίππου καθαιρεθέντος, ἐπιπολάσαι τὴν Αἰτωλῶν βίαν. Τάχα δ' αὐτὸν καὶ τὸ παράδοξον τῆς νίκης ἀγαπᾶν ἐποίει. Συνθέμενος δὲ χωρίον, οἷ τὸν Φίλιππον ἐπελθεῖν ἔδει, τοὺς συμμάχους ἐκέλευσε γνώμην προαποφήνασθαι κατὰ πόλεις. Τὰ μὲν δὴ παρὰ τῶν ἄλλων φιλάνθρωπα ἦν, τό τε τῆς τύχης ἄδηλον, ἐξ ὧν ἔπαθεν ὁ Φίλιππος, ὑφορωμένων, καὶ τὸ πταῖσμα τοῦτο οὐ κατ' ἀσθένειαν, ἀλλὰ πλέον

hæsitabant : et plerique præferebant Philippi societatem, adversabanturque Romanos, ob nonnullas a Sulpicio, superiori imperatore, Græcis illatas injurias. Quum vero acriter instarent hi, quibus Romanorum placebant partes; plerique, ægre ferentes, excesserunt concilio : et reliqui, ob paucitatem cedere coacti, societatem iniere cum Lucio, et statim eum ad Corinthum secuti sunt, machinasque urbi admoverunt.

V a. *Excerptum Vaticanum.*

Philippus Macedonum rex cum Flaminino *in colloquium venit,* ad quod Epirotarum legati eos adduxerant. Ibi quum Flamininus Philippum Græcia excedere juberet, non Romanorum, sed ipsarum urbium gratia, damnaque illata iisdem urbibus sarcire, tum Philippus * *

VI. *Excerptum* XXIII *de Legationibus.*

Flamininus iterum in colloquium convenit cum Philippo, in sinu Maliaco. Ibi quum de Philippo conquererentur Rhodii, et Ætoli, et Amynander rex Athamanum, Flamininus Philippum, præsidia deducere ex Phocide, utramque autem partem, legatos mittere Romam, jussit. Quod ubi illi fecerunt, Græci apud senatum Romanum postularunt, ut e Græcia Philippus tria illa præsidia educeret, quæ compedes Græciæ appellare ille consueverat; unum Chalcide, quod Bœotis et Eubœensibus et Locris immineret; alterum Corintho, Peloponnesum tanquam porta claudens; tertium Demetriade, Ætolos Magnetesque velut ex insidiis observans. Senatus vero, quum interrogati legati Philippi, quid de illis præsidiis sentiret rex? « se nescire » respondissent; Flamininus, inquit, judicabit, et, quod æquum censebit, faciet. Sic legati Roma reversi sunt. Et Flamininus Philippusque, quum de conditionibus inter eos non convenisset, ad arma redierunt.

VII. *Excerptum* XXIV *de Legationibus.*

Victus (ad Cynoscephalas) Philippus, rursus caduceatores de pace ad Flamininum misit. Et Flamininus iterum potestatem ei secum colloquendi fecit; ægerrime quidem id ferentibus Ætolis, et regiis donis corruptum calumniantibus et de subita ejus consiliorum mutatione conquerentibus. Sed ille, neque Romanis utile esse, neque Græcis, censebat, si, sublato Philippo, dominaretur Ætolorum violentia. Ac fortasse ipsius quoque victoriæ insperata magnitudo fecerat, ut ea contentus esse vellet Quintius. Constituto igitur loco, quo conveniret Philippus, priusquam advenit tempus, convocatis sociis, jussit quemque populum sententiam suam exponere. Et cæterorum quidem benigna oratio fuit, incerta fortunæ, exemplo eorum, quæ Philippus perpessus fuerat, suspecta habentium; existimantiumque, ipsam illam cladem non tam ex infirmitate, quam adverso

ἐκ συντυχίας αὐτὸν παθεῖν ἡγουμένων. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ τῶν Αἰτωλῶν πρόεδρος, ἀγνοεῖν, ἔφη, τὸν Φλαμινῖνον, ὅτι μηδὲν ἄλλο μήτε Ῥωμαίοις μηθ' Ἕλλησι συνοίσει, πλὴν ἐξαιρεθῆναι τὴν ἀρχὴν τὴν Φιλίππου. Ὁ δὲ, Ἀλέξανδρον ἀγνοεῖν, ἔφη, τὴν Ῥωμαίων φύσιν· οἳ οὐδένα ποτὲ τῶν ἐχθρῶν εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἀνέτρεψαν, ἀλλὰ πολλῶν ἐς αὐτοὺς ἁμαρτόντων, καὶ Καρχηδονίων ἔναγχος, ἐφείσαντο, τὰ σφέτερα αὐτοῖς ἀποδόντες, καὶ φίλους ποιησάμενοι τοὺς ἠδικηκότας. Ἀγνοεῖς δ', ἔφη, καὶ τοῦθ', ὅτι τοῖς Ἕλλησιν ἔθνη πολλὰ, ὅσα βάρβαρα τὴν Μακεδονίαν περικάθηται, εἴ τις ἐξέλοι τοὺς Μακεδόνων βασιλέας, ἐπιδραμεῖται ῥαδίως. Ὅθεν ἐγὼ δοκιμάζω, τὴν μὲν ἀρχὴν ἐᾶν τῶν Μακεδόνων, προπολεμεῖν ὑμῶν πρὸς τοὺς βαρβάρους· Φίλιππον δὲ ἐκστῆναι τοῖς Ἕλλησιν, ὧν πρότερον ἀντέλεγε χωρίων, καὶ Ῥωμαίοις ἐς τὴν τοῦ πολέμου δαπάνην ἐσενεγκεῖν τάλαντα διακόσια, ὅμηρά τε δοῦναι τὰ ἀξιολογώτατα, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Δημήτριον· μέχρι δὲ ταῦθ' ἡ σύγκλητος ἐπικυρώσει, τετραμήνους ἀνοχὰς γενέσθαι.

2. Δεξαμένου δὲ πάντα τοῦ Φιλίππου, τὴν μὲν εἰρήνην ἡ βουλὴ μαθοῦσα ἐπεκύρωσε· τὰς δὲ προτάσεις τὰς Φλαμινίνου σμικρύνασα καὶ φαυλίσασα, ἐκέλευσε τὰς πόλεις ὅσαι ἦσαν Ἑλληνίδες ὑπὸ Φιλίππῳ, πάσας ἐλευθέρας εἶναι, καὶ τὰς φρουρὰς ἀπ' αὐτῶν Φίλιππον ἐξαγαγεῖν πρὸ τῶν ἐπιόντων Ἰσθμίων· ναῦς τε ὅσας ἔχει, χωρὶς ἑξήρους μιᾶς καὶ σκαφῶν πέντε καταφράκτων, παραδοῦναι τῷ Φλαμινίνῳ· καὶ ἀργυρίου τάλαντα Ῥωμαίοις ἐσενεγκεῖν πεντακόσια μὲν αὐτίκα, πεντακόσια δὲ ἔτεσι δέκα, ἑκάστου τὸ μέρος ἔτους ἐς Ῥώμην ἀναφέροντα· ἀποδοῦναι δὲ καὶ αἰχμάλωτα καὶ αὐτόμολα αὐτῶν, ὅσα ἔχοι. Τάδε μὲν ἡ βουλὴ προσέθηκε, καὶ Φίλιππος ἐδέξατο ἅπαντα· ᾧ καὶ μάλιστα ἡ σμικρολογία Φλαμινίνου καταφανὴς ἐγένετο. Συμβούλους δ' ἔπεμπον αὐτῷ καθάπερ εἰώθεσαν ἐπὶ τοῖς λήγουσι πολέμοις δέκα ἄνδρας, μεθ' ὧν αὐτὸν ἔδει τὰ εἰλημμένα καθίστασθαι· καὶ τάδε μὲν διετίθετο σὺν ἐκείνοις. Αὐτὸς δ' ἐς τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα ἐπελθὼν, πληθύοντος τοῦ σταδίου, σιωπήν τε ἐσήμηνεν ὑπὸ σάλπιγγι, καὶ τὸν κήρυκα ἀνειπεῖν ἐκέλευσεν· Ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων, καὶ ἡ σύγκλητος, καὶ Φλαμινῖνος ὁ στρατηγὸς, Μακεδόνας καὶ βασιλέα Φίλιππον ἐκπολεμήσαντες, ἀφιᾶσι τὴν Ἑλλάδα ἀφρούρητον, ἀφορολόγητον, ἰδίοις ἤθεσι καὶ νόμοις χρῆσθαι. Πολλῆς δ' ἐπὶ τούτῳ βοῆς καὶ χαρᾶς γενομένης, θόρυβος ἥδιστος ἦν, ἑτέρων μεθ' ἑτέρους τὸν κήρυκα καὶ παρὰ σφᾶς ἀνειπεῖν μετακαλούντων. Στεφάνους τε καὶ ταινίας ἐπέβαλον τῷ στρατηγῷ, καὶ ἀνδριάντας ἐψηφίζοντο κατὰ πόλεις. Πρέσβεις τε, μετὰ χρυσῶν στεφάνων, ἔπεμπον ἐς τὸ Καπιτώλιον, οἳ χάριν ὡμολόγουν, καὶ ἐς τοὺς Ῥωμαίων συμμάχους ἀνεγράφοντο. Καὶ δεύτερος ὅδε πόλεμος Ῥωμαίοις τε καὶ Φιλίππῳ ἐς τοῦτο ἐτελεύτα.

3. Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον καὶ συνεμάχησε Ῥωμαίοις ὁ Φίλιππος ἐν τῇ Ἑλλάδι κατὰ Ἀντιόχου βασιλέως· περῶντάς τε ἐπὶ Ἀντίοχον ἐς τὴν Ἀσίαν διὰ Θρᾴκης

quodam casu fortunæ, accidisse regi. Alexander autem, princeps Ætolorum : « nescire, aiebat, Flamininum, nihil aliud neque Romanis, neque Græcis profuturum, nisi ut deleatur regnum Philippi. » Ad quæ Quintius, « nescire Alexandrum, inquit, morem Romanorum : qui nullum unquam hostem initio statim delevissent; sed multis sæpe, a quibus fuissent injuria lacessiti, et nuper Carthaginiensibus, pepercissent, sua eis reddentes, et socios sibi jungentes hos, qui iniqua adversus ipsos patrassent. Sed nec illud (inquit) tu consideras, barbararum gentium magnum numerum, quotquot Macedoniam circum attingunt, si quis Macedonum reges tollat, in Græciam facile se effusuras. Quare ego relinquendum Macedonum regnum, arbitror, ut vos illi adversus barbaros tueantur; Philippum autem jubendum censeo, Græcis reddere loca ea, quibus cedere adhuc recusavit, et populo Romano pro belli sumtibus pendere ducenta talenta, filiosque familias nobilissimos, et in his filium suum Demetrium, obsides tradere : interim, quoad hæ conditiones fuerint a senatu confirmatæ, quatuor mensium inducias dandas. »

τῶν μόνους· μετὰ δὲ, τοὺς κληρουμένους. Καὶ τάδε μὲν περὶ Ἀχαιῶν τῶν Σκυθικῶν. Ὁ δὲ Μιθριδάτης, ἐς τὴν Μαιῶτιν ἐμβαλὼν, ἧς εἰσι πολλοὶ δυνάσται, πάντων αὐτὸν κατὰ κλέος ἔργων τε καὶ ἀρχῆς καὶ δυνάμεως, ἔτι οἱ παρούσης ἀξιολόγου, δεχομένων τε καὶ παραπεμπόντων, καὶ δῶρα πολλὰ φερόντων καὶ κομιζομένων ἕτερα· ὅδε καὶ συμμαχίαν αὐτοῖς ἐτίθετο, ἐπινοῶν ἕτερα καινότερα· διὰ Θρᾴκης ἐς Μακεδονίαν, καὶ διὰ Μακεδόνων ἐς Παίονας ἐμβαλὼν, ὑπερελθεῖν εἰς τὴν Ἰταλίαν τὰ Ἄλπεια ὄρη· γάμους τε θυγατέρων ἐπὶ τῇδε τῇ συμμαχίᾳ τοῖς δυνατωτέροις αὐτῶν ἐνεγύα. Μαχάρης δ᾽ αὐτὸν ὁ παῖς πυνθανόμενος ὁδόν τε τοσαύτην ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ ἄγρια ἔθνη, καὶ τὰ καλούμενα Κλεῖθρα Σκυθῶν, οὐδενί πω γεγονότα περατὰ, διοδεῦσαι, πρέσβεις μέν τινας ἐς αὐτὸν ἔπεμπεν ἀπολογησομένους, ὡς ἀνάγκῃ θεραπεύσειε Ῥωμαίους. Ὀργὴν δὲ ἄκρον εἰδὼς, ἔφευγεν ἐς τὴν ἐν τῷ Πόντῳ Χεῤῥόνησον, τὰς ναῦς διαπρήσας, ἵνα μὴ διώξειεν αὐτὸν ὁ πατήρ. Ἑτέρας δ᾽ ἐπιπέμψαντος ἐκείνου, προλαβὼν, ἑαυτὸν ἔκτεινεν. Ὁ δὲ Μιθριδάτης αὐτοῦ τῶν φίλων, οὓς μὲν αὐτὸς ἐς τὴν ἀρχὴν ἀπιόντι ἐδεδώκει, πάντας ἔκτεινε· τοὺς δὲ τοῦ παιδὸς, ἀπαθεῖς, ὡς ὑπηρέτας ἰδίου φίλου γενομένους, ἀφῆκε. Καὶ τάδε μὲν ἦν ἀμφὶ τὸν Μιθριδάτην.

sorte ductos. Hæc de Achæis Scythicis dicta sunto. Cæterum Mithridates ingressus regiones Mæoticas, multis subditas regulis, ob famam rerum gestarum regnique et potentiæ, quæ etiam tum non contemnenda ei supererat, ab omnibus hospitaliter exceptus, deductusque, multa dona dedit recepitque. Et novum tunc ac magis etiam mirum consilium animo volvens, per Thraciam, et inde per Macedoniam, postremoque per Pannoniam, superatis Alpibus, ipsam Italiam ingrediendi; in societatem regulos illos pertraxit, et desponsatis filiabus potentissimum quemque illorum sibi conjunxit. Tum vero filius ejus Machares postquam audivit, tam brevi tempore eum tot feras gentes, et quæ claustra Scythiæ vocantur, nulli ante permeata, transisse; legatos ad patrem misit, qui excusarent, quod necessitate coactus Romanos coluerit. Sed quoniam ad iram quam maxime pronum noverat, profugit in Chersonesum Ponticam, incensis navibus, quo persequendi facultatem patri adimeret. Qui ubi alias naves contra eum emisit, anticipans Machares mortem sibi ipse conscivit. Ex ejus amicis Mithridates hos, quos in regnum abeunti ipse addiderat comites, omnes interemit: filii vero familiares, utpote privata amicitia eidem obstrictos, dimisit incolumes.

CIII. Ὁ δὲ Πομπήϊος αὐτὸν εὐθὺς μὲν ἐπὶ τῇ φυγῇ μέχρι Κόλχων ἐδίωξε· μετὰ δὲ τοὺς Κόλχους, οὐδαμοῦ δόξας αὐτὸν οὔτε τὸν Πόντον, οὔτε τὴν Μαιώτιδα λίμνην περιελεύσεσθαι, οὐδὲ μεγάλοις ἔτι πράγμασιν ἐγχειρήσειν, ἐκπεσόντα· τοὺς Κόλχους ἐπῄει, καθ᾽ ἱστορίαν τῆς Ἀργοναυτῶν καὶ Διοσκούρων καὶ Ἡρακλέους ἐπιδημίας· τὸ πάθος μάλιστα ἰδεῖν ἐθέλων, ὃ Προμηθεῖ φασι γενέσθαι περὶ τὸ Καύκασον ὄρος. Χρυσοφοροῦσι δ᾽ ἐκ τοῦ Καυκάσου πολλαὶ πηγαὶ ψῆγμα ἀφανές· καὶ οἱ περίοικοι, κώδια τιθέντες ἐς τὸ ῥεῦμα βαθύμαλλα, τὸ ψῆγμα ἐνισχόμενον αὐτοῖς ἐκλέγουσι. Καὶ τοιοῦτον ἦν ἴσως καὶ τὸ χρυσόμαλλον Αἰήτου δέρος. Τὸν οὖν Πομπήϊον ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ ἀνιόντα οἱ μὲν ἄλλοι παρέπεμπον, ὅσα ἔθνη γείτονα· Ὀροίζης δ᾽ ὁ τῶν Ἀλβανῶν βασιλεὺς, καὶ Ἀρτώκης, ὁ Ἰβήρων, ἑπτὰ μυριάσιν ἐλόχων ἀμφὶ τὸν Κύρτον ποταμόν· ὃς δυώδεκα στόμασι πλωτοῖς ἐς τὴν Κασπίαν θάλασσαν ἐρεύγεται, πολλῶν ἐς αὐτὸν ἐμβαλόντων ποταμῶν, καὶ μεγίστου πάντων Ἀράξου. Αἰσθόμενος δὲ τῆς ἐνέδρας ὁ Πομπήϊος, τὸν ποταμὸν ἔζευγνυ· καὶ τοὺς βαρβάρους συνελάσας ἐς λόχμην βαθεῖαν (ὑλομαχῆσαι δ᾽ εἰσὶ δεινοὶ, κρυπτόμενοί τε καὶ ἐπιόντες ἀφανῶς), αὐτῇ λόχμῃ τὸν στρατὸν περιστήσας, ἐνέπρησε, καὶ τοὺς ἐκφεύγοντας ἐδίωκεν· ἕως ἂν πάντες ὅμηρά τε καὶ δῶρα ἤνεγκαν. Καὶ ἐθριάμβευσεν ἐς Ῥώμην καὶ ἀπὸ τῶνδε. Πολλαὶ δὲ ἔν τε τοῖς ὁμήροις καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις εὑρέθησαν γυναῖκες, οὐ μείονα τῶν ἀνδρῶν τραύματα ἔχουσαι· καὶ ἐδόκουν Ἀμαζόνες εἶναι· εἴτε τι ἔθνος ἐστὶν αὐτοῖς γειτονεῦον αἱ Ἀμαζόνες, ἐπίκλητοι τότε ἐς συμ-

CIII. Pompeius fugientem Mithridatem statim quidem ad Colchos usque erat persecutus. Ultra Colchos autem nusquam eum, ratus, circumire Pontum aut Mæotidem paludem posse, aut, etiam si elaberetur, nil magni amplius ausurum; Colchidem obivit, regionem spectaturus, in quam Argonautæ et Castor atque Pollux Herculesque essent peregrinati; et locum eum præcipue videre cupiens, in quo Prometheus fertur Caucaso monti fuisse affixus. In illo monte multi fontes sunt, auri ramenta ferentes minutissima et vix conspicua: accolæ vero vellera villosa in rivos demergere solent, atque ita aureas arenulas his adhærescentes colligere. Ac fortasse tale fuit inclytum Æetæ aureum vellus. Harum rerum visendarum causa in montana proficiscentem deducebant cæteræ omnes gentes, eas regiones incolentes. Sed Orœses et Artoces, Albanorum ille rex, hic Iberorum, cum LXX hominum millibus, insidias ei struxerunt apud Cyrum fluvium; qui XII ostiis navigabilibus in mare Caspium illabitur, multis exceptis fluminibus, et in his Araxe, maximo omnium. Pompeius, intellectis insidiis, ponte junxit fluvium, et barbaros in saltus compulit; peritissimos quidem pugnandi talibus locis, clam subducentes se, et ex improviso rursus invadentes hostem: at ille saltum militibus circumdatum incendit, et profugientes persecutus est; donec, datis donis et obsidibus, sese dederent. Ac de his quoque postea Romæ triumphavit Pompeius. Multæ autem et inter obsides et inter captivos inventæ sunt mulieres, non minora passæ quam viri vulnera, quæ Amazones esse dicebantur: sive quod propria quædam gens sint Amazones, finitima illis regionibus, ex qua gente affuerint tunc hosti-

μαχίαν γενόμεναι· εἴτε τινὰς πολεμικὰς ὅλως γυναῖκας οἱ τῇδε βάρβαροι καλοῦσιν Ἀμαζόνας.

CIV. Ἐπανιὼν δ' ἐντεῦθεν ὁ Πομπήϊος ἐστράτευσεν ἐς Ἀρμενίαν, ἔγκλημα ἐς Τιγράνη τιθέμενος, ὅτι συνεμάχει Μιθριδάτῃ· καὶ ἦν ἤδη περὶ Ἀρτάξατα τὴν βασίλειον. Τιγράνῃ δὲ οὐκ ἔγνωστο μὲν πολεμεῖν ἔτι. Παῖδες δ' ἐκ τῆς Μιθριδάτου θυγατρὸς αὐτῷ γεγένηντο, ὧν δύο μὲν αὐτὸς ὁ Τιγράνης ἀνῃρήκει· τὸν μὲν, ἐν μάχῃ, πολεμοῦντά οἱ· τὸν δ' ἐν κυνηγεσίοις, αὐτοῦ πεσόντος ἀμελήσαντα, καὶ τὸ διάδημα περιθέμενον ἔτι κειμένου. Ὁ δὲ τρίτος, Τιγράνης, ἐν μὲν τοῖς κυνηγεσίοις ὑπεραλγήσας τοῦ πατρὸς, ἐστεφάνωτο ὑπ' αὐτοῦ· μικρὸν δὲ διαλιπὼν, ἀπέστη καὶ ὅδε· καὶ πολεμῶν τῷ πατρὶ, καὶ ἡττώμενος, ἐς Φραάτην ἐπεφεύγει τὸν Παρθυαίων βασιλέα, ἄρτι τὴν Σιντρίκου τοῦ πατρὸς ἀρχὴν διαδεδεγμένον. Πλησιάσαντος δὲ τοῦ Πομπηΐου, κοινωσάμενος Φραάτῃ, συγχωροῦντός τι κἀκείνου, καὶ φιλίαν ἰδίαν ἐς τὸν Πομπήϊον μνωμένου, κατέφευγεν ὁ παῖς ἱκέτης ἐς τὸν Πομπήϊον· καὶ ταῦτα, ὢν Μιθριδάτου θυγατριδοῦς. Ἀλλὰ μέγα δικαιοσύνης καὶ πίστεως κλέος ἦν τοῦ Πομπηΐου παρὰ τοῖς βαρβάροις. Ὧ δὴ πίσυνος καὶ ὁ πατὴρ Τιγράνης, οὐδ' ἐπικηρυκευσάμενος, ᾔει· τά τε ἄλλα πάντα ἑαυτὸν ἐπιτρέψας ἐς τὰ δίκαια Πομπηΐῳ, καὶ κατηγορήσων τοῦ παιδὸς ἐπὶ Πομπηΐου. Χιλιάρχους δὲ αὐτῷ καὶ ἱππάρχους ἐπὶ τιμῇ κελεύσαντος ὑπαντᾶν τοῦ Πομπηΐου, οἱ μὲν ὄντες ἀμφὶ τὸν Τιγράνη, τὸ ἀκήρυκτον τῆς ὁδοῦ δεδιότες, ἔφευγον ὀπίσω. Ὁ δὲ Τιγράνης ἦλθε, καὶ τὸν Πομπήϊον, ὡς κρείττονα, βαρβαρικῶς προσεκύνησεν. Εἰσὶ δ' οἳ λέγουσιν, ὑπὸ ῥαβδούχοις αὐτὸν ἀχθῆναι, μετάπεμπτον ὑπὸ τοῦ Πομπηΐου γενόμενον. Ὁποτέρως δ' ἦλθεν, ἐξελογεῖτο περὶ τῶν γεγονότων· καὶ ἐδίδου Πομπηΐῳ μὲν αὐτῷ τάλαντα ἑξακισχίλια· τῇ στρατιᾷ δὲ, δραχμὰς πεντήκοντα ἑκάστῳ, καὶ λοχαγῷ χιλίας, καὶ χιλιάρχῳ μυρίας.

CV. Καὶ ὁ Πομπήϊος αὐτῷ συνεγίγνωσκε τῶν γεγονότων, καὶ συνήλλασσε τῷ παιδί· καὶ διῄτησε, τὸν μὲν υἱὸν ἄρχειν τῆς Σωφηνῆς καὶ Γορδυηνῆς (αἳ νῦν ἄρα εἰσὶν Ἀρμενία βραχυτέρα·) τὸν δὲ πατέρα, τῆς ἄλλης Ἀρμενίας, ἐπὶ τῷδε τῷ παιδὶ κληρονόμῳ. Τὴν δὲ ἐπίκτητον αὐτὸν ἀρχὴν ἐκέλευσεν ἤδη μεθεῖναι. Καὶ μεθίει Συρίαν, τὴν ἀπ' Εὐφράτου μέχρι τῆς θαλάσσης. Εἶχε γὰρ δὴ καὶ τήνδε καὶ Κιλικίας τινὰ ὁ Τιγράνης, Ἀντίοχον ἐκβαλὼν τὸν Εὐσεβῆ προσαγορευθέντα. Ἀρμενίων δ' ὅσοι τὸν Τιγράνη πρὸς Πομπήϊον ὁδεύοντα ἐγκαταλελοίπεσαν, ἐν ὑποψίᾳ τοῦτ' ἔχοντες, τὸν παῖδα αὐτοῦ, παρὰ τῷ Πομπηΐῳ ἔτι ὄντα, πείθουσιν ἐπιθέσθαι τῷ πατρί. Καὶ ὁ μὲν ἐλήφθη καὶ ἐδέθη· καὶ μεταξὺ Παρθυαίους ἐρεθίζων ἐπὶ τὸν Πομπήϊον, ἐθριαμβεύθη καὶ ἀνῃρέθη. Ὁ δὲ Πομπήϊος, ἐκτετελέσθαι οἱ τὸν πάντα πόλεμον ἡγούμενος, ᾤκιζε πόλιν ἔνθα τὴν μάχην ἐνίκα Μιθριδάτην· ἣ ἀπὸ τοῦ ἔργου Νικόπολις κλῄζεται, καὶ ἔστιν Ἀρμενίας τῆς

bus auxilia; sive quod communi nomine bellicosæ quævis mulieres ab earum regionum barbaris Amazones appellentur.

CIV. Ab hac victoria revertens Pompeius, exercitum in Armeniam, contra Tigranem, utpote Mithridatis socium, duxit : et jam haud procul ab ejus regia, Artaxata, aberat. Tigranes autem constituerat belli fortunam non amplius experiri. Fuerant huic ex filia Mithridatis tres filii : e quibus duos ipse interfecerat; alterum in prælio, quum arma adversus patrem tulisset; alterum in venatione, quod patrem prolapsum neglexisset attollere, et jacenti ademtum diadema suo imposuisset capiti. Tertius filius, Tigranes, quum in venatione graviter contristatus visus fuisset casu patris, corona quidem fuerat ab illo donatus; at paulo post hic quoque defecit : victusque bello, fugerat ad Phraatem, Parthorum regem, qui tum recens Sintrico patri in regnum successerat. Hic juvenis Tigranes, postquam appropinquavit Pompeius, re communicata cum Phraate, qui et facile id patiebatur, et ipse sibi privatim quærebat imperatoris amicitiam, supplex ad Pompeium confugit, quamvis Mithridatis ex filia nepos. Sed magna fama erat apud barbaros justitiæ Pompeii ac fidei. Qua etiam confisus Tigranes pater, ne caduceatore quidem præmisso, ad eumdem profectus est, cum in alia omnia se arbitrio Pompeii permissurus, tum vero filium apud ipsum accusaturus. Cui quum Pompeius tribunos et præfectos equitum obviam misisset honoris gratia; regis comites, parum tutum aditum rati, cujus potestas non esset per caduceatorem impetrata, retro fugerunt. Tigranes vero accessit ad Pompeium; eumque, tanquam potiorem, adoravit barbarorum more : quanquam sunt, qui prodant, Pompeii jussu eum a lictoribus adductum. Utcumque tamen venit, excusavit ea, quæ a se facta essent; donavitque imperatorem ipsum talentorum sex millibus, milites vero quinquaginta drachmis singulos, millenis centuriones, decies millenis tribunos.

CV. Pompeius præteritorum ei dedit veniam, et patrem conciliavit filio; constituitque, ut « in Sophene et Gordiene (quæ nunc Armenia minor vocantur) filius Tigranes regnaret; reliquam Armeniam pater retineret, hac lege, ut post ejus obitum idem filius in eam succederet. » Reliquis autem provinciis, quas bello acquisivisset, jam nunc eum decedere jussit. Et decessit Tigranes tota Syria, ab Euphrate usque ad mare : nam et hanc, et Ciliciæ quoque partem, ejecto Antiocho Pio, tenuerat. Non multo post ex Armeniis hi, qui Tigranem ad Romana castra iter facientem deseruerant, quum jam lætum nihil sibi ob id factum ominarentur, filio regis adhuc apud Pompeium hærenti persuaserunt, ut patrem ex insidiis invaderet. Et deprehensus juvenis, in vincula a Pompeio conjectus est. Quumque Parthos interim sollicitare contra Romanos tentavisset, in triumpho denique traductus, et necatus est in carcere. Jam vero Pompeius, debellatum existimans, urbem condidit eo loco ubi Mithridatem prælio vicerat, cui ex re nomen imposuit Nicopolin,

βραχυτέρας λεγομένης. Ἀριοβαρζάνῃ δ' ἀπεδίδου βασιλεύειν Καππαδοκίας· καὶ προσεπέδωκε Σωφηνὴν καὶ Γορδυηνὴν, ἃ τῷ παιδὶ μεμέριστο τῷ Τιγράνους, καὶ στρατηγεῖται νῦν ἅμα τῇ Καππαδοκίᾳ καὶ τάδε. Ἔδωκε δὲ καὶ τῆς Κιλικίας πόλιν Καστάβαλα, καὶ ἄλλας. Ἀριοβαρζάνης μὲν οὖν τὴν βασιλείαν ὅλην τῷ παιδὶ περιὼν ἐνεχείρισε. Καὶ πολλαὶ μεταβολαὶ μέχρι Καίσαρος ἐγένοντο τοῦ Σεβαστοῦ. Ἐφ' οὗ, καθάπερ τὰ λοιπὰ, καὶ ἥδε ἡ βασιλεία περιῆλθεν ἐς στρατηγίαν.

CVI. Ὁ δὲ Πομπήϊος καὶ τὸν Ταῦρον ὑπερελθὼν, ἐπολέμησεν Ἀντιόχῳ τῷ Κομμαγηνῷ, ἕως ἐς φιλίαν ὁ Ἀντίοχος αὐτῷ συνῆλθεν. Ἐπολέμησε δὲ καὶ Δαρείῳ τῷ Μήδῳ, μέχρις ἔφυγεν, εἴτε Ἀντιόχῳ συμμαχῶν, εἴτε Τιγράνῃ πρότερον. Ἐπολέμησε δὲ καὶ Ἄραψι τοῖς Ναβαταίοις, Ἀρέτα βασιλεύοντος αὐτῶν· καὶ Ἰουδαίοις, Ἀριστοβούλου τοῦ βασιλέως ἀποστάντος· ἕως εἷλεν Ἱεροσόλυμα, τὴν ἁγιωτάτην αὐτοῖς πόλιν. Καὶ Κιλικίας δὲ ὅσα οὔπω Ῥωμαίοις ὑπήκουε, καὶ τὴν ἄλλην Συρίαν, ὅση τε περὶ Εὐφράτην ἐστὶ, καὶ Κοίλη καὶ Φοινίκη καὶ Παλαιστίνη λέγεται, καὶ τὴν Ἰδουμαίων, καὶ Ἰτουραίων, καὶ ὅσα ἄλλα ὀνόματα Συρίας, ἐπιὼν, ἀμαχεὶ Ῥωμαίοις καθίστατο· ἔγκλημα μὲν οὐδὲν ἔχων ἐς Ἀντίοχον, τὸν Εὐσεβοῦς, παρόντα καὶ δεόμενον ὑπὲρ ἀρχῆς πατρῴας· ἡγούμενος δὲ, Τιγράνη τὸν κρατήσαντα τοῦ Ἀντιόχου τῆς γῆς ἀπελάσας, Ῥωμαίοις αὐτὴν κατὰ τόδε προσεκτῆσθαι. Ταῦτα δ' αὐτῷ διοικουμένῳ πρέσβεις ἀφίκοντο Φραάτου καὶ Τιγράνους, ἐς πόλεμον ἀλλήλοις συμπεσόντων· οἱ μὲν Τιγράνους, ὡς φίλῳ συμμαχεῖν τὸν Πομπήϊον ἀξιοῦντες· οἱ δὲ τοῦ Παρθυαίου, φιλίαν αὐτῷ πρὸς Ῥωμαίους τιθέμενοι. Καὶ ὁ Πομπήϊος, οὐκ ἀξιῶν Παρθυαίοις πολεμεῖν ἄνευ Ῥωμαίων ψηφίσματος, ἔπεμψεν ἀμφοτέροις διαλλακτάς. Καὶ ὁ μὲν ἀμφὶ ταῦτα ἦν.

CVII. Μιθριδάτῃ δὲ ἡ περίοδος ἤνυστο τοῦ Πόντου· καὶ Παντικάπαιον, ἐμπόριον Εὐρωπαῖον ἐπὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Πόντου, καταλαβὼν, κτείνει τῶν υἱέων Ξιφάρην ἐπὶ τοῦ Πόρου, διὰ μητρὸς ἁμάρτημα τοιόνδε. Φρούριον ἦν τι Μιθριδάτῃ, ἔνθα λανθάνοντες ὑπόγαιοι θησαυροὶ πολλῶν σιδηροδέτων χαλκείων πολλὰ χρήματα ἔκρυπτον. Στρατονίκη δὲ, μία τῶν Μιθριδάτου παλλακῶν ἢ γυναικῶν, ἡ τοῦδε τοῦ φρουρίου τὴν ἐπιστήμην καὶ φυλακὴν ἐπετέτραπτο, περιιόντος ἔτι τὸν Πόντον τοῦ Μιθριδάτου, τὸ φρούριον ἐνεχείρισε τῷ Πομπηΐῳ· καὶ τοὺς θησαυροὺς ἀγνοουμένους ἐμήνυσεν, ἐπὶ συνθήκῃ μόνῃ τῇδε, ὅτι οἱ τὸν υἱὸν Ξιφάρην ὁ Πομπήϊος, εἰ λάβοι, περισώσει. Καὶ ὁ μὲν, τοῖς χρήμασιν ἐπιτυχὼν, ὑπέσχητο αὐτῇ τὸν Ξιφάρην· καὶ ἐδεδώκει φέρεσθαι καὶ τὰ ἴδια. Αἰσθόμενος δὲ τῶν γεγονότων ὁ Μιθριδάτης, κτείνει τὸν Ξιφάρην ἐπὶ τοῦ πόρου, ἐφορώσης τῆς μητρὸς πέραθεν, καὶ ἐξέρριψεν ἄταφον. Καὶ ὁ μὲν υἱοῦ κατεφρόνησεν, ἐς ἀνίαν τῆς ἁμαρτούσης. Καὶ πρέσβεις ἐς τὸν Πομπήϊον, ἔτι περὶ Συρίαν ὄντα, καὶ οὐκ αἰσθανόμενον αὐτοῦ παρόντος,

sitam in minore Armenia. Ariobarzani vero regnum Cappadociæ reddidit, attributa et Sophene Gordieneque, quas Tigrani minori dederat: quæ eædem nunc quoque censentur in provincia Cappadociæ. Eidem Ciliciæ etiam civitates nonnullas, et in his Castabala, dedit. Quod regnum Ariobarzanes integrum vivus filio tradidit: multis abhinc mutationibus obnoxium, usque ad Augustum Cæsarem; quo imperante, quemadmodum alia, ita et hoc regnum in provinciæ formam redactum est.

CVI. Pompeius deinde, superato Tauro, bellum intulit Antiocho Commagenes regi, donec et ille in amicitiam receptus est. Darium quoque Mediæ regem profligavit, vel quia juverat Antiochum, vel quia Tigranem antea. Aretam etiam, Arabum regem Nabatæorum, bello petiit; tum et Judæos, qui ab Aristobulo rege suo defecerant, quorum sanctissimam urbem Hierosolyma expugnavit. Præterea Ciliciæ quidquid nondum Romanis paruerat, et Syriam omnem reliquam, quæ vel Euphrati adjacet, vel Cœle, et Phœnice, et Palæstina vocatur, Idumæamque et Ituræam, aliasque Syriæ partes, quocumque nomine appellentur, obeundo, Romanis sine certamine subjecit; non quod peccatum ullum in populum Romanum objicere posset Antiocho, Pii filio, qui tum præsens paternum regnum conabatur impetrare precibus; sed quia, expulso Tigrane, qui Antiochum vicerat, jure belli eas regiones populo Romano acquisitas censebat. Hæc constituenti Pompeio supervenerunt legati a Phraate et Tigrane, inter quos bellum exortum erat. Armenii, tanquam ab amico, petebant auxilia: Parthi in amicitiam populi Romani cupiebant recipi. Ille, nolens Parthis arma inferre absque senatusconsulto, misit qui pacem inter partes conciliarent.

CVII. Quibus negotiis dum Pompeius distinetur, Mithridates jam Pontum circumlustraverat: occupatoque Panticapæo, quod est in Europa ad ostium Ponti emporium, juxta fretum interfecit Xipharem filium, propter matris culpam hujusmodi. Habuerat Mithridates castellum, ubi in occultis thesauris subterraneis multa ærea vasa ferreis circulis vincta magnam vim pecuniæ celabant. Huic castello præfecta Stratonice, una e regiis sive concubinis, sive uxoribus, thesaurorum conscia, dum adhuc Pontum circumiret Mithridates, castellum Pompeio una cum occultis thesauris tradiderat; hoc unum pacta, ut si forte Pompeius Xipharem filium in potestatem redigeret, matri eum servaret incolumem. Ille potitus pecuniis, filii salutem ei est pollicitus, simulque permisit res suas habere mulierem. His cognitis, rex interfecit Xipharem ad fretum, inspectante matre ex adverso littore, et cadaver insepultum projecit. Ita in filium exuit pietatem, ut matri dolorem crearet, quæ peccaverat. Ad Pompeium vero, in Syria etiam tunc morantem, nescientemque eum Chersonesi adesse, misit le-

ἔπεμπεν, οἳ τῆς πατρῴας ἀρχῆς αὐτὸν Ῥωμαίοις τελέσειν φόρους ὑπισχνοῦντο. Πομπηΐου δ' αὐτὸν ἐλθόντα δεῖσθαι τὸν Μιθριδάτην κελεύοντος, καθὰ καὶ Τιγράνης ἀφίκετο· τοῦτο μὲν οὐκ ἔφη ποτὲ ὑποστήσεσθαι, Μιθριδάτης γε ὤν, πέμψειν δὲ τῶν παίδων τινὰς καὶ φίλους. Ἅμα δὲ ταῦτ' ἔλεγε, καὶ στρατιὰν ἀθρόως κατέλεγεν ἐλευθέρων τε καὶ δούλων· ὅπλα τε πολλὰ καὶ βέλη καὶ μηχανὰς ἐπήγνυ, φειδόμενος οὔτε τινὸς ὕλης, οὔτε βοῶν ἀροτήρων ἐς τὰ νεῦρα. Εἰσφοράς τε πᾶσιν, ἐς τὰ βραχύτατα τῆς περιουσίας, ἐπέγραφεν. Οἱ δὲ ὑπηρέται τούτου πολλοὺς ἐνύβριζον, οὐκ αἰσθομένου τοῦ Μιθριδάτου. Νόσον γάρ τινα ἑλκώδη τοῦ προσώπου νοσῶν, ὑπὸ τριῶν εὐνούχων ἐθεραπεύετο καὶ ἑωρᾶτο.

CVIII. Ὡς δ' ἔληγε τὸ πάθος, καὶ ὁ στρατὸς αὐτῷ ἀγήγερτο ἤδη (ἐπίλεκτοι μὲν ἑξήκοντα σπεῖραι, ἀνὰ ἑξακοσίους ἄνδρας· πολὺς δὲ καὶ ἄλλος ὅμιλος, καὶ νῆες, καὶ χωρία ὅσα οἱ στρατηγοὶ παρὰ τὴν νόσον ᾑρήκεσαν), ἐπέρα τοῦ στρατοῦ μέρος ἐς Φαναγόρειαν, ἕτερον ἐμπόριον ἐπὶ τοῦ στόματος, ὡς ἑκατέρωθεν ἕξων τὰς ἐσβολάς, ἔτι Πομπηΐου περὶ Συρίαν ὄντος. Κάστωρ δέ, Φαναγορεύς, ᾐκισμένος ποτὲ ὑπὸ τοῦ Τρύφωνος, εὐνούχου βασιλικοῦ, τὸν Τρύφωνα εἰσιόντα κτείνει προσπεσών, καὶ τὸ πλῆθος ἐς ἐλευθερίαν συνεκάλει. Οἱ δέ, καίπερ ἤδη τῆς ἀκροπόλεως ἐχομένης ὑπὸ Ἀρταφέρνους τε καὶ ἑτέρων υἱέων τοῦ Μιθριδάτου, ξύλα περιθέντες, τὴν ἄκραν ἐνεπίμπρασαν. Ἕως ὁ μὲν Ἀρταφέρνης καὶ Δαρεῖος, καὶ Ξέρξης, καὶ Ὀξάθρης, καὶ Εὐπάτρα, παῖδες τοῦ Μιθριδάτου, δείσαντες ἐπὶ τῷ πυρί, παρέδοσαν ἑαυτοὺς ἄγεσθαι. Καὶ ἦν αὐτῶν Ἀρταφέρνης ἀμφὶ τεσσαράκοντα ἔτη μόνος· οἱ δὲ λοιποί, παῖδες εὔμορφοι. Κλεοπάτρα δὲ ἀντεῖχεν, ἑτέρα παῖς τοῦ Μιθριδάτου· καὶ αὐτὴν ὁ πατὴρ ἀγάμενος τῆς εὐψυχίας, δίκροτα πολλὰ ἐπιπέμψας ἐξήρπασεν. Ὅσα δὲ ἐγγὺς ἦν φρούρια, ἀρτίληπτα τῷ Μιθριδάτῃ γενόμενα, πρὸς τὴν θερμουργίαν τῶν Φαναγορέων ἀφίστατο τοῦ Μιθριδάτου, Χερρόνησός τε καὶ Θεοδοσία καὶ Νύμφαιον, καὶ ὅσα ἄλλα περὶ τὸν Πόντον ἐστὶν εὔκαιρα ἐς πόλεμον. Ὁ δέ, τὰς ἀποστάσεις ὁρῶν πυκνάς, καὶ τὸν στρατὸν ἐν ὑποψίᾳ ἔχων, μὴ οὐ βέβαιος ᾖ διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς στρατείας, καὶ διὰ εἰσφορῶν βαρύτητα, καὶ τὴν ἀεὶ τοῖς στρατοῖς ἐς ἡγεμόνας ἀτυχοῦντας ἀπιστίαν· ἔπεμπεν ἐς τοὺς Σκύθας δι' εὐνούχων τοῖς δυνάσταις τὰς θυγατέρας ἐς γάμους· αἰτῶν, στρατιὰν κατὰ τάχος ἤδη οἱ παρεῖναι. Πεντακόσιοι δ' αὐτὰς ἀπὸ τοῦ στρατοῦ παρέπεμπον ἄνδρες· οἳ Μιθριδάτου βραχὺ διασχόντες, ἔκτεινάν τε τοὺς ἄγοντας εὐνούχους (ἀεὶ πρὸς εὐνούχους, κρατοῦντας τοῦ Μιθριδάτου, πεπολεμωμένοι) καὶ τὰς κόρας ἐς τὸν Πομπήϊον ἀπήγαγον.

CIX. Ὁ δὲ καὶ τέκνων τοσῶνδε, καὶ φρουρίων, καὶ τῆς ἀρχῆς ὅλης ἀφῃρημένος, καὶ ἐς οὐδὲν ἀξιόμαχος ἔτι ὤν, οὐδὲ τῆς Σκυθῶν συμμαχίας ἡγούμενος ἂν τυχεῖν, ὅμως οὐδὲν οὐδὲ τότε ἢ ταπεινὸν ἢ συμφορῶν ἄξιον ἐνεθυμεῖτο· ἀλλ' ἐς Κελτούς, ἐκ πολλοῦ φίλους ἐπὶ τῷδέ οἱ γεγονότας, ἐπενόει διελθὼν ἐς τὴν Ἰταλίαν

gatos, qui tributa populo Romano pollicebantur, si regnum paternum ei concederetur. Quum vero postularet Pompeius, ut rex ipse precatum veniret, sicut Tigranes venisset, Mithridates, hoc relato responso, nunquam se id facturum, ait, quod sua persona indignum esset; ex filiis tamen amicisque quosdam missurum. Sed simul his dictis, continuo delectus maximos habuit promiscue, tam e servis, quam ex ingenuis: armaque multa et tela fabricabat et machinas, nec materiæ parcens ulli, ne bobus quidem aratoribus in usum nervorum. Tributa quoque omnibus, etiam qui tenuissimis essent facultatibus, imposuit. Et hæc quidem omnia cum multorum injuriis exigebantur a ministris, non sentiente Mithridate; cujus faciem ulcerosus quidam morbus invaserat, quo fiebat, ut a solis tribus eunuchis aspici pateretur, qui eum curabant.

CVIII. Percurato illo morbo, quum jam et exercitus Mithridati paratus adesset, (erant autem LX cohortes, sexcentorum virorum quæque, et alia præterea numerosa multitudo; et castella quoque nonnulla, ægrotante rege, a ducibus ejus fuerant capta), trajecit partem exercitus Phanagoriam, alterum emporium in ostio (Mæotidis Paludis) situm, ut aditum utrinque teneret, Pompeio etiam tum hærente in Syria. Sed Castor Phanagorensis, qui meliosius aliquando tractatus fuerat a Tryphone eunucho regio, ipsum Tryphonem intrantem adortus occidit, et multitudinem ad libertatem convocavit. Quæ, quamvis jam arx teneretur ab Artapherne aliisque Mithridatis filiis, congestis circumquaque lignis, arci ignem subjecit. Et incendii metu Artaphernes, Darius, Xerxes, Oxathres, filii Mithridatis, et Eupatra filia, in captivitatem sese abducendos tradiderunt. Ex his solus Artaphernes erat quadraginta annos natus, reliqui formosi pueri. Cleopatra vero, altera filia, restitit: cujus generosum animum pater admiratus, submissis multis dicrotis eam eripuit. Quotquot autem erant in propinquo castella, nuper a Mithridatis ducibus occupata, audaci exemplo Phanagorensium permota, cuncta defecerunt, Chersonesus, Theodosia, Nymphæum, aliaque circa Pontum bello gerendo opportuna. Mithridates, crebras videns defectiones, et suspectum habens exercitum, ne parum constantis esset fidei, quippe coactus ad militiam, præsertim accedentibus gravibus exactionibus, et adversitate fortunæ semper intuta ducibus apud mutabiles militum animos; filias Scythiæ regulis nuptum misit per eunuchos, qui simul ab illis peterent, ut quamprimum auxiliares copias mitterent regi. Has deducebant quingenti milites; qui, parum a Mithridate digressi, eunuchos interfecerunt (jam pridem infensi huic hominum generi, præpollenti apud regem), et puellas ad Pompeium abduxerunt.

CIX. Rex tot liberis et castellis totoque regno spoliatus, quum parum cæteroquin virium ei ad bellum gerendum superesset, neque a Scythis jam auxilii quidquam amplius speraret, tamen ne tum quidem humile quidquam aut præsenti calamitate dignum cogitabat: sed ad Gallos, quorum jam ante hac de causa paraverat amicitias, iter destinabat,

σὺν ἐκείνοις ἐμβαλεῖν· ἐλπίζων οἱ πολλὰ καὶ τῆς Ἰταλίας αὐτῆς, ἔχθει Ῥωμαίων, προσέσεσθαι· πυνθανόμενος, ὧδε καὶ Ἀννίβαν πρᾶξαι, πολεμούμενον ἐν Ἰβηρίᾳ, καὶ ἐπιφοβώτατον ἐκ τοῦδε Ῥωμαίοις γενέσθαι. Ἤδει δὲ, καὶ ἔναγχος τὴν Ἰταλίαν σχεδὸν ἅπασαν ἀπὸ Ῥωμαίων ἀποστᾶσαν ὑπὸ ἔχθους, καὶ ἐπὶ πλεῖστον αὐτοῖς πεπολεμηκυῖαν, Σπαρτάκῳ τε μονομάχῳ συστᾶσαν ἐπ᾽ αὐτοὺς, ἀνδρὶ ἐπ᾽ οὐδεμιᾶς ἀξιώσεως ὄντι. Ταῦτα ἐνθυμούμενος ἐς Κελτοὺς ἠπείγετο. Τοῦ δὲ τολμήματος ἂν αὐτῷ λαμπροτάτου γενομένου, ὁ στρατὸς ὤκνει, δι᾽ αὐτὸ μάλιστα τῆς τόλμης τὸ μέγεθος, ἐπί τε χρόνιον στρατείαν καὶ ἐς ἀλλοτρίαν γῆν ἀγόμενοι, καὶ ἐπὶ ἄνδρας ὧν οὐδ᾽ ἐν τῇ σφετέρᾳ κρατοῦσιν. Αὐτόν τε τὸν Μιθριδάτην ἡγούμενοι, πάντων ἀπογιγνώσκοντα, βούλεσθαί τι δρῶντα καὶ βασιλιζόμενον μᾶλλον, ἢ δι᾽ ἀργίας, ἀποθανεῖν· ὅμως ἐνεκαρτέρουν καὶ ἡσύχαζον. Οὐ γάρ τι σμικρὸς οὐδ᾽ εὐκαταφρόνητος ἦν βασιλεὺς οὐδ᾽ ἐν ταῖς συμφοραῖς.

CX. Ὧδε δ᾽ ἐχόντων ἁπάντων, Φαρνάκης, ὁ τῶν παίδων αὐτῷ τιμιώτατός τε, καὶ πολλάκις ὑπ᾽ αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς ἀποδεδειγμένος ἔσεσθαι διάδοχος, εἴτε δείσας περὶ τοῦδε τοῦ στόλου καὶ τῆς ἀρχῆς, ὡς νῦν μὲν ἔτι συγγνωσομένων τι Ῥωμαίων, ἀπολουμένης δὲ πάμπαν ὁλοκλήρως, εἰ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ὁ πατὴρ στρατεύσειεν· εἴθ᾽ ἑτέραις καὶ λογισμῶν ἐπιθυμίαις, ἐπεβούλευε τῷ πατρί. Ληφθέντων δὲ τῶν συνεγνωκότων αὐτῷ, καὶ ἐς βασάνους ἀγομένων, Μηνοφάνης μετέπεισε τὸν Μιθριδάτην, ὡς οὐ δέον, ἀποπλέοντα ἤδη, τὸν ἔτι οἱ τιμιώτατον υἱὸν ἀνελεῖν. Εἶναι δ᾽, ἔφη, τὰς τοιαύτας τροπὰς ἔργα πολέμων· ὧν παυσαμένων, καὶ τάδε καθίστασθαι. Ὁ μὲν δὴ πεισθεὶς, προὔτεινε τῷ παιδὶ συγγνώμην. Ὁ δὲ, δείσας τι μήνιμα, καὶ τὸν στρατὸν εἰδὼς κατοκνοῦντα τὴν στρατείαν, νυκτὸς ἐς πρώτους τοὺς Ῥωμαίων αὐτομόλους, ἀγχοτάτω τοῦ Μιθριδάτου στρατοπεδεύοντας, ἐσῆλθε· καὶ τὸν κίνδυνον αὐτοῖς ἰοῦσιν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, ὅσος εἴη, σαφῶς εἰδόσιν, ὑπερεπαίρων, πολλὰ δὲ μένουσιν ἐπελπίσας ἔσεσθαι παρ᾽ ἑαυτοῦ, προήγαγεν ἐς ἀπόστασιν ἀπὸ τοῦ πατρός. Ὡς δ᾽ ἐπείσθησαν οἵδε, τῆς αὐτῆς νυκτὸς ἐς τὰ ἐγγὺς ἄλλα στρατόπεδα ἔπεμπεν ὁ Φαρνάκης. Συνθεμένων δὲ κἀκείνων, πρῶτοι μὲν ἅμα ἕῳ ἠλάλαξαν οἱ αὐτόμολοι, ἐπὶ δ᾽ ἐκείνοις οἱ ἀεὶ πλησίον τὴν βοὴν μετελάμβανον. Καὶ τὸ ναυτικὸν αὐτοῖς ἐπήχησεν, οὐ προειδότες ἴσως μὲν ἅπαντες, ὀξύῤῥοποι δ᾽ ὄντες ἐς μεταβολὰς, καὶ τὸ δυστυχοῦν ὑπερορῶντες, ἐν δὲ τῷ καινῷ τὸ εὔελπι ἀεὶ τιθέμενοι. Οἱ δὲ, καὶ ἀγνοίᾳ τῶν συνεγνωκότων, ἡγούμενοι πάντας διεφθάρθαι, καὶ, μόνοι ἔτι ὄντες, ἔσεσθαι τοῖς πλείοσιν εὐκαταφρόνητοι, φόβῳ καὶ ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ ἑκουσίῳ γνώμῃ συνεπήχουν. Μιθριδάτης δ᾽ ἐγρόμενος ὑπὸ τῆς βοῆς, ἔπεμπέ τινας, ἐρησομένους, ὅ τι χρῄζοιεν οἱ βοῶντες. Οἱ δ᾽ οὐκ ἐγκαλυψάμενοι. Τὸν υἱὸν, ἔφασαν, βασιλεύειν, νέον ἀντὶ γέροντος, εὐνούχοις τε ἐκδεδομένου, καὶ κτείναντος ἤδη πολλοὺς υἱέας τε καὶ ἡγεμόνας καὶ φίλους.

ut cum eis per Alpes Italiam invaderet; sperans, multos Italiæ populos odio Romanorum sibi adjungendos. Audiverat enim, et Annibali hoc successisse, postquam in Hispania fuisset ei a Romanis bellum illatum, et maximo hinc terrori fuisse populo Romano. Quin et nuper omnes fere Italici nominis socios, noverat, ab eis publico odio defecisse, et bellum cum eis gessisse diuturnum, atque etiam Spartaco gladiatori, nullius dignitatis homini, contra eosdem favisse. Hæc animo volutans, in Galliam proficisci properabat. Sed magnificos eos conatus destituit exercitus, deterritus ipsa audaciæ magnitudine, et expeditionis longitudine; tum quod ducerentur contra viros, quorum vim ne domi quidem sustinere potuissent. Existimabantque Mithridatem, rebus suis desperatis, velle fortiter potius ac regie vitam finire, quam in otio. Durabant tamen etiamnum aliquantisper, et nihil movebant : nam ne in calamitatibus quidem vilis aut contemtui facile obnoxius erat rex.

CX. In eo rerum animorumque statu, Pharnaces, qui Mithridati carissimus erat filiorum, et sæpe ab eo fuerat regni hæres declaratus; sive quod periculosam putaret eam expeditionem, speraretque etiam tum veniam a Romanis et restitutionem in regnum posse impetrare, quæ spes funditus omnino periret, si Italiam pater invasisset; sive aliis causis cupiditatibusve commotus; patri struxit insidias. Captis autem consciis, et ad torturam admotis, Menophanes suasit regi, non oportere nunc, cum in procinctu staret, necari filium ad eum diem carissimum : solere enim hujusmodi mutationes exstitere bellorum tempore; quibus cessantibus, et illas conquiescere. Sic Mithridates persuasus, veniam filio obtulit. At ille, iram timens mente repositam, neque ignarus, exercitum alieno esse ab expeditione animo, noctu Romanorum primum transfugas adiit, proxime Mithridatem tendentes; et periculum, si in Italiam irent, ipsis non ignotum, exaggerans, multaque, si manerent, eisdem pollicens, incitavit eos, ut a patre deficerent. Quibus quum id persuasisset, mox eadem nocte ad alia propinqua castra nuncios dimisit Pharnaces. Et his quoque in eamdem sententiam pertractis, mane primi transfugæ conclamaverunt; quibus proximi quique, et mox alii post hos, clamorem reddiderunt, atque etiam navalis exercitus : fortasse non omnes præmoniti, sed suapte levitate proni ad contemnendum miserum, et novarum rerum semper cupidi. Alii, consciorum ignari, putabant omnes corruptos; ratique se solos non posse resistere pluribus, necessitate magis quam voluntate acclamabant cum cæteris. Mithridates, e somno excitatus clamore, misit quosdam rogatum, quid sibi poscerent clamantes? Et illi non dissimulanter, filium regem se petere, aiebant, juvenem pro sene, eunuchis dedito, et multorum jam filiorum, et ducum amicorumque interfectore.

CXI. Ὧν ὁ Μιθριδάτης πυθόμενος, ἐξῄει διαλεξόμενος αὐτοῖς. Καί τι πλῆθος ἐκ φρουρίου τοῖς αὐτομόλοις συνέτρεχεν. Οἱ δ' οὐκ ἔφασαν αὐτοὺς προσήσεσθαι, πρίν τι ἀνήκεστον ἐς πίστιν ἐργάσασθαι· δεικνύντες ὁμοῦ τὸν Μιθριδάτην. Οἱ μὲν δὴ τὸν ἵππον ἔφθασαν αὐτοῦ κτεῖναι φυγόντος, καὶ τὸν Φαρνάκην, ὡς ἤδη κρατοῦντες, ἀνεῖπον βασιλέα· καὶ βύβλον τις πλατεῖαν φέρων ἐξ ἱεροῦ, ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἀντὶ διαδήματος. Ἅπερ ἄνωθεν ἐκ περιπάτου θεώμενος, ἔπεμπεν ἐς τὸν Φαρνάκην ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ, φυγὴν αἰτῶν ἀσφαλῆ. Οὐδενὸς δὲ τῶν πεμπομένων ἐπανιόντος, δείσας, μὴ Ῥωμαίοις ἐκδοθείη, τοὺς μὲν σωματοφύλακας αὐτοῦ καὶ φίλους ἔτι οἱ παραμένοντας, ἐπαινέσας, ἔπεμψεν ἐς τὸν νέον βασιλέα, καὶ αὐτῶν τινας προσιόντας ἔκτεινεν ἡ στρατιὰ παραλόγως. Αὐτὸς δὲ παραλύσας ὃ περὶ τῷ ξίφει φάρμακον ἀεὶ περιέκειτο, ἐκίρνη. Δύο δ' αὐτῷ θυγατέρες, ἔτι κόραι, συντρεφόμεναι, Μιθριδάτις τε καὶ Νύσσα, τοῖς Αἰγύπτου καὶ Κύπρου βασιλεῦσιν ἐγγεγυημέναι, προλαβεῖν τοῦ φαρμάκου παρεκάλουν, καὶ σφόδρα εἴχοντο, καὶ πίνοντα κατεκώλυον, ἕως ἔπιον λαβοῦσαι. Καὶ τῶν μὲν αὐτίκα τὸ φάρμακον ἥπτετο· τοῦ δὲ Μιθριδάτου, καίτοι συντόνως ἐξεπίτηδες βαδίζοντος, οὐκ ἐφικνεῖτο, διὰ ἔθος καὶ συντροφίαν ἑτέρων φαρμάκων, οἷς ἐς ἄμυναν δηλητηρίων ἐχρῆτο συνεχῶς· καὶ νῦν ἔτι φάρμακα Μιθριδάτεια λέγεται. Βίτοιτον οὖν τινα ἰδὼν, ἡγεμόνα Κελτῶν· Πολλὰ μὲν ἐκ τῆς σῆς, ἔφη, δεξιᾶς ἐς πολεμίους ὠνάμην· ὀνήσομαι δὲ μέγιστον, εἰ νῦν με κατεργάσαιο, κινδυνεύοντα ἐς πομπὴν ἀπαχθῆναι θριάμβου, τὸν μέχρι πολλοῦ τοσῆσδε ἀρχῆς αὐτοκράτορα καὶ βασιλέα· ἀδυνατοῦντα ἐκ φαρμάκων ἀποθανεῖν, δι' εὐήθη προφυλακὴν ἑτέρων φαρμάκων. Τὸ γὰρ δὴ χαλεπώτατον καὶ σύνοικον ἀεὶ βασιλεῦσι φάρμακον, ἀπιστίαν στρατοῦ καὶ παίδων καὶ φίλων, οὐ προειδόμην, ὁ τὰ ἐπὶ τῇ διαίτῃ πάντα προϊδὼν καὶ φυλαξάμενος. Ὁ μὲν δὴ Βίτοιτος, ἐπικλασθεὶς, ἐπεκούρησε χρῄζοντι τῷ βασιλεῖ.

CXII. Καὶ ὁ Μιθριδάτης ἀπέθνησκεν, ἑκκαιδέκατος ὢν ἐκ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου Περσῶν βασιλέως, ὄγδοος δ' ἀπὸ Μιθριδάτου, τοῦ Μακεδόνων ἀποστάντος τε, καὶ κτησαμένου τὴν Ποντικὴν ἀρχήν. Ἐβίω δ' ὀκτὼ ἢ ἐννέα ἐπὶ τοῖς ἑξήκοντα ἔτεσι. Καὶ τούτων ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἔτεσιν ἐβασίλευσε· ἐς γὰρ ὀρφανὸν ὄντα περιῆλθεν ἡ ἀρχή. Ἐχειρώσατο δὲ τὰ περίοικα τῶν βαρβάρων, καὶ Σκυθῶν ὑπηγάγετο πολλούς. Καὶ Ῥωμαίοις τεσσαρακοντούτη πόλεμον ἐγκρατῶς ἐπολέμησεν· ἐν ᾧ Βιθυνίας ἐκράτησε πολλάκις καὶ Καππαδοκίας· Ἀσίαν τε ἐπέδραμε, καὶ Φρυγίαν καὶ Παφλαγονίαν καὶ Γαλατίαν καὶ Μακεδόνας· ἔς τε τὴν Ἑλλάδα ἐμβαλὼν, πολλὰ καὶ μεγάλα ἔδρασε, καὶ τῆς θαλάσσης ἀπὸ Κιλικίας ἐπὶ τὸν Ἰόνιον ἦρξε· μέχρι Σύλλας αὐτὸν αὖθις ἐς τὴν πατρῴαν ἀρχὴν συνέκλεισεν, ἑκκαίδεκα στρατοῦ μυριάδας ἀποβαλόντα. Καὶ τοσῷδε πταίσματι συμπεσὼν, ὅμως ἀνεκίνησε τὸν πόλεμον εὐμαρῶς. Στρατηγοῖς τε συνενεχθεὶς ἐς μάχας τοῖς ἀρίστοις,

CXI. His auditis Mithridates, allocuturus eos, egressus est. Simulque præsidiariorum manus quædam conferebat se ad transfugas : qui se hos, nisi irreparabili aliquo facinore fidem confirmassent, admissuros negabant, regemque digitis monstrabant. Nec vero illi cunctantur, sed fugientis regis equum confodiunt; jamque Pharnacem, quasi voti compotes, regem appellant : et raptam aliquis e proximo templo latam papyrum, instar diadematis, capiti ejus imponit. Id conspicatus senex e superiori porticu, alios post alios misit ad Pharnacem, qui tutum abitum ab eo peterent : sed quum horum nemo rediret, veritus, ne Romanis dederetur, collaudatos satellites et amicos, qui adhuc apud eum persliterant, ad novum regem dimisit: quorum nonnulli, dum accedunt, præter opinionem interfecti sunt a militibus. Ipse Mithridates, exemtum ex involucro venenum, quod semper juxta gladium gestare consueverat, miscuit. Ibi duæ filiæ adhuc puellæ, quæ apud ipsum educabantur, Mithridatis et Nyssa, Ægypti Cyprique desponsæ regibus, rogabant patrem, ut ante illum potionem venenatam sumere ipsis liceret; et enixe instabant, vetabantque eum bibere, donec ipsæ priores hauserunt. Et has quidem veneni vis penetravit continuo : in Mithridatem vero, quamvis data opera ambulantem concitatius, nihil agebat, propter quotidianam pharmacorum consuetudinem, quibus se contra veneficos assidue præmuniverat; quæ nunc quoque vocantur Mithridatica pharmaca. Itaque conspicatus ducem quemdam Gallorum, Bituitum : Multum, inquit, tua dextra mihi profuit in præliis; sed hoc erit vel maximum tuum meritum, si nunc me interemeris, periclitantem ad triumphi pompam abduci; qui tanto tempore tam amplo regno præfui, et nunc veneno nequeo emori, contra quod stultus me præmunivi remediis; neque præcavere potui tristissimum et domesticum regibus omnibus venenum, liberorum amicorumque et exercitus perfidiam; quum, quæ ad victum pertinent, præcaverim omnia. His permotus Bituitus, postulanti regi officium præstitit.

CXII. Sic obiit Mithridates, sextus decimus a Dario Hystaspis filio, rege Persarum; octavus a Mithridate illo, qui primus, desertis Macedonibus, Ponti regnum sibi vindicaverat. Vixit octo aut novem annos supra sexaginta; e quibus regnavit LVII; pupillus enim regnum erat adeptus. Subegit finitimos barbaros, bonamque partem Scythiæ. Cum Romanis per quadraginta annos bellum gessit fortiter : in quo aliquoties Bithyniam possedit et Cappadociam : incursavitque Asiam, Phrygiam, Paphlagoniam, Gallogræciam, Macedoniam : et in Græciam traductis copiis memorabilia facinora edidit, et maris imperium a Cilicia usque ad Ionium pelagus tenuit; donec a Sylla intra paterni regni terminos rursus conclusus est, amissis CLX. militum millibus. Ac tanta clade affectus, tamen bellum redintegravit facile. Cum summis conflictatus imperatoribus, a Sylla quidem

Σύλλα μὲν ἡττᾶτο καὶ Λουκούλλου καὶ Πομπηΐου, πολλὰ καὶ τῶνδε πλεονεκτήσας πολλάκις· Λούκιον δὲ Κάσσιον, καὶ Ὄππιον Κόϊντον, καὶ Μάνιον Ἀκύλιον, αἰχμαλώτους ἑλὼν, περιήγετο· μέχρι τὸν ἔκτεινεν, αἴτιον τοῦ πολέμου γενόμενον, τοὺς δὲ ἀπέδωκε τῷ Σύλλᾳ. Ἐνίκα δὲ καὶ Φιμβρίαν, καὶ Μουρήναν, καὶ Κότταν ὕπατον, καὶ Φάβιον, καὶ Τριάριον. Τὸ φρόνημα ἦν ἀεὶ, κἂν ταῖς συμφοραῖς, μέγας καὶ φερέπονος. Οὐδεμίαν γέ τοι κατὰ Ῥωμαίων ὁδὸν ἐς ἐπιχείρησιν, οὐδ' ἡττώμενος, παρέλιπεν· ὃς καὶ Σαυνίταις καὶ Κελτοῖς συνετίθετο, καὶ ἐς Σερτώριον, ἔπεμπεν ἐς Ἰβηρίαν. Τρωθείς τε τὸ σῶμα πολλάκις ὑπὸ πολεμίων, καὶ ἑτέρων κατ' ἐπιβουλὰς, οὐκ ἀπέστη τινὸς οὐδὲ ὣς, καίπερ ὢν πρεσβύτης. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἐπιβουλῶν τις αὐτὸν ἔλαθεν, οὐδὲ ἡ τελευταία· ἀλλ' ἑκὼν ταύτην ὑπεριδὼν, ἀπώλετο δι' αὐτήν. Οὕτως ἀχάριστον ἡ πονηρία, συγγνώμης τυγχάνουσα. Φονικὸς δὲ καὶ ὠμὸς ἐς πάντας ἦν, καὶ τὴν μητέρα ἔκτεινε, καὶ τὸν ἀδελφὸν, καὶ τῶν παίδων τρεῖς υἱοὺς καὶ τρεῖς θυγατέρας. Τὸ σῶμα δ' ἦν μέγας μὲν, ὡς ὑποδεικνύουσιν ὅσα ὅπλα αὐτὸς ἔπεμψεν ἐς Νεμέαν τε καὶ Δελφούς· εὔρωστος δὲ ὡς μέχρι τέλους ἱππεῦσαί τε καὶ ἀκοντίσαι, καὶ χίλια στάδια τῆς ἡμέρας, περιμενόντων αὐτὸν ἐκ διαστημάτων ἵππων, δραμεῖν. Καὶ ἅρμα ἤλαυνεν ἑκκαίδεκα ἵππων ὁμοῦ. Καὶ παιδείας ἐπεμέλετο Ἑλληνικῆς, διὸ καὶ τῶν ἱερῶν ᾔσθετο τῶν Ἑλληνικῶν, καὶ μουσικὴν ἠγάπα. Καὶ σώφρων ἐς πολλὰ καὶ φερέπονος ὢν, περὶ μόνας ἡττᾶτο τὰς τῶν γυναικῶν ἡδονάς.

CXVIII. Ὁ μὲν δὴ Εὐπάτωρ τε καὶ Διόνυσος ἐπικληθεὶς Μιθριδάτης ὧδε ἐτελεύτα. Καὶ Ῥωμαῖοι μαθόντες ἑώρταζον, ὡς ἐχθροῦ δυσχεροῦς ἀπηλλαγμένοι. Φαρνάκης δὲ Πομπηΐῳ τὸν νέκυν τοῦ πατρὸς ἐς Σινώπην ἐπὶ τριήρους ἔπεμπε, καὶ τοὺς Μάνιον ἑλόντας· ὅμηρά τε πολλὰ ὅσα ἦν Ἑλληνικά τε καὶ βαρβαρικά· δεόμενος, ἢ τῆς πατρῴας ἀρχῆς ἢ Βοσπόρου γε βασιλεύειν μόνου, ἥντινα καὶ Μαχάρης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ βασιλείαν παρὰ Μιθριδάτου παρειλήφει. Πομπήϊος δ' ἐς μὲν τὸ σῶμα τοῦ Μιθριδάτου χορηγίαν ἔδωκε, καὶ θάψαι βασιλείῳ ταφῇ τοῖς θεραπευτῆρσιν αὐτοῦ προσέταξε, καὶ ἐν Σινώπῃ τοῖς βασιλείοις ἐνθέσθαι τάφοις, ἀγάμενος αὐτὸν τῆς μεγαλουργίας, ὡς τῶν καθ' αὐτὸν βασιλέων ἄριστον. Φαρνάκην δὲ, ἀπαλλάξαντα πόνου πολλοῦ τὴν Ἰταλίαν, φίλον καὶ σύμμαχον Ῥωμαίοις ἐποιήσατο. Καὶ βασιλεύειν ἔδωκεν αὐτῷ Βοσπόρου, χωρὶς Φαναγορέων· οὓς ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἀφῆκεν, ὅτι πρῶτοι μάλιστα οἵδε ἀναῤῥωννυμένῳ τῷ Μιθριδάτῃ, καὶ ναῦς καὶ στρατὸν ἄλλον καὶ ὁρμητήρια ἔχοντι, ἐπεχείρησαν, ἡγεμόνες τε τοῖς ἄλλοις ἀποστάσεως ἐγένοντο, καὶ Μιθριδάτῃ καταλύσεως αἴτιοι.

CXIV. Αὐτὸς δὲ, ἑνὶ τῷδε πολέμῳ τά τε λῃστήρια καθήρας, καὶ βασιλέα καθελὼν μέγιστον· καὶ συνενεχθεὶς ἐς μάχας, ἄνευ τοῦ Ποντικοῦ πολέμου, Κόλχοις τε καὶ Ἀλβανοῖς καὶ Ἴβηρσι καὶ Ἀρμενίοις καὶ Μήδοις

victus est, et Lucullo, et Pompeio; quamvis his quoque aliquoties superior. Cæterum L. Cassium, Q. Oppium, Manium Aquilium, in potestatem redactos, secum circumduxit; donec hunc interfecit, qui belli auctor præcipuus fuerat, illos vero Syllæ reddidit. Vicit etiam Fimbriam, Murenam, Cottam consulem, Fabium, Triarium. Animo semper magno et forti, quibuscunque in calamitatibus, fuit. Contra Romanos certe nullam, ne victus quidem, rationem, qua eos aggrederetur, intentatam reliquit: qui et cum Samnitibus et cum Gallis fœdera junxit, et ad Sertorium legatos misit in Hispaniam. Et vulneratus sæpius, cum ab hostibus, tum ab insidiatoribus, ne sic quidem quidquam remisit, quamvis ætate etiam gravis. Nec vero insidiæ ullæ eum latuerunt, ne illæ novissimæ quidem; sed dum consulto has punire neglexit, per easdem periit: adeo ingrata res est malitia veniam nacta. Erat autem crudelis in omnes et sanguinarius; matris fratrisque interfector, et trium filiorum ac filiarum totidem. Corpore fuit grandi, sicut arma demonstrant, ab ipso Nemeam Delphosque missa; tamque robusto, ut ad extremum usque equitationibus jaculationibusque valuerit, et mille stadia uno die mutatis equis, qui ex intervallis in id dispositi erant, conficere posset. Currum regebat octijugem. Græcorum quoque literis dederat operam, atque adeo sacra eorum percepta habebat; et musica etiam delectabatur. Sobrius ut plurimum ac laborum patiens; circa muliebres tantum voluptates intemperantior.

CXIII. Talis fuerat Mithridates hic, qui Eupator et Dionysus erat cognominatus. Cujus morte cognita, Romani festos dies egerunt, ut gravissimo hoste liberati. Pharnaces Pompeio cadaver patris Sinopen in triremi transmisit, simulque eos qui Manium ceperant, et obsides multos Græci barbarique generis; rogans, ut aut paternum regnum, aut Bosporanum saltem solum, quod Machares frater a Mithridate acceperat, tenere sibi liceret. Pompeius corpus Mithridatis regie sepeliendum ministris ejus addito sumtu tradidit, et inferri jussit in urbe Sinope monumentis regiis; admiratus, ob gestorum excellentiam, ut regum ætatis suæ præstantissimum. Pharnacem vero, qui multis periculis exemerat Italiam, amicum sociumque appellavit populi Romani; et Bosporanum regnum ei concessit, exceptis tamen Phanagorensibus; quos liberos suo jure vivere jussit, quod primi recolligenti vires Mithridati, jamque classem et exercitum et novas belli arces habenti, sese opposuissent, et defectionis exemplo aliis dato, causa fuissent ejus interitus.

CXIV. Ipse Pompeius, uno hoc bello sublatis toto mari piratis, prostratoque rege omnium maximo; et collatis signis, præter Ponticas gentes, cum Colchis, Albanis, Iberis, Armeniis, Medis, Arabibus, Judæis, aliisque Orientis

καὶ Ἄραψι καὶ Ἰουδαίοις, καὶ ἑτέροις ἔθνεσιν ἑῴοις· τὴν ἀρχὴν ὡρίσατο Ῥωμαίοις μέχρις Αἰγύπτου. Ἐς δὲ Αἴγυπτον αὐτὴν οὐ παρῆλθε, καίτοι στασιάζουσαν ἐς τὸν βασιλέα, καὶ καλοῦντος αὐτὸν αὐτοῦ βασιλέως, καὶ πέμψαντος αὐτῷ δῶρα καὶ χρήματα ἐς τὸν στρατὸν ἅπαντα· εἴτε δείσας μέγεθος ἀρχῆς ἔτι εὐτυχούσης, εἴτε φυλαξάμενος ἐχθρῶν φθόνον ἢ χρησμῶν ἀπαγόρευσιν, εἴτε ἑτέροις λογισμοῖς, οὓς ἐξοίσω κατὰ τὰ Αἰγύπτια. Τῶν δὲ εἰλημμένων ἐθνῶν τὰ μὲν αὐτόνομα ἠφίει, συμμαχίας οὕνεκα· τὰ δ' ὑπὸ Ῥωμαίοις εὐθὺς ἐγίγνετο· τὰ δ' εἰς βασίλεια διαδίδου, Τιγράνῃ μὲν Ἀρμενίαν, καὶ Φαρνάκῃ Βόσπορον, Ἀριοβαρζάνῃ Καππαδοκίαν, καὶ ὅσα προεῖπον ἕτερα· Ἀντιόχῳ δὲ τῷ Κομμαγηνῷ Σελεύκειαν ἐπέτρεψε, καὶ ὅσα τῆς Μεσοποταμίας ἄλλα κατέδραμεν. Ἐποίει δὲ καὶ τετράρχας, Γαλλογραικῶν μὲν, οἳ νῦν εἰσι Γαλάται Καππαδόκαις ὅμοροι, Δηϊόταρον, καὶ ἑτέρους· Παφλαγονίας δὲ Ἄτταλον, καὶ Κόλχων Ἀρίσταρχον, δυνάστην. Ἀπέφηνε δὲ καὶ τῆς ἐν Κομάνοις θεᾶς Ἀρχέλαον ἱερέα, ὅπερ ἐστὶ δυναστεία βασιλική· καὶ τὸν Φαναγορέα Κάστορα, Ῥωμαίων φίλον. Πολλὴν δὲ καὶ ἑτέροις χώραν τε καὶ χρήματα ἔδωκε.

CXV. Καὶ πόλεις ᾤκισεν, ἐν μὲν Ἀρμενίᾳ τῇ βραχυτέρᾳ Νικόπολιν ἐπὶ τῇ νίκῃ· ἐν δὲ Πόντῳ Εὐπατορίαν, ἣν αὐτὸς μὲν ὁ Εὐπάτωρ Μιθριδάτης ἔκτισε, καὶ Εὐπατορίαν ὠνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ, ὑποδεξαμένην δὲ Ῥωμαίους καθῃρήκει· καὶ ὁ Πομπήϊος ἐγείρας, Μαγνόπολιν ἐκάλει. Ἐν δὲ Καππαδοκίᾳ, Μάζακα, ὑπὸ τοῦ πολέμου λελυμασμένην ἐς τέλος, ἤγειρεν αὖθις. Καὶ ἑτέρας πολλαχοῦ κατενεχθείσας ἢ βεβλαμμένας διωρθοῦτο, περί τε τὸν Πόντον καὶ Παλαιστίνην καὶ κοίλην Συρίαν, καὶ Κιλικίαν, ἐν ᾗ δὴ καὶ μάλιστα τοὺς λῃστὰς συνῴκιζε, καὶ ἡ πόλις ἡ πάλαι Σόλοι νῦν Πομπηϊούπολίς ἐστι. Ἐν δὲ Ταλαύροις, ἥντινα πόλιν ὁ Μιθριδάτης εἶχε ταμιεῖον τῆς κατασκευῆς, δισχίλια μὲν ἐκπώματα λίθου τῆς ὀνυχίτιδος λεγομένης εὑρέθη χρυσοκόλλητα, καὶ φιάλαι καὶ ψυκτῆρες πολλοὶ, καὶ ῥυτὰ, καὶ κλῖναι, καὶ θρόνοι κατάκοσμοι, καὶ ἵππων χαλινοὶ καὶ προστερνίδια καὶ ἐπωμίδια, πάντα ὁμοίως διάλιθα καὶ κατάχρυσα· ὧν ἡ παράδοσις διὰ τὸ πλῆθος ἐς τριάκοντα ἡμέρας παρέτεινε. Καὶ ἦν τὰ μὲν ἐκ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου, τὰ δὲ ἐκ τῆς Πτολεμαίων ἀρχῆς, ὅσα Κλεοπάτρα Κῴοις παρέθετο, καὶ Κῷοι Μιθριδάτῃ δεδώκεσαν· τὰ δὲ καὶ ὑπ' αὐτοῦ Μιθριδάτου κατεσκεύαστο καὶ συνείλεκτο, φιλοκάλου καὶ περὶ κατασκευὴν γενομένου.

CXVI. Λήγοντος δὲ τοῦ χειμῶνος, διέδωκεν ὁ Πομπήϊος ἀριστεῖα τῷ στρατῷ, καθ' ἕκαστον ἄνδρα χιλίας πεντακοσίας Ἀττικὰς, καὶ τοῖς ἡγουμένοις αὐτῶν ἀνὰ λόγον· καί φασι γενέσθαι τάλαντα μύρια καὶ ἑξακισχίλια. Αὐτὸς δ' ἐς Ἔφεσον καταβὰς, διέπλευσεν ἐς τὴν Ἰταλίαν, καὶ ἐς Ῥώμην ἠπείγετο, διαφεὶς ἐν Βρεντεσίῳ τὸν στρατὸν ἐς τὰ οἰκεῖα. Ἐφ' ὅτῳ μάλιστα, ὡς δημοτικῷ, τοὺς Ῥωμαίους ἐξέπληξε. Καὶ αὐτῷ προσ-

gentibus; imperium Romanorum Ægyptum usque promovit. Ægyptum tamen ipsam non adiit, quamvis vocatus a rege contra seditiosos, et muneribus pecuniisque ab eo ac vestibus in totius exercitus usum donatus : sive timens regni etiam tum fortunati amplitudinem; sive inimicorum cavens invidiam, aut oraculorum religionem; sive ob alias rationes, in rerum Ægyptiacarum Historia a nobis referendas. Et subactis autem gentibus, alias libertate donavit, sociosque populi Romani fecit; alias in provinciarum formam statim redegit; alias attribuit regibus, Tigrani Armeniam, Pharnaci Bosporum, Ariobarzani Cappadociam cum eis quas dixi appendicibus. Antiocho Commageno commisit Seleuciam, et quidquid ex incursu ceperat in Mesopotamia. Tetrarchas constituit Gallogræciæ, quæ nunc Galatia est, Cappadociæ finitima, Dejotarum, et alios. Paphlagonum Attalum, Colchorum Aristarchum, fecit regulos. Ejus etiam deæ, quæ Comanis colitur, Archelaum fecit flaminem, quæ regia dignitas censetur. Castorem Phanagorensem amicum populi Romani appellavit. Et alios præterea multos vel ditionibus auxit vel pecuniis.

CXV. Urbes condidit : in minori Armenia Nicopolim, ex victoria cognominatam; in Ponto Eupatoriam, quam Mithridates Eupator, a se conditam denominatamque, ob receptos Romanos rursus diruerat; ipse vero instauratam vocavit Magnopolim. In Cappadocia Mazacam, bello vastatam, reparavit denuo : et alias, multis locis, sive dirutas sive graviter affectas restituit, in Ponto, in Palæstina, in Cœlesyria, in Cilicia, in qua maxime piratas collocavit; ubi civitas, quæ olim Soli dicebatur, nunc est Pompeiopolis. Habuerat Mithridates promtuarium vasorum et supellectilium Talauris, (Ponti) urbe. Ibi inventa sunt duo millia poculorum ex onyche gemma factorum, auroque compactorum; tum phialæ multæ, vasaque refrigeratoria, calices, lecti, sellæ, ornatissima omnia; frena porro equorum, et phaleræ pectorales humeralesque, gemmis pariter omnia distincta et auro fulgentia : quarum rerum tanta fuit multitudo, ut eis recipiendis percensendisque XXX dies quæstor insumserit. Earum pars a Dario, Hystaspis filio, successoribus fuerat relicta : partem ex Ptolemæorum regum gaza Cleopatra penes Coos deposuerat, unde Mithridates a civibus tradita deportaverat : partem ipse rex paraverat collegeratque, quum pulchritudinis, ut in aliis rebus, sic etiam in suppellectilibus, fuisset studiosus.

CXVI. Sub finem ejus hiemis, Pompeius exercitui victori præmia distribuit, viritim mille quingentas drachmas Atticas, et pro rata tribunis ac centurionibus : ejus pecuniæ summam produnt fuisse talentorum XVI millia. Tum Epheso solvens, Italiam cum classe petiit, Romamque properavit, dimissis Brundusii militibus: quod factum maxime, ut populare, admiratione perculit Romanos. Venienti ob-

ἰόντι ἀπήντων κατὰ μέρος, πορρωτάτω μὲν οἱ νέοι, ἑξῆς δὲ ὡς ἠδύναντο καθ' ἡλικίαν ἕκαστοι· καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἡ βουλὴ, θαυμάζουσα τῶν γεγονότων. Οὐ γάρ πω τις ἐχθρὸν τηλικοῦτον ἑλὼν, τοσάδε ὁμοῦ καὶ μέγιστα ἔθνη προσειλήφει, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ὡρίκει. Ὁ δὲ ἐθριάμβευσεν ἐπὶ λαμπροτάτης καὶ ἧς οὔτις προτοῦ δόξης, ἔτη ἔχων πέντε καὶ τριάκοντα, δύο ἐφεξῆς ἡμέραις, ἐπὶ πολλοῖς ἔθνεσιν, ἀπό τε τοῦ Πόντου καὶ Ἀρμενίας καὶ Καππαδοκίας καὶ Κιλικίας, καὶ Συρίας ὅλης καὶ Ἀλβανῶν καὶ Ἡνιόχων, καὶ Ἀχαιῶν τῶν ἐν Σκύθαις, καὶ Ἰβηρίας τῆς ἑώας. Καὶ παρῆγεν ἐς μὲν τοὺς λιμένας ἑπτακοσίας ναῦς ἐντελεῖς. Ἐς δὲ τὴν πομπὴν τοῦ θριάμβου, ζεύγη καὶ φορεῖα, χρυσοφόρα καὶ ἕτερα κόσμου ποικίλου, καὶ τὴν Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου κλίνην, καὶ τὸν τοῦ Εὐπάτορός αὐτοῦ θρόνον, καὶ σκῆπτρον αὐτοῦ, καὶ εἰκόνα ὀκτάπηχυν ἀπὸ στερεοῦ χρυσίου παρῆγε, καὶ ἐπισήμου ἀργυρίου μυριάδας ἑπτακισχιλίας καὶ πεντακοσίας καὶ δέκα. Ἁμάξας δὲ ὅπλων ἀπείρους τὸ πλῆθος, καὶ νεῶν ἔμβολα· καὶ πλῆθος αἰχμαλώτων τε καὶ λῃστῶν, οὐδένα δεδεμένον, ἀλλ' ἐς τὰ πάτρια ἐσταλμένους.

CXVII. Αὐτοῦ δὲ τοῦ Πομπηΐου προῆγον ὅσοι τῶν πεπολεμημένων βασιλέων ἡγεμόνες ἢ παῖδες ἢ στρατηγοὶ ἦσαν, οἱ μὲν, αἰχμάλωτοι ὄντες, οἱ δὲ, ἐς ὁμηρείαν δεδομένοι, τριακόσιοι μάλιστα καὶ εἴκοσι καὶ τέσσαρες. Ἔνθα δὴ καὶ ὁ Τιγράνους ἦν παῖς Τιγράνης, καὶ πέντε Μιθριδάτου, Ἀρταφέρνης τε καὶ Κῦρος, καὶ Ὀξάθρης, καὶ Δαρεῖος, καὶ Ξέρξης· καὶ θυγατέρες, Ὀρσάβαρίς τε καὶ Εὐπάτρα. Παρήγετο δὲ καὶ ὁ Κόλχων σκηπτοῦχος Ὀλθάκης, καὶ Ἰουδαίων βασιλεὺς Ἀριστόβουλος· καὶ οἱ Κιλίκων τύραννοι, καὶ Σκυθῶν βασίλειοι γυναῖκες· καὶ ἡγεμόνες τρεῖς Ἰβήρων, καὶ Ἀλβανῶν δύο, καὶ Μένανδρος ὁ Λαοδικεὺς, ἱππάρχης τοῦ Μιθριδάτου γενόμενος. Τῶν δὲ οὐκ ἀφικομένων εἰκόνες παρεφέροντο, Τιγράνους καὶ Μιθριδάτου, μαχομένων τε καὶ νικωμένων καὶ φευγόντων. Μιθριδάτου δὲ καὶ πολιορκία, καὶ ἡ νὺξ ὅτε ἔφευγεν, εἴκαστο, καὶ ἡ σιωπή. Ἐπὶ τέλει δὲ ἐδείχθη καὶ ὡς ἀπέθανεν, αἵ τε παρθένοι αἱ συναποθανεῖν αὐτῷ ἑλόμεναι παρεζωγράφηντο, καὶ τῶν προαποθανόντων υἱέων καὶ θυγατέρων ἦσαν γραφαί· θεῶν τε βαρβαρικῶν εἰκόνες, καὶ κόσμοι πάτριοι. Παρεφέρετο δὲ καὶ πίναξ ἐγγεγραμμένων τῶνδε· ΝΗΕΣ ΕΑΛΩΣΑΝ ΧΑΛΚΕΜΒΟΛΟΙ ΟΚΤΑΚΟΣΙΑΙ. ΠΟΛΕΙΣ ΕΚΤΙΣΘΗΣΑΝ ΚΑΠΠΑΔΟΚΩΝ ΟΚΤΩ, ΚΙΛΙΚΩΝ ΔΕ ΚΑΙ ΚΟΙΛΗΣ ΣΥΡΙΑΣ ΕΙΚΟΣΙ· ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ ΔΕ, Η ΝΥΝ ΣΕΛΕΥΚΙΣ. ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΕΝΙΚΗΘΗΣΑΝ, ΤΙΓΡΑΝΗΣ, Ο ΑΡΜΕΝΙΟΣ· ΑΡΤΩΚΗΣ, ΙΒΗΡ· ΟΡΟΙΖΗΣ, ΑΛΒΑΝΟΣ· ΔΑΡΕΙΟΣ, ΜΗΔΟΣ· ΑΡΕΤΑΣ, ΝΑΒΑΤΑΙΟΣ· ΑΝΤΙΟΧΟΣ, ΚΟΜΜΑΓΗΝΟΣ. Τοσαῦτα μὲν ἐδήλου τὸ διάγραμμα. Αὐτὸς δὲ ὁ Πομπήϊος ἐπὶ ἅρματος ἦν, καὶ τοῦδε λιθοκολλήτου, χλαμύδα ἔχων, ὥς φασιν, Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, εἴ τῳ πιστόν ἐστιν· ἔοικε δ' αὐτὴν εὑρεῖν ἐν Μιθριδάτου, Κῴων παρὰ Κλεοπάτρας λαβόντων. Εἵποντο δὲ αὐτῷ μετὰ τὸ

viam frequenter itum est : longissime a juvenibus, deinceps, ut quorumque ferebat ætas; postremo a senatu, demirante gestorum magnificentiam. Nemo enim ad eum diem, tanto hoste sublato, tantum simul provinciarum imperio adjunxerat, et Romana pomœria usque ad Euphratem promoverat. Hinc Triumpho longe omnium, qui ante eum fuerant, splendidissimo Urbem Pompeius est ingressus, quinque supra triginta annos natus. Duravit pompa per biduum; traductis tam multis gentibus, Ponticis, Armeniis, Cappadocibus, Cilicibus, universæ Syriæ nationibus, Albanis, Heniochis, Achæis, Scythis, Iberis. In portus adduxit naves DCC integras : in pompa vero traduxit carpenta et fercula cum auro tum aliis varii generis ornamentis onusta; in his lectum Darii, Hystaspis filii, et sellam ac sceptrum ipsius Eupatoris, ejusdemque effigiem octo cubitorum ex solido auro confectam, argentique signati septingenties quinquagies semel centena millia drachmarum. Plaustrorum vero quibus arma transvecta sunt, infinitus fuit numerus : tum rostra navium : post hæc multitudo captivorum ac piratarum; quorum nemo vinctus erat, sed patrio cultu vestitus quisque incedebat.

CXVII. Triumphantis Pompeii currum præcedebant satrapæ vel duces vel filii, quotquot aderant, regum, quibuscum bellum fuerant gestum, partim captivi, partim obsides; quorum summa fuit ad CCCXXIV. Inter hos Tigranes, filius Tigranis : et quinque filii Mithridatis, Artaphernes, Cyrus, Oxathres, Darius, Xerxes : filiæ, Orsabaris et Eupatra. Traductus est et Colchorum rex Olthaces, et Judæorum Aristobulus, tyrannique Cilicum, Scytharum item regiæ feminæ, duces tres Iberorum, Albanorum duo, et Menander Laodicensis, qui præfectus equitum fuerat Mithridatis. Absentium autem transvehebantur imagines, Tigranis et Mithridatis, pugnantium, cedentium, fugientium. Mithridatis vero etiam obsidio, et noctu tacita fuga, expressa erat ac repræsentata : ac postremo quoque mors ejus subjecta spectatorum oculis; appictæque virgines, mortis ejus sociæ : atque etiam cæterorum regiorum liberorum utriusque sexus, ante patrem defunctorum, aderant imagines. Denique deorum barbaricorum figuræ, cum ornatu patrio, præferebantur. Tum translata tabula est, inscripta hoc titulo : NAVES ROSTRATÆ CAPTÆ SUNT DCCC. URBES CONDITÆ IN CAPPADOCIA VIII; IN CILICIA CŒLESYRIAQUE XX; IN PALÆSTINA QUÆ NUNC SELEUCIS EST. REGES VICTI, TIGRANES ARMENIUS, ARTOCES IBERUS, OROEZES, DARIUS MEDUS, ARETA NABATÆUS, ANTIOCHUS COMMAGENUS. Hæc titulus ferebat. Ipse Pompeius curru vehebatur gemmis præfulgente; amictus, ut fertur, Alexandri Macedonis chlamyde, si fas est credere; quæ inventa fuisse putabatur in Mithridatis supellectili, quam ille in bonis Cleopatræ a Cois acceperat. Currum sequebantur præfecti militum, partim equites, par-

ἅρμα οἱ συστρατευσάμενοι τῶν ἡγεμόνων, οἱ μὲν, ἐπὶ ἵππων, οἱ δὲ, πεζοί. Παρελθὼν δ' ἐς τὸ Καπιτώλιον, οὐδένα τῶν αἰχμαλώτων ἔκτεινεν, ὡς ἕτεροι τῶν θριάμβους παραγόντων, ἀλλ' ἐς τὰς πατρίδας ἔπεμψε δημοσίοις δαπανήμασι, χωρὶς τῶν βασιλικῶν. Καὶ τούτων μόνος Ἀριστόβουλος εὐθὺς ἀνῃρέθη, καὶ Τιγράνης ὕστερον. Ὁ μὲν δὴ θρίαμβος ἦν τοιόσδε.

CXVIII. Ὧδε μὲν Ῥωμαῖοι Βιθυνοὺς καὶ Καππάδοκας, ὅσα τε αὐτοῖς ὅμορα ἔθνη ἐπὶ τὸν Πόντον κατοικεῖ τὸν Εὔξεινον, βασιλέα Μιθριδάτην τεσσαράκοντα δύο ἔτεσι μάλιστα καθελόντες, ὑπηγάγοντο σφίσιν ὑπήκοα εἶναι. Τῷ δὲ αὐτῷ πολέμῳ καὶ Κιλικίας τὰ μήπω σφίσι κατήκοα, καὶ Συρίας τήν τε Φοινίκην καὶ Κοίλην καὶ Παλαιστίνην καὶ τὴν ἐς τὸ μεσόγαιον ἐπὶ ποταμὸν Εὐφράτην, οὐδὲν ἔτι τῷ Μιθριδάτῃ προσήκοντα, ῥύμῃ τῆσδε τῆς νίκης προσέλαβεν· καὶ φόρους τοῖς μὲν αὐτίκα, τοῖς δὲ ὕστερον, ἔταξαν. Παφλαγονίαν τε καὶ Γαλατίαν, καὶ Φρυγίαν, καὶ τὴν ὅμορον τῇ Φρυγίᾳ Μυσίαν, καὶ ἐπὶ τοῖσδε Λυδίαν καὶ Καρίαν καὶ Ἰωνίαν, καὶ ὅσα ἄλλα Ἀσίας τῆς περὶ τὸ Πέργαμόν ἐστι, καὶ τὴν ἀρχαίαν Ἑλλάδα, καὶ Μακεδονίαν Μιθριδάτου περισπάσαντος, ὀξέως ἀνελάβοντο· καὶ τοῖς πολλοῖς αὐτῶν, οὔπω σφίσιν ὑποτελέσιν οὖσιν, ἐπέθηκαν φόρους. Δι' ἅ μοι καὶ μάλιστα δοκοῦσι τόνδε τὸν πόλεμον ἡγεῖσθαι μέγαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ νίκην Μεγάλην Νίκην καλεῖν, καὶ τὸν στρατηγήσαντα Πομπήϊον, Μέγαν, τῇ ἰδίᾳ φωνῇ μέχρι νῦν ἐπονομάζειν· ἐθνῶν τε πλήθους ἕνεκα, ὧν ἀνέλαβον ἢ προσέλαβον· καὶ χρόνου μήκους, τεσσαρακονταετοῦς γενομένου· τόλμης τε αὐτοῦ Μιθριδάτου, καὶ φερεπονίας, δυνατοῦ σφίσιν ἐς ἅπαντα ὀφθέντος.

CXIX. Ὧ νῆες μὲν ἦσαν οἰκεῖαι πολλάκις πλείους τετρακοσίων, ἱππεῖς δ' ἔστιν ὅτε πεντακισμύριοι, καὶ πεζῶν μυριάδες πέντε καὶ εἴκοσι, καὶ μηχαναὶ καὶ βέλη κατὰ λόγον. Συνεμάχουν δὲ βασιλεῖς καὶ δυνάσται, ὅ τε Ἀρμένιος, καὶ Σκυθῶν τῶν περὶ τὸν Πόντον, ἐπί τε Μαιώτιδα λίμνην καὶ ἀπ' ἐκείνης ἐπὶ τὸν Θράκιον Βόσπορον περιπλέοντι. Ἔς τε τοὺς Ῥωμαίων δυνατοὺς, στασιάζοντας ἀλλήλοις τότε μάλιστα, καὶ Ἰβηρίαν ἀνιστάντας ἐπὶ Ῥωμαίους, περιέπεμπε· καὶ Κελτοῖς φιλίαν ἐτίθετο, ὡς καὶ τῇδε ἐσβαλῶν ἐς τὴν Ἰταλίαν· λῃστῶν τε ἐνεπίμπλη τὴν θάλασσαν ἀπὸ Κιλικίας ἐπὶ στήλας Ἡρακλείους, οἳ πάντα ἄμικτα καὶ ἄπλωτα ταῖς πόλεσιν ἐς ἀλλήλους ἐποίουν, καὶ λιμὸν ἐπίπονον ἐξειργάσαντο ἐπιπλεῖστον· ὅλως τε οὐδὲν ἀνδρὶ δυνατὸν ἐξέλιπεν, ἢ πράττων, ἢ διανοούμενος, ὡς μέγιστον δὴ τόδε τὸ κίνημα ἐξ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν γενόμενον ἐνοχλῆσαι πᾶσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἢ πολεμουμένοις, ἢ συμμαχοῦσιν, ἢ λῃστευομένοις, ἢ γειτονεύουσι. Τοσόσδε εἷς οὗτος πόλεμος καὶ ποικίλος ἐγένετο. Καὶ ἐς τὰ μέγιστα λήγων συνήνεγκε Ῥωμαίοις. Ὡρίσαντο γὰρ ἐπὶ τῷδε τὴν ἡγεμονίαν ἐκ δύσεως ἐπὶ ποταμὸν Εὐφράτην. Διελεῖν δ' αὐτὰ κατὰ ἔθνος οὐκ ἦν, ὁμοῦ τε πραχθέντα

tim pedites, qui illius expeditionis fuerant socii. Ubi vero in Capitolium pervenit Pompeius, neminem captivum necavit, ut alias solent triumphantes; sed publicis impensis remisit eorum quemque in suam patriam, exceptis regiis : e quibus solus Aristobulus mox interemtus est, et aliquanto post Tigranes. Ac triumphus quidem Pompeii in hunc maxime modum se habuit.

CXVIII. Hac igitur ratione Romani Bithyniam et Cappadociam, aliasque Ponto Euxino finitimas provincias, rege Mithridate post secundum fere supra quadragesimum annum sublato, adjecerunt suo imperio. Eodemque bello, Ciliciæ partem eam, quæ ipsis nondum paruerat, tum quæ communi Syriæ nomine consentur regiones, Phœnicen, Palæstinam, Syriam Cœlen, Euphratensemque mediterraneam, nihil ad Mithridatem attinentes, evecti ejusdem victoriæ impetu, una subjugarunt; et tributa aliis statim, aliis aliquanto post, imposuerunt. Paphlagoniam autem, Gallogræciam, Phrygiam, eique conterminam Mysiam, tum Lydiam, Cariam, Ioniam, aliasque Asiæ partes, quæ Pergamenæ ditionis olim fuerant, denique veterem Græciam et Macedoniam, occupatas a Mithridate, cito receperunt : ac plerosque ex his populis, cum ante id tempus immunes fuissent, stipendiarios fecerunt. Quibus quidem de causis vel præcipue mihi videntur et bellum hoc, magnum, et victoriam eo bello partam Magnam Victoriam vocare, eumque, cujus auspiciis res eæ gestæ sunt, Pompeium, ad nostra usque tempora Magnum cognominare; propter provinciarum vel receptarum vel de novo quæsitarum multitudinem; tum vero propter longitudinem temporis, quadragesimum excedentis annum; denique propter ipsius hostis audaciam et laborum tolerantiam, qui præpotentem sese omnibus modis demonstraverat.

CXIX. Fuerant enim Mithridati naves propriæ sæpius ultra cccc; equitum autem interdum quinquaginta millia; peditum ducenta et quinquaginta millia; machinarumque et armorum tantum, quantum tantæ copiæ postulabant. Auxilia vero ei tulerant Armeniorum rex et Scythicarum reguli gentium, quotquot Pontum Mæotidemque paludem, et inde porro ad Thracicum usque Bosporum accolunt. Et ipsorum Romanorum principes, civilibus dissidiis tum maxime inter se concertantes, et Hispaniam ab imperio retrahentes, sollicitaverat per legatos; et cum Gallis amicitiam inierat, ut et hac parte infestaret Italiam. Piratisque repleverat maria, a Cilicia usque ad Herculis columnas; qui, sublatis navigationibus et civitatum inter se commerciis, gravem famem per longum tempus invexerunt. Omninoque nihil, quod quidem in hominis cadat potestatem, ineffectum aut intentatum reliquit, quod eo pertineret, ut unus iste longe maximus motus, ab Oriente in Occidentem usque pertingens, omnes, ut verbo dicam, populos vexaret, sive quod suo nomine bellum gererent, sive cum aliis arma sociarent, sive a prædonibus infestarentur, sive ex vicinia istorum malorum molestarentur. Tantum fuerat, tamque varium, illud bellum, quod tandem maximam accessionem rebus Romanis attulit : quo composito, imperium Romanum, ab ultimo progrediens occidente, Euphrate fluvio finiebatur. Neque vero potui provinciatim res istas digerere, quandoquidem simul gestæ sunt, et inter sese compli-

καὶ ἀλλήλοις ἀναπεπλεγμένα. Ἃ δὲ καὶ ὣς ἐδύνατο αὐτῶν κεχωρίσθαι, κατὰ μέρη τέτακται.

CXX. Φαρνάκης δ' ἐπολιόρκει Φαναγορέας καὶ τὰ περίοικα τοῦ Βοσπόρου, μέχρι τῶν Φαναγορέων διὰ λιμὸν ἐς μάχην προελθόντων ἐκράτει τῇ μάχῃ· καὶ βλάψας οὐδὲν, ἀλλὰ φίλους ποιησάμενος, καὶ λαβὼν ὅμηρα, ἀνεχώρει. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Σινώπην εἷλε, καὶ Ἀμισὸν ἐνθυμιζόμενος, καὶ Καλουΐνῳ στρατηγοῦντι ἐπολέμησεν, ᾧ χρόνῳ Πομπήϊος καὶ Καῖσαρ ἐς ἀλλήλους ᾖεσαν· ἕως αὐτὸν Ἄσανδρος ἐχθρὸς ἴδιος, Ῥωμαίων οὐ σχολαζόντων, ἐξήλασε τῆς Ἀσίας. Ἐπολέμησε δὲ καὶ αὐτῷ Καίσαρι, καθελόντι Πομπήϊον, ἐπανιόντι ἀπ' Αἰγύπτου, περὶ τὸ Σκότιον ὄρος, ἔνθα ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ῥωμαίων τῶν ἀμφὶ Τριάριον ἐκεκρατήκει· καὶ ἡττηθεὶς ἔφευγε σὺν χιλίοις ἱππεῦσιν ἐς Σινώπην. Καίσαρος δ' αὐτὸν ὑπ' ἀσχολίας οὐ διώξαντος, ἀλλ' ἐπιπέμψαντος αὐτῷ Δομίτιον, παραδοὺς τὴν Σινώπην Δομιτίῳ, ὑπόσπονδος ἀφείθη μετὰ τῶν ἱππέων. Καὶ τοὺς ἵππους ἔκτεινε, πολλὰ δυσχεραινόντων τῶν ἱππέων· ναυσὶ δ' ἐπιβὰς ἐς τὸν Πόντον ἔφυγε, καὶ Σκυθῶν τινας καὶ Σαυροματῶν συναγαγὼν, Θεοδοσίαν καὶ Παντικάπαιον κατέλαβεν. Ἐπιθεμένου δ' αὖθις αὐτῷ κατὰ τὸ ἔχθος Ἀσάνδρου, οἱ μὲν ἱππεῖς, ἀπορίᾳ τε ἵππων, καὶ ἀμαθίᾳ πεζομαχίας, ἐνικῶντο· αὐτὸς δὲ ὁ Φαρνάκης μόνος ἠγωνίζετο καλῶς, μέχρι κατατρωθεὶς ἀπέθανε, πεντηκοντούτης ὢν, καὶ βασιλεὺς Βοσπόρου πεντεκαίδεκα ἔτεσιν.

CXX. Ὧδε μὲν δὴ καὶ Φαρνάκης ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς· καὶ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν Γάϊος μὲν Καῖσαρ ἔδωκε Μιθριδάτῃ τῷ Περγαμηνῷ, συμμαχήσαντί οἱ προθύμως ἐν Αἰγύπτῳ. Νῦν δ' εἰσὶν οἰκεῖοι. Πόντου δὲ καὶ Βιθυνίας πέμπεταί τις ἀπὸ τῆς βουλῆς στρατηγὸς ἐτήσιος. Τὰ δ' ἑτέροις ὑπὸ τοῦ Πομπηΐου δεδομένα ὁ μὲν Γάϊος, ἐπιμεμψάμενος τοῖς ἔχουσιν, ὅτι Πομπηΐῳ κατ' αὐτοῦ συνεμάχουν, ὅμως ἐφύλαξε· πλὴν τῆς ἐν Κομάνοις ἱερωσύνης, ἣν ἐς Λυκομήδην μετήνεγκεν ἀπὸ Ἀρχελάου. Πάντα δὲ οὐ πολὺ ὕστερον, καὶ τάδε, καὶ ὅσα Γάϊος Καῖσαρ ἢ Μάρκος Ἀντώνιος ἔχειν ἑτέροις ἐδεδώκεσαν, ἐς στρατηγίας Ῥωμαίων περιῆλθεν, ἀπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, ἑλόντος Αἴγυπτον, ὀλίγης ἔτι Ῥωμαίων προφάσεως ἐς ἑκάστους δεομένων. Ὅθεν, αὐτοῖς τῆς ἡγεμονίας ἐπὶ τῷδε τῷ Μιθριδατείῳ πολέμῳ προελθούσης ἔς τε τὸν Πόντον τὸν Εὔξεινον, καὶ ἐπὶ ψάμμον τὴν πρὸ Αἰγύπτου, καὶ ἐς ποταμὸν Εὐφράτην ἀπὸ Ἰβήρων τῶν παρὰ στήλαις Ἡρακλείοις, εἰκότως ἥ τε νίκη Μεγάλη, καὶ ὁ στρατηγήσας Πομπήϊος, Μέγας ἐκλήθη. Ἔχουσι δ' αὐτοῖς καὶ Λιβύην, ὅση μέχρι Κυρήνης (Κυρήνην γὰρ αὐτὴν Ἀπίων βασιλεὺς, τοῦ Λαγιδῶν γένους νόθος, ἐν διαθήκαις ἀπέλιπεν), Αἴγυπτος ἐς περίοδον τῆς ἐντὸς θαλάσσης ἔτι ἔλειπεν.

catæ. Quæ vero separari potuerunt, ea seorsim singula exposui.

CXX. Cæterum Pharnaces Phanagorenses oppugnavit, populosque Bosporo finitimos. Phanagorenses, quidem premente fame ad pugnam progressos, prælio superavit. Quos deinde illæsos, obsidibus tantum acceptis, recepit in amicitiam. Neque vero multo post, Sinopen cepit : et Amisum quoque appetens, cum Romano etiam duce Calvino, quo tempore Pompeius et Cæsar inter se contenderunt, bellum gessit; donec ab Asandro, privatim inimico, Romanis alibi occupatis, ex Asia abstractus est. Mox vero et cum Cæsare, post devictum Pompeium ex Ægypto redeunte, pugnavit apud Scotium montem, ubi pater ejus vicerat Triarium : quo prælio victus, refugit Sinopen cum mille equitibus. Quumque Cæsari non vacaret eum persequi, misso contra se Domitio Sinopen tradidit; et pace accepta dimissus cum equitibus, equos interfecit, iniquissime id ferentibus equitibus. Inde conscensis navibus in Pontum (*potius*, in Bosporum) fugit; collectaque Scytharum ac Sarmatarum manu, Theodosiam Panticapæumque occupavit. Ibi quum rursus ab Asandro bello peteretur, equites ejus, equis destituti, nec assueti pedestri prælio, victi cesserunt : solus Pharnaces egregie pugnavit, sed vulneribus tandem confectus cecidit, quinquagenarius, postquam in Bosporo annos regnaverat XV. Sic quidem et Pharnaces regno excidit.

CXXI. Pharnacis regnum C. Cæsar Mithridati dedit Pergameno, cujus in Ægypto egregia usus erat opera. Nunc autem (Bosporani) domesticos habent principes. Cæterum in Pontum ac Bithyniam prætor quotannis ex senatorio ordine mittitur. Reliquos, qui a Pompeio ditiones acceperant, Cæsar, reprehensos quidem quod contra se pro illo stetissent, confirmavit tamen in suis quemque possessionibus; excepto Comanæ deæ flamine, quod sacerdotium in Lycomedem ab Archelao transtulit. Sed non multo post et hæc omnia, et quidquid aut C. Cæsar aut M. Antonius aliis dederant, post subjugatam ab Augusto Cæsare Ægyptum, provinciis Romanis sunt adjuncta; quum jam non nisi levissima occasione adversus eorum quæque indigerent Romani. Itaque quoniam per Mithridaticum hoc, quod exposuimus, bellum, ad Euxinum usque Pontum, et ad arenas quæ Ægyptum ab Asia dividunt, denique ad Euphratem fluvium, inde ab Hispaniæ oris et Herculis columnis, promotum fuit Romanorum imperium; jure meritoque ab illis victoria hæc Magna, et Pompeius, quo imperatore illa parta est, Magnus est appellatus. Quum vero et Africam tenerent, Cyrenen usque (nam ipsam Cyrenaicam Apion rex, ex Lagidarum genere nothus, ex testamento reliquerat populo Romano), jam ad plenum mediterranei maris ambitum sola eis adhuc deerat Ægyptus.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΙΛΛΥΡΙΚΗ.

Ἰλλυριοὺς Ἕλληνες ἡγοῦνται τοὺς ὑπέρ τε Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην ἀπὸ Χαόνων καὶ Θεσπρωτῶν ἐπὶ ποταμὸν Ἴστρον. Καὶ τοῦτ' ἐστὶ τῆς χώρας τὸ μῆκος. Εὖρος δ' ἐκ Μακεδόνων τε καὶ Θρᾳκῶν τῶν ὀρείων, ἐπὶ Παίονας καὶ τὸν Ἰόνιον καὶ τὰ πρόποδα τῶν Ἄλπεων. Καὶ ἔστι τὸ μὲν εὖρος, ἡμερῶν πέντε· τὸ δὲ μῆκος, τριάκοντα, καθὰ καὶ τοῖς Ἕλλησιν εἴρηται. Ῥωμαίων δὲ τὴν χώραν μετρησαμένων, ἔστιν ὑπὲρ ἑξακισχιλίους σταδίους τὸ μῆκος, καὶ τὸ πλάτος ἀμφὶ τοὺς χιλίους καὶ διακοσίους.

II. Φασὶ δὲ, τὴν μὲν χώραν ἐπώνυμον Ἰλλυριοῦ, τοῦ Πολυφήμου, γενέσθαι. Πολυφήμῳ γὰρ τῷ Κύκλωπι καὶ Γαλατείᾳ Κελτὸν καὶ Ἰλλυριὸν καὶ Γάλαν παῖδας ὄντας, ἐξορμῆσαι Σικελίας, καὶ ἄρξαι τῶν δι' αὐτοὺς Κελτῶν, Ἰλλυριῶν, καὶ Γαλατῶν λεγομένων. Καὶ τόδε μοι μάλιστα, πολλὰ μυθευόντων ἕτερα πολλῶν, ἀρέσκει. Ἰλλυριῷ δὲ παῖδας, Ἐγχελέα, καὶ Αὐταριέα, καὶ Δάρδανον, καὶ Μαῖδον, καὶ Ταύλαντα, καὶ Περραιβὸν γενέσθαι· καὶ θυγατέρας, Παρθὼ καὶ Δαορθὼ καὶ Δασσαρὼ, καὶ ἑτέρας. Ὅθεν εἰσὶ Ταυλάντιοί τε καὶ Περραιβοὶ καὶ Ἐγχελέες, καὶ Αὐταριεῖς καὶ Δάρδανοι, καὶ Παρθηνοὶ, καὶ Δασσαρήτιοι καὶ Δάρσοι. Αὐταριεῖ δὲ αὐτῷ Παννόνιον ἡγοῦνται παῖδα ἢ Παίονα γενέσθαι· καὶ Σκορδίσκον Παίονι καὶ Τριβαλλόν· ὧν ὁμοίως τὰ ἔθνη παρώνυμα εἶναι. Καὶ τάδε μὲν τοῖς ἀρχαιολογοῦσι μεθείσθω.

III. Γένη δ' ἔστιν Ἰλλυριῶν, ὡς ἐν τοσῇδε χώρᾳ, πολλά. Καὶ περιώνυμα ἔτι νῦν, χώραν νεμόμενα πολλὴν, Σκορδίσκων καὶ Τριβαλλῶν· οἳ ἐς τοσοῦτον ἀλλήλους πολέμῳ διέφθειραν, ὡς Τριβαλλῶν εἴ τι ὑπόλοιπον ἦν ἐς Γέτας ὑπὲρ Ἴστρον φυγεῖν, καὶ γένος, ἀκμάσαν μέχρι Φιλίππου τε καὶ Ἀλεξάνδρου, νῦν ἔρημον καὶ ἀνώνυμον τοῖς τῇδε εἶναι· Σκορδίσκους δὲ, ἀσθενεστάτους ἀπὸ τοῦδε γενομένους, ὑπὸ Ῥωμαίων ὕστερον ὅμοια παθεῖν, καὶ ἐς τὰς νήσους τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ φυγεῖν· σὺν χρόνῳ δέ τινας ἐπανελθεῖν, καὶ Παιόνων ἐσχατιαῖς παροικῆσαι· ὅθεν ἐστὶ καὶ νῦν Σκορδίσκων γένος ἐν Παίοσι. Τῷ δ' αὐτῷ τρόπῳ καὶ Ἀρδιαῖοι, τὰ θαλάσσια ὄντες ἄριστοι, πρὸς Αὐταριέων ἀρίστων ὄντων τὰ κατὰ γῆν, πολλὰ βλάψαντες αὐτοὺς, ὅμως ἐφθάρησαν. Καὶ ναυτικοὶ μὲν ἐπὶ τοῖς Ἀρδιαίοις ἐγένοντο Λιβυρνοὶ, γένος ἕτερον Ἰλλυριῶν, οἳ τὸν Ἰόνιον καὶ τὰς νήσους ἐλῄστευον ναυσὶν ὠκείαις τε καὶ κούφαις· ὅθεν ἔτι νῦν Ῥωμαῖοι τὰ κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα Λιβυρνίδας προσαγορεύουσιν.

APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

LIBER

DE REBUS ILLYRICIS.

Illyrios Græci vocant, quicunque supra Macedoniam ac Thraciam a Chaonia atque Thesprotia ad Istrum usque flumen incolunt. Hi regionis in longitudinem fines. Latitudo a Macedonia et montanis Thracibus ad Pannonios et Adriaticum mare et radices Alpium protenditur. Ea latitudo itinere quinque dierum transitur; quum longitudo in triginta amplius pateat : quemadmodum iidem perhibent Græci scriptores. Ad rationem autem Romanorum, qui mensuram regionis inierunt, longitudo ultra DCCL M. passuum colligit, latitudo circiter CL. M.

II. Nomen autem accepisse regionem eam perhibent ab Illyrio, Polyphemi filio. Quippe Polyphemum ex Galatea conjuge Celtum et Illyrium et Galam filios habuisse; hosque ab sicilia digressos imperitasse populis, qui inde Celtæ, Illyriique, et Galatæ sunt appellati. Atque hæc inter multas fabulas, quæ a multis hoc loco referuntur, maxime mihi probantur. Illyrio deinde filios, Encheleum, Autarieum, Dardanum, Mædum, Taulantem, Perrhæbum, fuisse tradunt; filiasque Parthonem, Daorthonem, Dassaronem, et alias : a quibus Taulantii, Perrhæbi, Enchelees, Autarienses, Dardani, Partheni, Dassaretii, Darsi (*vel* Darsii), prodierint. Tum Autarieo Pannonium sive Pæona genitum esse, Pæone autem Scordiscum et Triballum, quibus similiter cognomines populos habemus. Sed ista quidem antiquitatis studiosis relicta sunto.

III. Gentes Illyriorum, ut in tam ampla regione, multæ sunt. Ex his inclyta etiam nunc Scordiscorum et Triballorum nomina; qui, quum plurimam late terram incoluissent, adeo sese invicem infestis attrivere bellis, ut Triballorum reliquiæ trans Istrum ad Getas excesserint, et natio, ad Philippi et Alexandri usque tempora late potens florensque, pæne exstincta sit, et in iisdem regionibus quas olim incoluerat, vix nomine hodie nota; Scordisci vero, eadem de causa ad summam infirmitatem redacti, et simili deinde clade a Romanis affecti, in ejusdem fluminis insulas sese receperint. Interjecto tamen tempore, pars horum reversi in extremam Pannoniam se transtulerunt : quo factum, ut etiam nunc in Pannonia Scordiscorum genus supersit. Simili ratione Ardiæi, qui maris imprimis valuerant, ab Autariensibus, qui terra prævalebant, postquam hos multis affecerant damnis, tamen eversi sunt. Post Ardiæos navibus plurimum valuerunt Liburni, alia Illyrica natio, quæ velocibus levibusque navigiis Ionium mare et insulas deprædari consueverat; unde factum, ut etiam nunc Romani celeres et expeditas biremes Liburnicas appellent.

IV. Αὐταριέας δὲ καὶ ἐκ θεοβλαβείας Ἀπόλλωνος ἐς ἔσχατον κακοῦ περιελθεῖν. Μολιστόμῳ γὰρ αὐτοὺς καὶ Κελτοῖς τοῖς Κίμβροις λεγομένοις ἐπὶ Δελφοὺς συστρατεῦσαι, καὶ φθαρῆναι μὲν αὐτίκα τοὺς πλέονας αὐτῶν, πρὸ ἐπιχειρήσεως, ὑετῶν σφίσι καὶ θυέλλης καὶ πρηστήρων ἐμπεσόντων· ἐπιγενέσθαι δὲ τοῖς ὑποστρέψασιν ἄπειρον βατράχων πλῆθος, οἳ διασαπέντες τὰ νάματα διέφθειραν. Καὶ ἐκ τῆς γῆς ἀτμῶν ἀτόπων γενομένων, λοιμὸς ἦν Ἰλλυριῶν, καὶ φθόρος Αὐταριέων μάλιστα· μέχρι φεύγοντες τὰ οἰκεῖα, καὶ τὸν λοιμὸν σφίσι περιφέροντες, οὐδενὸς αὐτοὺς δεχομένου διὰ τοῦτο τὸ δέος, ὑπερῆλθον ὁδὸν ἡμερῶν εἴκοσι καὶ τριῶν· καὶ τὴν Γετῶν ἑλώδη καὶ ἀοίκητον, παρὰ τὸ Βασταρνῶν ἔθνος, ᾤκησαν. Κελτοῖς δὲ ὁ θεὸς τὴν γῆν ἔσεισε, καὶ τὰς πόλεις κατήνεγκε· καὶ τὸ κακὸν οὐκ ἔληγε, μέχρι καὶ οἵδε τὰ οἰκεῖα φεύγοντες ἐνέβαλλον ἐς Ἰλλυριοὺς τοὺς συναμαρτόντας σφίσιν, ἀσθενεῖς ὑπὸ τοῦ λοιμοῦ γενομένους· καὶ ἐδῄωσάν τε τὰ ἐκείνων, καὶ τοῦ λοιμοῦ μετασχόντες ἔφυγον, καὶ μέχρι Πυρήνης ἐλεηλάτουν. Ἐπιστρέφουσι δ' αὐτοῖς ἐς τὴν ἕω, Ῥωμαῖοι δεδιότες, ὑπὸ μνήμης τῶν προπεπολεμηκότων σφίσι Κελτῶν, μὴ καὶ οἵδε ἐς τὴν Ἰταλίαν ὑπὲρ Ἄλπεις ἐσβάλοιεν, ἀπήντων ἅμα τοῖς ὑπάτοις, καὶ πανστρατιᾷ διώλλυντο. Καὶ τὸ πάθος τοῦτο Ῥωμαίων μέγα δέος Κελτῶν ἐς ὅλην τὴν Ἰταλίαν ἐνέβαλε· μέχρι Γάϊον Μάριον ἑλόμενοι σφῶν οἱ Ῥωμαῖοι στρατηγεῖν, ἄρτι Λιβύων τοῖς Νομάσι καὶ Μαυρουσίοις ἐγκρατῶς πεπολεμηκότα, τοὺς Κίμβρους ἐνίκων, καὶ πολὺν φόνον αὐτῶν εἰργάσαντο πολλάκις, ὥς μοι περὶ Κελτῶν λέγοντι εἴρηται. Οἱ δὲ, ἀσθενεῖς τε ἤδη γενόμενοι, καὶ πάσης γῆς ἀποκλειόμενοι διὰ τὸ ἀσθενὲς, ἐς τὰ οἰκεῖα ἐπανῆλθον, πολλὰ καὶ δράσαντες καὶ παθόντες.

V. Τοιοῦτον μὲν δὴ τέλος τῆς ἀσεβείας ὁ θεὸς ἐπέθηκεν Ἰλλυριοῖς τε καὶ Κελτοῖς. Οὐ μὴν ἀπέσχοντο τῆς ἱεροσυλίας· ἀλλ' αὖθις, ἅμα τοῖς Κελτοῖς, Ἰλλυριῶν οἱ Σκορδίσκοι μάλιστα, καὶ Μαῖδοι καὶ Δάρδανοι, τὴν Μακεδονίαν ἐπέδραμον ὁμοῦ καὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ πολλὰ τῶν ἱερῶν, καὶ τὸ Δελφικὸν ἐσύλησαν· πολλοὺς ἀποβαλόντες ὅμως καὶ τότε. Ῥωμαῖοι δ', ἔχοντες ἤδη δεύτερον καὶ τριακοστὸν ἔτος ἀπὸ τῆς πρώτης ἐς Κελτοὺς πείρας, καὶ ἐξ ἐκείνου πολεμοῦντες αὐτοῖς ἐκ διαστημάτων, ἐπιστρατεύουσι τοῖς Ἰλλυριοῖς ἐπὶ τῆδε τῇ ἱεροσυλίᾳ, ἡγουμένου Λευκίου Σκιπίωνος, ἤδη τῶν τε Ἑλλήνων καὶ Μακεδόνων προστατοῦντες. Καί φασι τοὺς μὲν περιχώρους οὐ συμμαχῆσαι τοῖς ἱεροσύλοις, ἀλλ' ἑκόντας ἐγκαταλιπεῖν τῷ Σκιπίωνι ἀβοηθήτους, μνήμῃ τῶν δι' Αὐταριέας ἐς πάντας Ἰλλυριοὺς συμπεσόντων· Σκιπίωνα δὲ, Σκορδίσκους μὲν διαφθεῖραι, καὶ εἴ τι λοιπὸν αὐτῶν ἦν, ἐς τὸν Ἴστρον καὶ τὰς νήσους τοῦ ποταμοῦ μετοικῆσαι φυγόντας· Μαίδοις δὲ καὶ Δαρδανεῦσι συνθέσθαι δωροδοκήσαντα τοῦ ἱεροῦ χρυσίου. Καί τις ἔφη τῶν Ἰταλικῶν συγγραφέων, διὰ τοῦτο μάλιστα Ῥωμαίοις πλεόνως μετὰ Λεύκιον τὰ ἐμφύλια ἤκμασε, μέχρι μοναρχίας. Καὶ περὶ μὲν

IV. Autariensibus infensum Apollinis numen exitio fuisse traditur. Hos enim Molistomi et Celtarum, qui Cimbri vocantur, in expeditione Delphica socios fuisse perhibent; statimque plurimos eorum, antequam aggrederentur facinus, interiisse; imbribus in eos cum procellis fulguribusque desævientibus. His vero qui domum redissent, infinitam ranarum vim subortam, quæ, quum putrescerent, aquam corrupissent; deinde ab noxiis terræ vaporibus insecutam pestem afflixisse Illyrios, et Autarienses maxime gravissima clade affecisse; hosque tandem domo profugos, ac pestem nihilo secius secum circumferentes, quum a nemine propter contagionis metum reciperentur, trium et viginti dierum iter progressos, in palustri ac deserta Getarum regione, prope Bastarnas, consedisse. Celtarum vero tellurem vehementi motu deus concussit, urbesque diruit. Quarum calamitatum quum nullus esset finis, hi quoque patria excesserunt, et Illyriorum regionem, sceleris et sacrilegii sociorum, nunc peste debilitatorum, sunt ingressi; ibique, dum prædam agunt, et ipsi contagione morbi corripiuntur. Itaque celeriter profugientes, ad Pyrenæum usque montem populationibus grassati sunt. Inde quum rursus versus Orientem sese convertissent, Romani, memores calamitatum a superioribus Celtis acceptarum, metuentesque ne hi quoque superatis Alpibus invaderent Italiam, consulares aliquot exercitus adversus eos submiserunt, qui occidione deleti sunt. Omnisque ea clade ad Celticum nomen Italia contremuit: donec duce electo C. Mario, qui recens bello contra Numidas Mauritanosque fortiter gesto inclaruerat, vicerunt Cimbros, et multis magnisque cladibus affecerunt; quemadmodum in rerum Celticarum historia exposuimus. Inde ad summam virum infirmitatem redacti, et ob eamdem infirmitatem omnibus exclusi terris, gravibus illatis acceptisque cladibus, patrias sedes repetierunt.

V. Talis igitur exitus impietatis Illyriorum Celtarumque divino consilio fuit. Neque vero eo secius alii item Illyrici populi, Scordisci præcipue, Mædique ac Dardani, rursus una cum Celtis in Macedoniam et Græciam impetu facto, cum multa alia, tum Delphicum templum, exspoliarunt; pluribus tamen suorum tunc quoque amissis. Romanique, elapso altero ac tricesimo post primum bellum cum Celtis anno, jamque sæpius interim ac variis temporibus cum eis congressi, bellum adversus Illyrios sacrilegii hujus causa susceperunt, ductu L. Scipionis, quum jam Græciæ Macedoniæque tenerent imperium. Feruntque, finitimos populos, memores calamitatum quæ olim propter Autarienses universum Illyricum afflixissent, sacrilegos non juvisse auxiliis, sed Scipioni vincendos ultro reliquisse. Et Scordiscos quidem maximam partem concisos esse a Scipione; exiguas eorum reliquias ad Istrum fugatas, ibi et in insulis Istri consedisse: Mædis vero Dardanisque pacem concessisse Scipionem, sacri nimirum auri muneribus delinitum. Et Romanorum scriptorum nonnemo ait, hoc maxime in causa Romanis fuisse, ut post L. Sciponem gravioribus civilium bellorum motibus conflictati sint, quoad

τῶν νομιζομένων εἶναι τοῖς Ἕλλησιν Ἰλλυριῶν τοσαῦτά μοι προλελέχθω.

VI. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ τούσδε, καὶ Παίονας ἐπ' αὐτοῖς, καὶ Ῥαιτοὺς, καὶ Νωρικοὺς, καὶ Μυσοὺς τοὺς ἐν Εὐρώπῃ, καὶ ὅσα ἄλλα ὅμορα τούτοις ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἴστρου καταπλέοντι ᾤκηται, διαιροῦσι μὲν ὁμοίως τοῖς Ἕλλησιν ἀπὸ Ἑλλήνων, καὶ καλοῦσι τοῖς ἰδίοις ἑκάστους ὀνόμασι· κοινῇ δὲ πάντας Ἰλλυρίδα ἡγοῦνται. Ὅθεν μὲν ἀρξάμενοι τῆσδε τῆς δόξης, οὐκ ἔσχον εὑρεῖν· χρώμενοι δ' αὐτῇ καὶ νῦν· ὅπου καὶ τὸ τέλος τῶνδε τῶν ἐθνῶν, ἀπὸ ἀνίσχοντος Ἴστρου μέχρι τῆς Ποντικῆς θαλάσσης, ὑφ' ἓν ἐκμισθοῦσι, καὶ Ἰλλυρικὸν τέλος προσαγορεύουσιν. Ὅπως δὲ αὐτοὺς ὑπηγάγοντο Ῥωμαῖοι, ὡμολόγησα μὲν καὶ περὶ Κρήτης λέγων, οὐχ εὑρεῖν τὰς ἀκριβεῖς τῶν πολέμων ἀρχάς τε καὶ προφάσεις, καὶ ἐς τοῦτο τοὺς δυναμένους τι πλέον εἰπεῖν παρεκάλουν. Ὅσα δ' αὐτὸς ἔγνων, ἀναγράψω.

VII. Ἄγρων ἦν βασιλεὺς Ἰλλυριῶν μέρους, ἀμφὶ τὸν κόλπον τῆς θαλάσσης τὸν Ἰόνιον· ὃν δὴ καὶ Πύῤῥος ὁ τῆς Ἠπείρου βασιλεὺς κατεῖχε, καὶ οἱ τοῦ Πύῤῥου διαδεξάμενοι. Ἄγρων δ' ἔμπαλιν τῆς τε Ἠπείρου τινὰ καὶ Κέρκυραν ἐπ' αὐτοῖς καὶ Ἐπίδαμνον καὶ Φάρον καταλαβὼν, ἔμφρουρα εἶχεν. Ἐπιπλέοντος δ' αὐτοῦ καὶ τὸν ἄλλον Ἰόνιον, νῆσος, ᾗ ὄνομα Ἴσσα, ἐπὶ Ῥωμαίους κατέφυγεν. Οἱ δὲ, πρέσβεις τοῖς Ἰσσίοις συνέπεμψαν, εἰσομένους τὰ Ἄγρωνος ἐς αὐτοὺς ἐγκλήματα. Τοῖς δὲ πρέσβεσιν, ἔτι προσπλέουσιν, ἐπαναχθέντες Ἰλλυρικοὶ λέμβοι, τῶν μὲν Ἰσσίων πρεσβευτὴν Κλεέμπορον, τῶν δὲ Ῥωμαίων Κορογκάνιον, ἀναιροῦσιν· οἱ δὲ λοιποὶ διέδρασαν αὐτούς. Καὶ ἐπὶ τῷδε Ῥωμαίων ἐπ' Ἰλλυριοὺς ναυσὶν ὁμοῦ καὶ πεζῷ στρατευόντων, Ἄγρων μὲν ἐπὶ παιδίῳ σμικρῷ, Πίννῃ ὄνομα, ἀποθνήσκει, τῇ γυναικὶ τὴν ἀρχὴν ἐπιτροπεύειν τῷ παιδὶ παραδοὺς, καίπερ οὐκ οὔσῃ μητρὶ τοῦ παιδίου. Δημήτριος δ', ὁ Φάρου ἡγούμενος Ἄγρωνι (Φάρου τε γὰρ αὐτῆς ἦρχε, καὶ ἐπὶ τῇδε Κερκύρας), παρέδωκεν ἄμφω Ῥωμαίοις ἐπιπλέουσιν, ἐκ προδοσίας. Οἱ δ' ἐπὶ ταύταις Ἐπίδαμνον ἐς φιλίαν ὑπηγάγοντο· καὶ τοῖς Ἰσσίοις καὶ Ἐπιδαμνίοις, πολιορκουμένοις ὑπὸ Ἰλλυριῶν, ἐς ἐπικουρίαν ἔπλεον. Ἰλλυριοὶ μὲν δὴ, τὰς πολιορκίας λύσαντες, ἀνεχώρουν. Καί τινες αὐτῶν ἐς Ῥωμαίους, οἱ Ἀτιντανοὶ λεγόμενοι, μετετίθεντο. Μετὰ ταῦτα δὲ ἡ Ἄγρωνος γυνὴ πρέσβεις ἐς Ῥώμην ἔπεμψε, τά τε αἰχμάλωτα ἀποδιδόντας αὐτοῖς, καὶ τοὺς αὐτομόλους ἄγοντας· καὶ ἐδεῖτο συγγνώμης τυχεῖν τῶν οὐκ ἐφ' ἑαυτῆς, ἀλλ' ἐπὶ Ἄγρωνος γενομένων. Οἱ δὲ ἀπεκρίναντο· Κέρκυραν μὲν, καὶ Φάρον, καὶ Ἴσσαν, καὶ Ἐπίδαμνον, καὶ Ἰλλυριῶν τοὺς Ἀτιντανοὺς, ἤδη Ῥωμαίων ὑπηκόους εἶναι· Πίννην δὲ τὴν ἄλλην Ἄγρωνος ἀρχὴν ἔχειν, καὶ φίλον εἶναι Ῥωμαίοις, ἢν ἀπέχῃ τε τῶν προλελεγμένων, καὶ τὸν Λίσσον μὴ παραπλέωσιν Ἰλλυρικοὶ λέμβοι δυοῖν πλείονες, καὶ τούτοιν δὲ ἀνόπλοιν. Ἡ μὲν δὴ ταῦτα πάντα ἐδέχετο.

VIII. Καὶ γίγνονται Ῥωμαίοις αἵδε πρῶται πρὸς

libertatem amiserunt. Atque hæc de populis, qui a Græcis Illyrii habentur, quasi proœmii loco, dicta sunto.

VI. Romani vero non hos duntaxat, sed Pannonios præterea, et Rhætos, Noricosque, et Mysios Europam incolentes, aliosque his finitimos populos, qui per Istrum descendentibus occurrunt a dextra, a Græcis quidem, non secus ac ipsi Græci, distinguunt, et propiis quoque nominibus singulos appellant, cunctos autem pariter Illyrios usurpant, et omnes istas regiones communi Illyridis nomine complectuntur. Cujus sive opinionis sive denominationis unde duxerint initium, non potui reperire. Sed ea ad hunc sane diem obtinet: quum et tributum istorum populorum, ab Istri inde fontibus ad mare usque Ponticum, simul et uno nomine elocant, Illyricumque tributum appellant. Qua ratione autem illos imperio suo subjecerint Romani, quæve fuerint singulorum bellorum initia atque occasiones, jam professus sum, quum de Creta scriberem, mihi non satis esse compertum: eoque hortatus etiam ultro sum, ut si quis certius quidpiam de rebus Illyricis haberet, id in medium velit proferre. Interea quæ mihi quidem licuit comperire, expediam.

VII. Agron partis Illyrici rex fuit, quæ ad Ionii maris pertinet sinum; cujus sinus imperium penes Pyrrhum, Epirotarum regem, et qui deinceps Pyrrho successerunt, fuerat. Is Agron vicissim et Epiri partem aliquam, et Corcyram præterea, et Epidamnum, Pharumque, bello capta, præsidiis tenebat. Cum autem cætero quoque Adriatico immineret, insula quædam, cui Issa nomen est, Romanorum imploravit auxilium. Hi legatos cum Issiis miserunt, qui cognoscerent, quamnam culpam Agron illis tribueret. In hos adhuc navigantes impetum faciunt Illyrici lembi, et Issiorum legatum Cleemporum, Romanorumque Coruncanium interficiunt; reliqui fuga evaserunt. Qua de causa dum Romani Illyrios terra marique bello petunt, moritur interim Agron, infante filio superstite, cui Pinnes nomen erat; cujus tutelam novercæ commiserat pater. Demetrius autem, Phari præfectus, eam insulam, itemque Corcyram (utraque enim in ditione Agronis fuerat), Romanis illuc appellentibus prodidit. Qui, Epidamnensibus quoque ad amicitiam suam adjunctis, tam ad Issam, quam ad Epidamnum, ab Illyriis obsessas, auxilia misere. Neque frustra: nam Illyrii non solum omissa obsidione sese receperunt, sed et pars eorum, Atintani qui vocantur, ad Romanos transiere. Post hæc Agronis uxor misit Romam legatos, qui et captivos redderent, et transfugas traderent, veniamque orarent eorum, quæ non suo, sed mariti, sub imperio essent facta. Responsum accepere legati: Corcyram, Pharum, Issam, Epidamnum, et ex Illyriis Atintanos, in populi Romani ditione jam esse. Pinnen reliquum paternum possessurum, amicumque fore populi Romani, si ab his, quæ dicta sunt, abstineat arma; detque operam, ne plures simul quam duo lembi Illyrici, et hi quidem ipsi inermes, ultra Lissum navigent. Nec mora fuit in muliere, quin ista omnia acciperet.

VIII. Hæ primæ Romanorum cum Illyriis contentiones,

Ἰλλυριοὺς πεῖραί τε καὶ συνθῆκαι. Ῥωμαῖοι δ' ἐπ' αὐταῖς, Κέρκυραν μὲν καὶ Ἀπολλωνίαν ἀφῆκαν ἐλευθέρας· Δημητρίῳ δ' ἔστιν ἃ χωρία μισθὸν ἔδοσαν τῆς προδοσίας· ἐπειπόντες, ὅτι ἐν τοσῷδε διδόασι, τὴν ἀπιστίαν τοῦ ἀνδρὸς ὑφορώμενοι. Ἣ δὴ καὶ ἦρξεν αὐτοῦ μετ' ὀλίγον. Ῥωμαίων γὰρ Κελτοῖς ἐπὶ τριετὲς τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἠριδανὸν οὖσι πολεμούντων, ὁ Δημήτριος, ὡς ὄντων ἐν ἀσχολίᾳ, τὴν θάλασσαν ἐλῄζετο, καὶ Ἴστρους, ἔθνος ἕτερον Ἰλλυριῶν, ἐς τοῦτο προσελάμβανε, καὶ τοὺς Ἀτιντανοὺς ἀπὸ Ῥωμαίων ἀφίστη. Οἱ δὲ, ἐπεὶ τὰ Κελτῶν διετέθειτο, εὐθὺς μὲν ἐπιπλεύσαντες, αἱροῦσι τοὺς λῃστάς· ἐς νέωτα δὲ ἐστράτευον ἐπὶ Δημήτριον, καὶ Ἰλλυριῶν τοὺς συναμαρτόντας αὐτῷ. Δημήτριον μὲν δὴ, πρὸς Φίλιππον τὸν Μακεδόνων βασιλέα φυγόντα, καὶ αὖθις ἐπιόντα, καὶ λῃστεύοντα τὸν Ἰόνιον, κτείνουσι, καὶ τὴν πατρίδα αὐτῷ Φάρον συναμαρτοῦσαν ἐπικατέσκαψαν. Ἰλλυριῶν δ' ἐφείσαντο διὰ Πίννην, αὖθις δεηθέντα. Καὶ αἵδε δεύτεραι πεῖραί τε καὶ συνθῆκαι πρὸς Ἰλλυριοὺς αὐτοῖς ἐγίγνοντο.

IX. Τὰ λοιπὰ δ' οὔτι μοι πάντα χρόνῳ καὶ τάξει μᾶλλον, ἢ κατὰ ἔθνος Ἰλλυριῶν ἕκαστον, ὅσα εὗρον, συγγέγραπται. Ῥωμαῖοι Μακεδόσιν ἐπολέμουν, καὶ Περσεὺς ἦν ἤδη Μακεδόνων βασιλεὺς μετὰ Φίλιππον. Περσεῖ δὲ Γένθιος, Ἰλλυριῶν ἑτέρων βασιλεὺς, ἐπὶ χρήμασι συνεμάχει, καὶ ἐς τοὺς Ῥωμαίων Ἰλλυριοὺς ἐνέβαλε· καὶ πρέσβεις Ῥωμαίων πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας ἔδησεν, αἰτιώμενος, οὐ πρέσβεις, ἀλλὰ κατασκόπους, ἐλθεῖν. Ἀνίκιος δὲ, Ῥωμαίων στρατηγὸς, λέμβους τε τοῦ Γενθίου τινὰς εἷλεν ἐπιπλεύσας, καὶ κατὰ γῆν αὐτῷ συνενεχθεὶς, ἐκράτει τὴν μάχην, καὶ συνέκλεισεν ἔς τι χωρίον. Ὅθεν αὐτῷ δεομένῳ, ὁ μὲν Ἀνίκιος ἐκέλευσε, Ῥωμαίοις ἑαυτὸν ἐπιτρέψαι· ὁ δ' ἐς βουλὴν ᾔτησε τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἔλαβεν. Ἐν δὲ ταύταις τῶν ὑπηκόων αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἀνίκιον μετατιθεμένων, ἠξίωσεν ἐντυχεῖν τῷ Ἀνικίῳ, καὶ γονυπετὴς ἐδεῖτο αὐτοῦ πάνυ αἰσχρῶς. Ὁ δὲ αὐτὸν ἐπιθαῤῥύνων κατεπτηχότα, ἀνίστη. Καὶ καλέσας ἐπὶ ἑστίασιν, ἀπιόντα ἀπὸ τοῦ δείπνου προσέταξε τοῖς ὑπηρέταις ἐς φυλακὴν ἐμβαλεῖν. Καὶ τόνδε μὲν ἐς θρίαμβον ἅμα τοῖς παισὶν ὁ Ἀνίκιος ἐς Ῥώμην ἤγαγε. Καὶ ὁ Γενθίου πόλεμος ἅπας εἴκοσιν ἡμέραις πεπολέμητο. Ἑβδομήκοντα δ' αὐτοῦ πόλεις οὔσας, Αἰμίλιος Παῦλος ὁ τὸν Περσέα ἑλὼν, τῆς βουλῆς ἐπιστειλάσης ἐν ἀποῤῥήτῳ, ἐπανιὼν ἐς Ῥώμην, παρώδευεν ἐπίτηδες. Καὶ δεδιόσιν αὐτοῖς ὑπέσχετο συγγνώσεσθαι τῶν γεγονότων, ἐὰν ὅσον ἔχουσιν ἀργύριόν τε καὶ χρυσίον εἰσενέγκωσιν. Ὑποδεξαμένων δ' ἐκείνων, συνέπεμπεν αὐτοῖς τοῦ στρατοῦ μέρος ἐς πόλιν ἑκάστην, ὁρίσας ἡμέραν τοῖς στρατηγοῦσι τοῦ στρατοῦ πᾶσι τὴν αὐτήν· καὶ ἐντειλάμενος, ἅμα ἕῳ κηρύσσειν ἕκαστον ἐν ἑκάστῃ πόλει, τρισὶν ὥραις ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ χρήματα φέρειν· συνενεγκόντων δὲ, τὰ λοιπὰ διαρπάσαι. Οὕτω μὲν ὁ Παῦλος ἑβδομήκοντα πόλεις διήρπασεν ὥρᾳ μιᾷ.

primaque fœdera, fuere. Quibus compositis, Romani Corcyram et Apolloniam libertate donarunt; Demetrio autem in proditionis mercedem castella quædam concesserunt, diserte adjecta conditione, in tantum ea dari, quoad in fide esset permansurus. Jam tum enim suspecta eis fides viri erat. Neque diu ille distulit ingenio suo uti. Dum enim bello cum Gallis circa Padum fluvium incolentibus, quod per tres annos duravit, occupati distractique erant Romani, Demetrius, capta ea occasione, ad infestandum latrociniis mare se contulit, adjunctis sibi in eam rem Istris, alia Illyrica gente: Atintanisque auctor fuit desciscendi a Romanis. Romani autem, ut primum compositæ res cum Gallis fuere, piratas statim classe persecuti sustulerunt. Demetrio, ejusque defectionis sociis, sequenti anno arma intulere. Ac Demetrium quidem, quum ad Philippum Macedoniæ regem confugisset, et mox reversus denuo Adriaticum mare esset deprædatus, interfecerunt; patriamque ejus Pharum, criminum sociam, deleverunt. Illyriis autem, Pinnæ causa, iterum deprecantis, venia concessa est. Et secunda quidem Romanorum cum Illyriis contentio, ejusque compositio, hujusmodi fuit.

IX. Quæ sequuntur, non tam universa suis temporibus, quam singulas per nationes Illyriorum, prout quæque reperi, a me perscripta sunt. Qua tempestate populus Romanus bellum gerebat adversus Macedonas et regem Persen, qui Philippo successerat; Genthius, aliorum rex Illyriorum, pecunia invitatus, societatem armorum iniit cum Perseo, et in Illyricum Romanam provinciam impetum fecit; legatosque ea de re ad eum ab senatu missos conjecit in vincula, exploratores illos, non legatos esse, causatus. Contra quem Anicius a Romanis cum classe exercitu missus, mari lembos nonnullos Genthii cepit; moxque terra cum eo congressus, acie superatum, in arce quadam obsedit; indeque supplicem, Romanis sese dedere, jussit. Genthius, tridui spatio ad deliberandum postulato impetratoque, quum illis ipsis diebus gens universa ei subjecta Romanis sese tradidisset, oravit, ut ipsum Anicium adire sibi liceret: et ad genua ejus provolutus, abjecta utique ratione veniam ab eo precatus est. Anicius trepidantem erexit, et non solum verbis confirmavit, sed cœnæ etiam adhibuit. Redeuntem autem a cœna comprehendi a lictoribus, et in vincula conjici jussit; moxque una cum filiis triumphandum Romam abduxit. Et cum Genthio quidem intra viginti dies debellatum est. Septuaginta autem oppida, quæ illi paruerant, Æmilius Paulus, confecto Macedonico bello, secretis a senatu mandatis acceptis, quum rediret in Italiam, de industria transivit; metuentibusque veniam eorum quæ commiserant hac conditione pollicitus est, si, quidquid auri argentique haberent, contulissent tradidissentque. Quod quum illi non abnuerent; misit in unamquamque civitatem partem copiarum, eodem omnibus ducibus die constituto, quo ad auroram illorum quisque oppidanis per præconem pecuniam intra tres horas omnem in forum conferendam ediceret, tum vero, ablata pecunia, simul reliqua omnia diriperet. Sic a Paulo una hora septuaginta oppida spoliata sunt.

X. Ἀρδιαῖοι δὲ καὶ Παλάριοι, γένη ἕτερα Ἰλλυριῶν, τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους Ἰλλυρίδα ἐδῄουν· καὶ οἱ Ῥωμαῖοι δι' ἀσχολίαν πρέσβεις ἔπεμψαν, ἐπιπλήξοντας αὐτοῖς. Οὐ μεταθεμένων δὲ ἐκείνων, ἐστράτευον ἐπ' αὐτοὺς μυρίοις πεζοῖς καὶ ἱππεῦσιν ἑξακοσίοις. Οἱ δὲ, πυθόμενοι, καὶ ἔτι ὄντες ἀπαράσκευοι, πρέσβεις ἔπεμψαν, μεταγινώσκοντες καὶ δεόμενοι. Καὶ ἡ βουλὴ τὰς βλάβας αὐτοῖς ἐκέλευσεν ἀποδοῦναι τοῖς ἠδικημένοις. Οὐκ ἀποδιδόντων δὲ, ἐστράτευεν ἐπ' αὐτοὺς Φούλβιος Φλάκκος. Καὶ ὁ πόλεμος ἄρα μέχρι καταδρομῆς ἔληξε μόνης· οὐ γὰρ εὗρον αὐτοῦ τέλος ἀκριβές. Ἰάποσι δὲ, τοῖς ἐντὸς Ἄλπεων, ἐπολέμησε μὲν Σεμπρώνιος, ὁ Τουδιτανὸς ἐπίκλην, καὶ Πανδούσας Τιβέριος. Καὶ ἐοίκασιν οἱ Ἰάποδες αὐτοῖς ὑπακοῦσαι· ἐοίκασι δὲ καὶ Σεγεστανοὶ Λευκίῳ Κόττᾳ καὶ Μετέλλῳ· ἀμφότεροι δ' οὐ πολὺ ὕστερον ἀποστῆναι.

XI. Δαλμάται δὲ, Ἰλλυριῶν ἕτερον γένος, Ἰλλυριοὺς τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίοις κατέθεον, καὶ πρέσβεις ἀφικομένους περὶ τοῦδε Ῥωμαίων οὐ προσίεντο. Στρατεύουσιν οὖν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι, Μαρκίου Φίγλου σφῶν ὑπατεύοντός τε καὶ ἐς τὸν πόλεμον ἡγουμένου. Οἱ δὲ, ἄρτι τοῦ Φίγλου παραστρατοπεδεύοντος, τὰς φυλακὰς ἐνίκων ἐπιδραμόντες, καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ στρατοπέδου κατήραξαν ἐς πεδίον πρανὲς, μέχρι ἐπὶ Νάρωνα ποταμὸν ἧκεν ὑποφεύγων. Ὡς δὲ οἱ μὲν ἀνεχώρουν (ἀρχὴ δὲ χειμῶνος ἦν), ὁ Φίγλος, ἐλπίσας αὐτοῖς ἀδοκήτως ἐπιπεσεῖσθαι, συνεῤῥυηκότας εὗρεν ἐκ τῶν πόλεων, πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῦ. Καὶ συνήλασεν ὅμως ἐς πόλιν Δελμίνιαν· ὅθεν ἄρα καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῖς ἐς Δαλματέας, εἶτα Δαλμάτας, ἐτράπη. Οὐδὲν δὲ πρὸς ἐχυρὰν πόλιν ἐξ ἐφόδου δυνάμενος, οὐδὲ μηχανήμασιν ἔχων χρῆσθαι διὰ τὸ ὕψος, ᾕρει τὰς ἄλλας ἐπιθέων, ἐρημοτέρας ἀνδρῶν ὑπὸ τῆς ἐς τὸ Δελμίνιον συνόδου γενομένας. Εἶτα διπήχεας κορύνας, πίσσῃ καὶ θείῳ καὶ στυππίῳ περιβαλὼν, ἐς τὸ Δελμίνιον ἐκ καταπελτῶν ἐσφενδόνα. Αἱ δ' ὑπὸ τῆς ῥύμης ἐξεκαίοντο, καὶ φερόμεναι καθάπερ λαμπάδες ὅπου τύχοιεν ἐπίμπρασαν· ἕως πολλὰ μὲν κατεπρήσθη, καὶ τέλος ἄρα τοῦτο ἦν τότε Φίγλῳ τοῦ Δαλματῶν πολέμου. Χρόνῳ δ' ὕστερον Καικίλιος Μέτελλος ὑπατεύων οὐδὲν ἀδικοῦσι τοῖς Δαλμάταις ἐψηφίσατο πολεμεῖν, ἐπιθυμίᾳ θριάμβου. Καὶ δεχομένων αὐτὸν ἐκείνων ὡς φίλον, διεχείμασε παρ' αὐτοῖς ἐν Σαλώνῃ πόλει· καὶ ἐς Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ ἐθριάμβευσε.

XII. Τοῦ δὲ Καίσαρος ἡγουμένου Κελτῶν, οἱ Δαλμάται οἵδε, καὶ ὅσοι ἄλλοι Ἰλλυριῶν τότε μάλιστα διευτύχουν, Λιβυρνοὺς, ἕτερον ἔθνος Ἰλλυριῶν, Πρωμόναν πόλιν ἀφείλοντο. Οἱ δὲ, σφᾶς Ῥωμαίοις ἐπιτρέποντες, ἐπὶ τὸν Καίσαρα ἐγγὺς ὄντα κατέφευγον. Ὁ δὲ ἔπεμψε μὲν, καὶ προηγόρευσε τοῖς ἔχουσι τὴν Πρωμόναν, ἀποδοῦναι τοῖς Λιβυρνοῖς, οὐ φροντισάντων δὲ ἐκείνων, τέλος ἔπεμψε στρατοῦ πολλοῦ, οὓς ἅπαντας ἔκτειναν οἱ Ἰλλυριοί. Καὶ ὁ Καῖσαρ οὐκ ἐπεξῆλθεν· οὐ γὰρ ἦν οἱ σχολὴ τότε στασιάζοντι πρὸς Πομπήϊον. Ἐκραγείσης δὲ ἐς πόλεμον τῆς στάσεως, ὁ μὲν Καῖσαρ

X. Ardeos (*vel* Vardeos) et Palarios, alios Illyriæ populos, cum Illyricum Romanam provinciam invasissent, Romani, aliis distracti curis, per legatos ab injuriis absterrere conati sunt. Quibus quum illi non paruissent, exercitum contra eos decem millium peditum, sexcentorum equitum, conscripserunt. Quod postquam his est renunciatum, quum ad id bellum haud satis essent parati, mutato consilio Romam legatos miserunt, veniam oratum. Senatus damnorum æstimationem his, quos injuria affecissent, exsolvere illos jussit. Quod quum negligentius facerent, Fulvius Flaccus contra eos cum exercitu missus est. Sed id quidem bellum non ultra excursionem processit; neque enim ei certum finem impositum reperio. Adversus Iapydas, quibus intra Alpes sedes est, Sempronius Tuditanus, et Tiberius Pandusa gessere bellum. Verique simile est, ab his ad imperata facienda compulsam esse eam gentem; itemque Segestanos a L. Cotta et Metello : verum non multo post defecisse utrosque.

XI. Dalmatæ, alia item Illyriorum natio, quum in Illyrios populo Romano subjectos incursionem fecissent, legatosque ea de causa Roma venientes non recepissent, bello petiti sunt, M. Figuli consulis auspiciis. Hunc primo adventu, dum castra metatur, impetu in præsidium facto, eoque profligato, adoriuntur hostes; castrisque ejectum in proclives campos depellunt, et ad Naronem usque fluvium fuga se recipere cogunt. Hinc quum domum hostes essent reversi (jam enim hiems aderat), Figulus, sperans inopinantes a se opprimi posse, eosdem ad adventus sui famam jam rursus ex oppidis propere congregatos invenit. Fugatos tamen, in Delminium urbem (a cujus nomine totius regionis incolæ, levi facta mutatione, Dalmatenses, ac deinde Dalmatæ, vocati sunt), compulit. Quum autem ex itinere expugnare urbem valide munitam non posset, et machinas admovere altitudo loci, quo sita urbs erat, vetaret; in alia prius oppida, quæ ob concursum in Delminium infrequentiora erant, impetum fecit. Quibus expugnatis, ad Delminium reversus, bicubitales clavas, pice sulfureque oblitas stupaque obligatas, ex catapultis in urbem jaculatus est : quæ ipso impetu succensæ, et facum instar ardentium volitantes, quæcunque attigissent, inflammabant, ut magna pars urbis incendio deleretur. Isque finis fuit belli adversus Dalmatas a Figulo gesti. Interjecto tempore, Cæcilius Metellus consul, quum nihil deliquissent Dalmatæ, triumphi cupidine perfecit, ut bellum suis auspiciis adversus Dalmatas gerendum decerneretur. A quibus quum esset amice exceptus, Salonæ apud eos hiberna egit : Romamque reversus, triumphavit.

XII. Quo vero tempore Galliæ provinciæ cum imperio præfuit Cæsar, iidem illi Dalmatæ, aliique Illyrii, quorum tum maxime res florentiores erant, Liburnis, alii populo Illyrico, Promonam urbem abstulerunt. Liburni, populi Romani fidei sese permittentes, Cæsaris in propinquo agentis opem implorarunt. Et misit Cæsar qui tenentibus Promonam denunciarent, ut Liburnis redderent oppidum. Quod imperium quum illi contemnerent, validam armatorum manum submisit; qui omnes ab Illyriis sunt concisi. Neque ultus est id facinus Cæsar, quoniam Pompeianæ discordiæ implicito satis in eam rem non fuit otii. Postquam autem in bellum erupit discordia, Cæsar cum copiis, quas

μεθ' ὅσων εἶχεν ἐκ Βρεντεσίου χειμῶνος τὸν Ἰόνιον ἐπέρα, καὶ Πομπηΐῳ κατὰ Μακεδονίαν ἐπολέμει. Τοῦ δ' ἄλλου στρατοῦ, τὸν μὲν Ἀντώνιος ἐς τὴν Μακεδονίαν ἦγε τῷ Καίσαρι, περῶν καὶ ὅδε τὸν Ἰόνιον χειμῶνος ἄκρου· σπείρας δὲ πεζοῦ πεντεκαίδεκα, καὶ τρισχιλίους ἱππέας, Γαβίνιος ἦγεν αὐτῷ διὰ τῆς Ἰλλυρίδος, περιοδεύων τὸν Ἰόνιον. Οἱ δὲ Ἰλλυριοὶ, φόβῳ τῶν οὐ πρὸ πολλοῦ γεγονότων ἐς Καίσαρα, τὴν νίκην αὐτοῦ νομίζοντες ὄλεθρον γενέσθαι ἑαυτοῖς, κτείνουσι πάντα τὸν ὑπὸ τῷ Γαβινίῳ στρατὸν, ἐπιδραμόντες, χωρὶς αὐτοῦ Γαβινίου καὶ ὀλίγων διαφυγόντων. Καὶ ἐς χρήματα τότε μάλιστα καὶ τὴν ἄλλην ἰσχὺν ἐκ τοσῶνδε λαφύρων ἔστησαν.

XIII. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἠσχολεῖτο μὲν ὑπ' ἀνάγκης ἐς Πομπήϊον, καὶ, Πομπηΐου καθαιρεθέντος, ἐς τὰ ὑπόλοιπα τῆς ἐκείνου στάσεως, πολυμερῆ γενόμενα. Καταστησάμενος δὲ πάντα, ἐπανῆλθεν ἐς Ῥώμην, καὶ ἐστράτευσεν ἐπὶ Γέτας τε καὶ Παρθυαίους. Ἔδεισαν οὖν οἱ Ἰλλυριοὶ, μὴ ἐν ὁδῷ σφίσιν οὖσιν ἐπιθοῖτο. Καὶ πρέσβεις πέμψαντες ἐς Ῥώμην, ἤτουν τε συγγνώμην τῶν γεγονότων, καὶ ἐς φιλίαν ἑαυτοὺς καὶ συμμαχίαν ἐδίδοσαν, ὡς περὶ ἔθνους ἀλκίμου μάλιστα σεμνολογούμενοι. Ὁ δὲ ἐπειγόμενος ἄρα ἐς Παρθυαίους, σεμνότερον ὅμως αὐτοῖς ἀπεκρίνατο· φίλους μὲν οὐ θήσεσθαι τοὺς τοιαῦτα δεδρακότας συγγνώσεσθαι δὲ, εἰ φόρους ὑποσταῖεν, καὶ ὅμηρα δοῖεν. Ὑπισχνουμένων δὲ ἐς ἀμφότερα αὐτῶν, Οὐατίνιον ἔπεμψε σὺν στρατοῦ τέλεσι τρισὶ, καὶ ἱππεῦσι πολλοῖς, φόρους τε ὀλίγους τάξοντα αὐτοῖς, καὶ τὰ ὅμηρα ληψόμενον. Ἀναιρεθέντος δὲ τοῦ Καίσαρος, ἡγούμενοι τὴν Ῥωμαίων ἰσχὺν ἐν τῷ Καίσαρι γεγονέναι τε καὶ διεφθάρθαι, οὐδὲν ἔτι τοῦ Οὐατινίου κατήκουον, οὔτε ἐς τοὺς φόρους, οὔτε ἐς τὰ ἄλλα. Βιάζεσθαι δὲ ἐγχειροῦντος, αὐτοὶ πέντε τάξεις, ἐπιδραμόντες, ἔφθειραν, καὶ τὸν ἡγούμενον τῶν τάξεων Βαίβιον, ἄνδρα ἀπὸ βουλῆς. Καὶ Οὐατίνιος μὲν, σὺν τοῖς ὑπολοίποις, ἐς Ἐπίδαμνον ἀνεχώρει. Ἡ δὲ Ῥωμαίων βουλὴ τὸν στρατὸν τόνδε, καὶ Μακεδονίαν ἐπ' αὐτῷ, καὶ Ἰλλυριοὺς ὅσων ἦρχον, ἐνεγείρισε Βρούτῳ Καιπίωνι, τῷ κτείναντι Γάϊον, ὅτεπερ καὶ Συρίαν Κασσίῳ, καὶ τῷδε ἀνδροφόνῳ Γαΐου γενομένῳ. Ἀλλὰ καὶ οἵδε, πολεμούμενοι πρὸς Ἀντωνίου καὶ τοῦ δευτέρου Καίσαρος, τοῦ Σεβαστοῦ προσαγορευθέντος, ἐς οὐδὲν ἐσχόλασαν Ἰλλυριοῖς.

XIV. Οἱ δὲ Παίονες εἰσὶν ἔθνος μέγα παρὰ τὸν Ἴστρον, ἐπιμήκες ἐξ Ἰαπόδων ἐπὶ Δαρδάνους· Παίονες μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγόμενοι, καὶ Ῥωμαϊστὶ Παννόνιοι· συναριθμούμενοι δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων τῇ Ἰλλυρίδι, ὡς προεῖπον. Διὸ καὶ περὶ τῶνδέ μοι δοκεῖ νῦν κατὰ τὰ Ἰλλυρικὰ εἰπεῖν. Ἔνδοξοι δ' εἰσὶν ἐκ Μακεδόνων, δι' Ἀγριᾶνας· οἳ, τὰ μέγιστα Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ κατεργασάμενοι, Παίονές εἰσι τῶν κάτω Παιόνων, Ἰλλυριοῖς ἄποικοι. Ἐπεὶ δ' ἐπὶ τοὺς Παίονας ἐστράτευσε Κορνήλιος, κακῶς ἀπαλλάξας, μέγα δέος Παιόνων

secum habebat, hieme Brundusio solvens Adriaticum trajecit, Pompeioque in Macedonia versanti intulit bellum. Reliqui autem exercitus partem Antonius, et ipse summa hieme Adriaticum transmittens, ad Cæsarem in Macedoniam duxit. Cohortes vero peditum quindecim, cum tribus millibus equitum, Gabinius eidem Cæsari per Illyriam adducere instituit, ora Adriatici circuitu peragrata. Illyriique, timentes sibi propter ea quæ paulo ante commisissent in Cæsarem, reputantesque victoriam Cæsaris exitio sibi futuram, impetu facto, universum Gabinii exercitum (excepto ipso Gabinio, paucisque fuga elapsis) interfecerunt: magnamque tum maxime, ex tantis spoliis, cum pecuniæ vim, tum aliorum belli apparatuum copiam, obtinuerunt.

XIII. Cæsar per id tempus gerendis adversus Pompeium rebus, et, mortuo Pompeio, reliquiis earumdem partium profligandis, quæ multæ ac variæ supererant, erat distentus. Sed rebus omnibus compositis, quum, Romam reversus, bellum adversus Getas et Parthos pararet, metuentes Illyrii, ne se in itinere positos aggrederetur, Romam legatos miserunt, qui præteritorum veniam poscerent, seque in amicitiam Cæsaris societatemque darent; Illyriorum gentem, veluti fortitudine longe præstantissimam, verbis extollentes. Cæsar, quanquam ad bellum adversus Parthos festinaret, tamen pro dignitate populi Romani respondit: « Amicorum quidem loco minime se habiturum eos, qui talia patrassent; veniam tamen daturum, si se tributo subjicere, obsidesque dare vellent. » Quorum quum utrumque pollicerentur Illyrii, Vatinium cum tribus legionibus et magno numero equitum misit, qui levia quædam eis tributa imponeret, obsidesque reciperet. Sed interfecto Cæsare, quum robur populi Romani in ipso Cæsare exstitisse et cum eodem interiisse putarent Dalmatæ, Vatinii dictis jam neque quoad tributa, neque alia ulla in re, amplius audientes erant. Et postquam vi cum eis agere cœpit Vatinius, ipsi quinque cohortes, cum earum duce Bæbio, senatorii ordinis viro, conciderunt. Quo facto Vatinius cum reliquis Epidamnum se recepit. Et eum exercitum, simul cum Macedonia provincia et Illyrici ea parte quæ Romanæ ditionis erat, Bruto Cæpioni, ei, qui Cæsarem interfecerat, senatus Romanus tradidit; quo tempore et Syriam Cassio, ejusdem cædis socio, regendam concessit. Sed hi quoque, bello adversus Antonium et alterum Cæsarem, cui Augusto cognomen fuit, distenti, nihil quidquam adversus Illyrios gerendi spatium habuerunt.

XIV. Pæones vel Pannonii populus sunt ad Istrum magnus, cujus sedes a Iapydibus in longum ad Dardanos usque porriguntur. Pæonas Græci, Latini Pannonios, vocant. Attributi sunt autem a Romanis Illyrico, ut jam ante dixi: eaque de causa mihi, Res Illyricas exsequenti, non sunt prætermittendi. Magna autem gentis est claritudo a Macedonum inde temporibus, propter Agrianas, quorum opera longe præstantissima Philippus et Alexander usi sunt. Pæones etenim illi ex inferiori Pæonia sunt, Illyriorum colonia. Pannoniorum autem, post Cornelii expeditionem adversus eos infelici exitu susceptam, tantus terror invasit Italos

Ἰταλοῖς ἅπασιν ἐνεποίησε, καὶ ἐς πολὺ τοῖς ἔπειτα ὑπάτοις ὄκνον ἐπὶ Παίονας ἐλαύνειν. Τὰ μὲν δὴ πάλαι τοσαῦτα περὶ Ἰλλυριῶν καὶ Παιόνων ἔσχον εὑρεῖν. Ἐν δὲ τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ δευτέρου Καίσαρος, τοῦ κληθέντος καὶ Σεβαστοῦ, παλαιότερον μὲν οὐδὲν οὐδ' ἐν τοῖσδε περὶ Παιόνων εὗρον.

XV. Ἰλλυριῶν δέ μοι φαίνεται χωρὶς τῶν εἰρημένων ἐθνῶν καὶ ἕτερα Ῥωμαίων προϋπακοῦσαι. Καὶ ὅπως μὲν, οὐκ ἔγνων. Οὐ γὰρ ἀλλοτρίας πράξεις ὁ Σεβαστὸς, ἀλλὰ τὰς ἑαυτοῦ συνέγραφεν. Ὡς δ' ἀποστάντας ἐς τοὺς φόρους ἐπανήγαγεν, καὶ ἑτέρους ὡς ἀρχῆθεν ἔτι ὄντας αὐτονόμους εἷλε, καὶ πάντας ἐκρατύνατο ὅσοι τὰς κορυφὰς οἰκοῦσι τῶν Ἄλπεων, βάρβαρα καὶ μάχιμα ἔθνη, καὶ κλοπεύοντα τὴν Ἰταλίαν ὡς γείτονα. Καί μοι θαυμά ἐστιν, ὅτι καὶ πολλοὶ καὶ μεγάλοι Ῥωμαίων στρατοὶ ἐπὶ Κελτοὺς καὶ Ἴβηρας διὰ τῶν Ἄλπεων ὁδεύοντες, ὑπερεῖδον τάδε τὰ ἔθνη· καὶ οὐδὲ Γάϊος Καῖσαρ, εὐτυχέστατος ἐς πολέμους ἀνὴρ, ἐξήνυσεν αὐτὰ, ὅτε Κελτοῖς ἐπολέμει καὶ δέκα ἔτεσιν ἀμφὶ τήνδε τὴν χώραν ἐχείμαζεν. Ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ μὲν, ἐφ' ἃ ᾑρέθησαν ἐπειγόμενοι, τῆς διόδου τῶν Ἄλπεων μόνης φροντίσαι· ὁ δὲ Γάϊος ἀμφί τε τὰ Κελτικὰ γενέσθαι, καὶ, τῆς στάσεως τοῦ Πομπηΐου τὰ Κελτικὰ ἐπιλαβούσης, τὸ τούτων τέλος ὑπερθέσθαι. Φαίνεται μὲν γὰρ καὶ Ἰλλυρίδος ἅμα Κελτοῖς αἱρεθεὶς ἄρχειν. Οὐ πάσης δ' ἄρα ἦρχεν, ἀλλ' ὅση τις ἦν τότε Ῥωμαίοις Ἰλλυρίς.

XVI. Ὁ δὲ Σεβαστὸς πάντα ἐχειρώσατο ἐντελῶς, καὶ ἐν παραβολῇ τῆς ἀπραξίας Ἀντωνίου, κατελογίσατο τῇ βουλῇ, τὴν Ἰταλίαν ἡμερῶσαι δυσμάχων ἐθνῶν, θαμινὰ ἐνοχλούντων. Ὀξυαίους μὲν δὴ, καὶ Περθεηνάτας, καὶ Βαθιάτας, καὶ Ταυλαντίους, καὶ Καμβαίους, καὶ Κινάμβρους, καὶ Μερομέννους, καὶ Πυρισσαίους εἷλε δι' ὅλης πείρας. Ἔργῳ δὲ μείζονι ἐλήφθησαν, καὶ φόρους ὅσους ἐξέλιπον ἠναγκάσθησαν ἀποδοῦναι, Δοκλεᾶται τε καὶ Κάρνοι καὶ Ἰντερφρουρῖνοι καὶ Ναρήσιοι καὶ Γλιντιδίωνες καὶ Ταυρίσκοι. Ὧν ἁλόντων, οἱ ὅμοροι προσέθεντο αὐτῷ καταπλαγέντες, Ἱππασῖνοί τε καὶ Βεσσοί. Ἑτέρους δὲ αὐτῶν ἀποστάντας, Μελιτηνοὺς καὶ Κορκυρηνοὺς, οἳ νήσους ᾤκουν, ἀνέστησεν ἄρδην, ὅτι ἐλῄστευον τὴν θάλασσαν· καὶ τοὺς μὲν ἡβῶντας αὐτῶν ἔκτεινε, τοὺς δ' ἄλλους ἀπέδοτο. Λιβυρνῶν δὲ τὰς ναῦς ἀφείλετο, ὅτι καὶ οἵδε ἐλῄστευον. Ἰαπόδων δὲ τῶν ἐντὸς Ἄλπεων Μοεντῖνοι μὲν καὶ Αὐενδεᾶται προσέθεντο αὐτῷ προσιόντι. Αὐρουπῖνοι δ', οἳ πλεῖστοι καὶ μαχιμώτατοι τῶνδε τῶν Ἰαπόδων εἰσὶν, ἐκ τῶν κωμῶν ἐς τὸ ἄστυ ἀνῳκίσαντο· καὶ προσιόντος αὐτοῦ, ἐς τὰς ὕλας συνέφυγον. Ὁ δὲ Καῖσαρ, τὸ ἄστυ ἑλὼν, οὐκ ἐνέπρησεν, ἐλπίσας, ἐνδώσειν αὐτούς· καὶ ἐνδοῦσιν οἰκεῖν ἔδωκε.

XVII. Μάλιστα δ' ἠνώχλησαν αὐτὸν Σαλασσοί τε, καὶ Ἰάποδες οἱ πέραν Ἄλπεων, καὶ Σεγεστανοὶ, καὶ Δαλμάται, καὶ Δαισιτιᾶται, καὶ Παίονες, ὄντες ἑκὰς,

omnes, ut per longum tempus insequentes consules non ausi sint contra Pæonas ducere exercitum. De vetustioribus Illyricorum et Pannoniorum Pæonumve rebus, præter hæc nihil potui comperire : ac de Pæonibus quidem vel Pannoniis vetustius nihil ne in Cæsaris Augusti quidem Commentariis, quo loco de Pannoniis agit, quidquam inveni.

XV. Cæterum alios item Illyriorum populos, præter hos, quorum mentionem feci, jam ante paruisse Romanis, satis quidem video. Sed qua potissimum ratione id factum sit, non habeo compertum. Neque enim aliorum res gestas, sed suas tantummodo, exposuit Augustus; quo pacto scilicet desciscentes populos ad obsequium rursus et ad tributa compulerit, alios libertate ad ipsius ætatem usos vi subegerit, denique omnes qui summas Alpes incolunt populos, barbaros illos bellicososque, qui vicinam Italiam sæpius erant depopulati, perdomuerit. Ac mirum quidem videri potest, a Romanis, quorum multi magnique exercitus, contra Gallos atque Hispanos ducti, Alpes superaverunt, populos istos semper fuisse neglectos; et ne a Caio quidem Cæsare, fortunatissimo imperatore, toto decennio, quo, bellum cum Gallis gerens, circa ea loca hibernavit, fuisse debellatos. Sed nimirum videntur illi, ad suscepta negotia properantes, de exercitibus suis per Alpes trajiciendis solum cogitasse; Cæsar autem, primum Gallicis rebus, dein motui Pompeiano, qui eas res statim consecutus est, intentus, distulisse Illyricis rebus finem imponere. Illud enim quidem satis apparet, cum Gallia provincia simul Illyrici imperium, quoad scilicet Illyricum tunc in potestate Romanorum fuerat, Cæsarem a populo Romano accepisse.

XVI. Sed Augustus, universa regione in potestatem redacta, quum res a se gestas cum Antonii segnitie compararet, imputavit senatui, quod Italiam a bellicosarum gentium barbarie purgasset, quarum incursionibus crebro fuisset infestata. Oxyæos igitur, et Pertheneatas, Bathiatas, Taulantios, Cambæos, Cinambros, Meromennos, Pyrissæos, uno incursu superavit. Sed majus illi negotium fuit in recipiendis, et ad pendenda tributa, quæ intermiserant, rursus adigendis Docleatis, Carnis, Interfrurinis, Naresiis, Glintidionibus, Tauriscisque. Quibus devictis, finitimi populi metu territi, Hippasini et Bessi, sese illi tradiderunt. Alios vero deficientes, Melitenses et Corcyræos, insulas incolentes, propterea quod mare latrociniis infestaverant, delevit funditus, interfectis puberibus, cæteris sub corona venumdatis. Liburnos, mare itidem infestantes, navibus mulctavit. Ex Iapydum populis, qui intra Alpes habitant, Moentini et Avendeatæ advenienti ei se ultro tradiderunt. Arupini, qui et multitudine et virtute bellica cæteris præstant Iapydibus, ex vicis in urbem se receperant; sed appropinquante Octavio Cæsare, in silvas sese abdiderunt. Captæ urbi Cæsar ignem subjici non est passus, quod se barbaros dedituros speraret. Quibus etiam, sese mox dedentibus, habitandam porro urbem permisit.

XVII. Plurimum autem laboris illi exhibuerunt cum Salassi, tum Iapydes transalpini, Segestani, Dalmatæ, Dæsitiatæ, Pannoniique, a Salassis remotiores. Salassi summas

dividebant, vel pretio vendebant, vel elocabant. Quod vero incultum eo tempore ex bello erat, cujus nimirum generis imprimis magna semper pars fuit, illud, quia jam nondum volebant sub sortem mittere, edicebant interim ut colerent quibuscunque libuisset, excepta sibi vectigalis nomine frugum parte decima, ex arbustorum vero proventu parte quinta. Præterea his quoque, qui greges alerent, vectigal indictum erat, tam minoris quam majoris pecoris. Ita frequentiæ generis Italici, quod laboris patientissimum est habitum, volebant prospicere; ut auxiliorum domesticorum copia semper ipsis præsto esset. Sed res in contrarium, quam putarant, eis cecidit. Nam divites, agri illius non dispertiti majori parte occupata, lapsu temporis confisi neminem sibi eam erepturum, vicinis prædiis, et aliis minoribus pauperum portionibus, partim pretio coemtis, partim vi occupatis, non jam rura, sed ampla latifundia, colebant. Ad colendos autem agros pascendaque pecora coemtis utebantur servitiis, ne, ingenui si essent, militiæ causa avocarentur ab opere. Atque hæc ipsa quoque possessio multum eis lucri afferebat, crescente, ob numerosam prolem et immunitatem a militia, servorum multitudine. Quo factum est, ut potentiores supra modum ditescerent, et agri complerentur servitiis. Itali contra paucitate sui generis laborabant; simulque gravabantur paupertate, exactionibus, crebraque militia. Quod si quando dabatur harum difficultatum intermissio, otio corrumpebantur; quod nec propriam terram haberent, quippe quæ a divitibus possidebatur, et in aliena nullus locus esset ipsorum operæ in tanta servorum copia.

VIII. Quamobrem anxius erat populus, quum et vererentur, ne Italicorum auxiliorum copia deficeret, et ne imperium ipsum haud satis in tuto esset, propter servorum nimiam frequentiam. Sed huic incommodo quum nullum invenirent remedium, quoniam neque facile factu, nec æquum omnino, videbatur, tot viros dejici de tam diuturna possessione tot prædiorum, quæ ipsi consevissent et ædificiis omnibusque commoditatibus instruxissent; ægre aliquando, tribunis plebis rogantibus, lex perlata est, ne quis plus quingentis jugeribus ex illis agris possideret; neve pasceret plus centum capitibus majoris, plusve quingentis minoris pecoris. Decretum præterea est, ut ad curanda opera rustica certum numerum liberorum hominum aleret quisque, qui ea, quæ agerentur, inspicerent, dominoque renunciarent. Ea lex jurejurando sacrata est, mulctaque decreta in eos qui contra fecissent. Jamque arbitrabantur, mox quidquid agrorum ultra præscriptum modum superesset, per minores portiones divenditum iri pauperibus. Sed neque jusjurandum, nec lex, valuit : et si qui videbantur his permoti, hi in speciem modo agros propinquis suis cedebant; alii propalam legem contemnebant.

IX. Ad extremum Tib. Sempronius Gracchus, vir nobilis, et gloriæ mirifice cupidus, eloquentia imprimis pollens, hisque de causis jam notus omnibus, postquam tribunatum est adeptus, graviter disseruit de Italici nominis hominibus : quod bellicosissima gens, et consanguinea populi Romani, paulatim ad paucitatem egestatemque redigeretur, et nulla spe reliqua ad interitum tenderet. Hinc invectus in servorum multitudinem, ut inutilem militiæ, nec unquam fidam dominis, recens tunc exemplum memoravit Siciliæ,

θος ὑπὸ θεραπόντων γενόμενον, ηὐξημένων κἀκείνων ἀπὸ γεωργίας· καὶ τὸν ἐπ' αὐτοὺς Ῥωμαίων πόλεμον, οὐ ῥᾴδιον, οὐδὲ βραχὺν, ἀλλ' ἔς τε μῆκος χρόνου, καὶ τροπὰς κινδύνων ποικίλας ἐκτραπέντα. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ἀνεκαίνιζε τὸν νόμον· Μηδένα τῶν πεντακοσίων πλέθρων πλέον ἔχειν. Παισὶ δ' αὐτῶν, ὑπὲρ τὸν παλαιὸν νόμον προσετίθει τὰ ἡμίσεα τούτων· καὶ τὴν λοιπὴν, τρεῖς αἱρετοὺς ἄνδρας, ἐναλλασσομένους κατ' ἔτος, διανέμειν τοῖς πένησι.

X. Τοῦτο δ' ἦν ὃ μάλιστα ἠνώχλει τοὺς πλουσίους, οὐ δυναμένους ἔτι, ὡς πρότερον, τοῦ νόμου καταφρονεῖν, διὰ τοὺς διαιροῦντας, οὐδὲ ὠνεῖσθαι παρὰ τῶν κληρουμένων. Ὁ γάρ τοι Γράκχος, καὶ τόδε προειδόμενος, ἀπηγόρευε μὴ πωλεῖν. Συνιστάμενοι δὴ κατὰ μέρος, ὠλοφύροντο, καὶ προὔφερον τοῖς πένησιν ἀρχαῖά τε ἔργα ἑαυτῶν, καὶ φυτὰ, καὶ οἰκοδομίας· καὶ τιμὴν ἔνιοι δεδομένην γείτοσιν, εἰ καὶ τήνδε μετὰ τῆς γῆς ἀπολέσουσι· τάφους τε ἔνιοι πατέρων ἐν τῇ γῇ, καὶ διαιρέσεις ἐπὶ τοῖς κλήροις ὡς πατρῴοις· οἱ δὲ, καὶ προῖκας γυναικῶν ἐς ταῦτα ἀνηλωμένας, ἢ τὴν γῆν παισὶν ἐμπροίκιον δεδομένην. Δανεισταί τε χρέα καὶ ταύτης ἐπεδείκνυον. Καὶ ἄκοσμος ἦν ὅλως οἰμωγὴ καὶ ἀγανάκτησις. Οἱ δ' αὖ πένητες ἀντωδύροντο, ἐξ εὐπορίας εἰς πενίαν ἐσχάτην, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἐς ἀγονίαν, οὐ δυνάμενοι παιδοτροφεῖν, περιφέρεσθαι. Στρατείας τε ὅσας στρατεύσαιντο τὴν γῆν τήνδε περιποιούμενοι, κατέλεγον· καὶ ἠγανάκτουν, εἰ τῶν κοινῶν ἀποστερήσονται. Ὠνείδιζόν τε ἅμα αὐτοῖς, αἱρουμένοις, ἀντὶ ἐλευθέρων καὶ πολιτῶν καὶ στρατιωτῶν, θεράποντας, ἄπιστον ἔθνος καὶ δυσμενὲς ἀεὶ, καὶ διὰ τοῦτο ἀστράτευτον. Τοιαῦθ' ἑκατέρων ὀδυρομένων τε καὶ ἀλλήλοις ἐπικαλούντων, πλῆθος ἄλλο ὅσον ἐν ταῖς ἀποίκοις πόλεσιν, ἢ ταῖς ἰσοπολίτισιν, ἢ ἄλλως ἐκοινώνει τῆσδε τῆς γῆς, δεδιότες ὁμοίως, ἐπήεσαν, καὶ ἐς ἑκατέρους αὐτῶν διεμερίζοντο. Πλήθει τε θαῤῥοῦντες, ἐξετραχύνοντο, καὶ στάσεις ἐξάπτοντες ἀμέτρους, τὴν δοκιμασίαν τοῦ νόμου περιέμενον· οἱ μὲν, ὡς οὐδενὶ τρόπῳ συγχωρήσοντες αὐτὸν γενέσθαι κύριον, οἱ δ', ὡς κυρώσοντες ἐξάπαντος. Φιλονεικία δὲ ἑκατέροις προσέπιπτεν ἐπὶ τῇ χρείᾳ, καὶ ἐς τὴν κυρίαν ἡμέραν παρασκευὴ κατ' ἀλλήλων.

XI. Γράκχῳ δ' ὁ μὲν νοῦς τοῦ βουλεύματος ἦν οὐκ ἐς εὐπορίαν, ἀλλ' ἐς εὐανδρίαν. Τοῦ δὲ ἔργου τῇ ὠφελείᾳ μάλιστα αἰωρούμενος, ὡς οὔ τι μεῖζον οὐδὲ λαμπρότερον δυναμένης ποτὲ παθεῖν τῆς Ἰταλίας, τοῦ περὶ αὐτὸ δυσχεροῦς οὐδ' ἐνεθυμεῖτο. Ἐνστάσης δὲ τῆς χειροτονίας, πολλὰ μὲν ἄλλα προεῖπεν ἐπαγωγὰ καὶ μακρά. Διηρώτα δ' ἐπ' ἐκείνοις· Εἰ δίκαιον, τὰ κοινὰ κοινῇ διανέμεσθαι, καὶ εἰ γνησιώτερος ἀεὶ θεράποντος ὁ πολίτης, καὶ χρησιμώτερος ὁ στρατιώτης ἀπολέμου, καὶ τοῖς δημοσίοις εὐνούστερος ὁ κοινωνός; Οὐχ ἐς πολὺ δὲ τὴν σύγκρισιν, ὡς ἄδοξον, ἐπενεγκὼν, αὖθις ἐπῄει τὰς τῆς πατρίδος ἐλπίδας καὶ φόβους, διεξιών· ὅτι, πλείστης γῆς ἐκ πολέμου βίᾳ κατέχοντες, καὶ τὴν λοι-

per mancipiorum motum contra proprios heros insurgentium afflictæ, in qua similiter per occasionem agriculturæ plus satis auctus fuerat servorum numerus : bellumque commemoravit a Romanis adversus eosdem gestum, neque facile, neque breve; sed in longum tempus protractum, et multiplicibus periculis cladibusque funestum. Quibus dictis, Legem agrariam instauravit Gracchus : Ne quis plus quingentis jugeribus, sicuti olim cautum fuerat, possideret. Adjecit tamen veteri legi : licere filiis familias, habere modi hujus dimidium. Quidquid autem agri superfuerit, id oportere pauperibus dividi per Triumviros, qui in annos singulos mutarentur.

X. Id vero divites ægerrime passi sunt; quod legem jam contemnere non possent, metu Triumvirum, nec liceret amplius alienas portiones coemere : nam et hoc caverat Gracchus, interdicens, ne quis venderet suam portionem. Itaque passim fiebant cœtus conquerentium, et opprobrantium pauperibus veterem suam tam arvorum quam vinetorum culturam, ædificiaque villatica. Nonnulli, et pretium, clamabant, vicinis a se esse numeratum. Hoccine etiam simul cum agris sese amissuros? Alii, sepulcra majorum in eisdem prædiis esse; eaque prædia in hæreditatis paternæ divisione sibi obvenisse. Alii, dotes uxorum in hæc insumtas; aut liberis in dotem assignata ea prædia esse. Denique et creditores proferebant æra aliena, hujusmodi agrorum nomine contracta. Omninoque omnia querelis miscebantur et indignationibus. E diverso pauperum audiebantur querelæ : ex copia se ad extremam inopiam, atque inde ad orbitatem, quandoquidem alere liberos non detur, esse redactos. Enumerabantque militias, quas crebras diuturnasque acquirendorum istorum agrorum causa militassent : et indignabantur, se eorum bonorum fructu debere carere, quæ ad omnes in commune pertinerent. Objiciebant insuper divitibus, quod illi in suis agris fastidirent operam liberorum hominum, et civium, et pro patria militantium; mallentque mancipiis uti, genere hominum semper infido et infenso, ac proinde ad militiam inutili. Hæc utrinque illis conquerentibus, sibique mutuo exprobrantibus, supervenit alia multitudo ex coloniis, et municipiis, aliisque qui quocunque modo in parte possessionis agrorum istorum erant; quorum quisque, prout ejus conditio erat, sic simili cum his in metu versabatur, duarumque factionum alteri se adjungebat. Et utraque pars, freta numero, et in adversam exasperata, immodicas ciebat turbas : diemque, quo suffragia de lege ferrent tribus, cupide omnes exspectabant; hi, nullo pacto passuri, ut rata lex haberetur, illi, omnibus modis id connisuri. Denique, præter utilitatis rationem, æmulatione etiam et ambitiosa contentione pro sua quisque factione incitabantur; et nullas non machinationes alteri adversus alteros in comitiorum diem præparabant.

XI. Cæterum Gracchus non tam hoc spectabat, ut divitiis virorum, quam ut frequentiæ, provideretur. Et ipsa consilii utilitate maxime elatus, quod nullum unquam neque majus commodum, neque amplius, accidere civitati posse existimaret, de difficultate rei ne cogitaverat quidem. Ubi vero ventum est ad comitia, quum diu multa suadendæ legis causa esset præfatus, rogabat tandem : æquumne censerent, quæ populi sint, ea populo dividi? et utrum civis servo sit potior? utrum miles utilior sit patriæ, quam homo militiæ inhabilis? utrum reipublicæ amantior alienus, an particeps? Neque vero diu collationi huic immoratus, ut ignominiosæ, convertit orationem ad expendendum spes civitatis metusque : « Bello quæsisse Romanos terrarum

πὴν τῆς οἰκουμένης χώραν ἐν ἐλπίδι ἔχοντες, κινδυνεύουσιν ἐν τῷδε περὶ ἁπάντων, ἢ κτήσασθαι καὶ τὰ λοιπὰ δι' εὐανδρίαν, ἢ καὶ τάδε δι' ἀσθένειαν καὶ φθόνον ὑπ' ἐχθρῶν ἀφαιρεθῆναι. Ὧν τοῦ μὲν τὴν δόξαν καὶ εὐπορίαν, τοῦ δὲ τὸν κίνδυνον καὶ φόβον ὑπερεπαίρων, ἐκέλευε τοὺς πλουσίους, ἐνθυμουμένους ταῦτα, ἐπιδόσιμον, εἰ δέοι, παρὰ σφῶν αὐτῶν τήνδε τὴν γῆν εἰς τὰς μελλούσας ἐλπίδας τοῖς παιδοτροφοῦσι χαρίσασθαι· καὶ μή, ἐν ᾧ περὶ μικρῶν διαφέρονται, τῶν πλεόνων ὑπεριδεῖν· μισθὸν ἅμα τῆς πεπονημένης ἐξεργασίας αὐτάρκη φερομένους, τὴν ἐξαίρετον ἄνευ τιμῆς κτῆσιν ἐς ἀεὶ βέβαιον ἑκάστῳ πεντακοσίων πλέθρων, καὶ παισίν, οἷς εἰσὶ παῖδες, ἑκάστῳ καὶ τούτων τὰ ἡμίσεα. Τοιαῦτα πολλὰ ὁ Γράκχος εἰπών, τούς τε πένητας, καὶ ὅσοι ἄλλοι λογισμῷ μᾶλλον ἢ πόθῳ κτήσεως ἐχρῶντο, ἐρεθίσας, ἐκέλευε τῷ γραμματεῖ τὸν νόμον ἀναγνῶναι.

XII. Μάρκος δ' Ὀκταούϊος, δήμαρχος ἕτερος, ὑπὸ τῶν κτηματικῶν διακωλύειν παρεσκευασμένος (καὶ ἦν ἀεὶ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ κωλύων δυνατώτερος) ἐκέλευε τὸν γραμματέα σιγᾶν. Καὶ τότε μὲν αὐτῷ πολλὰ μεμψάμενος ὁ Γράκχος, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἀγορὰν ἀνέθετο. Φυλακήν τε παραστησάμενος ἱκανήν, ὡς καὶ ἄκοντα βιασόμενος Ὀκταούϊον, ἐκέλευε σὺν ἀπειλῇ τῷ γραμματεῖ τὸν νόμον ἐς τὸ πλῆθος ἀναγινώσκειν. Καὶ ἀνεγίνωσκε· καὶ Ὀκταουΐου κωλύοντος ἐσιώπα. Λοιδοριῶν δὲ τοῖς δημάρχοις ἐς ἀλλήλους γενομένων, καὶ τοῦ δήμου θορυβοῦντος ἱκανῶς, οἱ δυνατοὶ τοὺς δημάρχους ἠξίουν ἐπιτρέψαι τῇ βουλῇ περὶ ὧν διαφέρονται. Καὶ ὁ Γράκχος, ἁρπάσας τὸ λεχθέν, ὡς δὴ πᾶσι τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἀρέσοντος τοῦ νόμου, διέτρεχεν ἐς τὸ βουλευτήριον. Ἐκεῖ δ', ὡς ἐν ὀλίγοις, ὑβριζόμενος ὑπὸ τῶν πλουσίων, αὖθις ἐκδραμὼν ἐς τὴν ἀγοράν, ἔφη, διαψήφισιν προθήσειν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἀγορὰν περί τε τοῦ νόμου καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς Ὀκταουΐου, εἰ χρὴ δήμαρχον ἀντιπράττοντα τῷ δήμῳ τὴν ἀρχὴν ἐπέχειν. Καὶ ἔπραξεν οὕτως. Ἐπεί τε γὰρ Ὀκταούϊος, οὐδὲν καταπλαγείς, αὖθις ἐνίστατο, ὅδε προτέραν τὴν περὶ αὐτοῦ ψῆφον ἀνεδίδου. Καὶ τῆς πρώτης φυλῆς καταψηφισαμένης τὴν ἀρχὴν τὸν Ὀκταούϊον ἀποθέσθαι, ἐπιστραφεὶς πρὸς αὐτὸν ὁ Γράκχος, ἐδεῖτο μεταθέσθαι. Οὐ πειθομένου δέ, τὰς ἄλλας ψήφους ἐπῆγε. Οὐσῶν δὲ τότε φυλῶν πέντε καὶ τριάκοντα, καὶ συνδραμουσῶν ἐς τὸ αὐτὸ σὺν ὀργῇ τῶν προτέρων ἑπτακαίδεκα· ἡ μὲν ὀκτωκαιδεκάτη τὸ κῦρος ἔμελλεν ἐπιθήσειν. Ὁ δὲ Γράκχος αὖθις, ἐν ὄψει τοῦ δήμου, τότε μάλιστα κινδυνεύοντι τῷ Ὀκταουΐῳ λιπαρῶς ἐνέκειτο, μὴ ἔργον ὁσιώτατον καὶ χρησιμώτατον Ἰταλίᾳ πάσῃ συγχέαι, μηδὲ σπουδὴν τοῦ δήμου τοσήνδε ἀνατρέψαι, ᾧ τι καὶ παρενδοῦναι προθυμουμένῳ δήμαρχον ὄντα ἥρμοζε· καὶ μὴ αὑτοῦ τὴν ἀρχὴν ἀφαιρουμένην περιιδεῖν ἐπὶ καταγνώσει. Καὶ τάδε λέγων, καὶ θεοὺς μαρτυρόμενος, ἄκων ἄνδρα σύναρχον ἀτιμοῦν, ὡς οὐκ ἔπειθεν,

plurimum : et sperare, se occupaturos reliquas quoque terras, qua late habitetur orbis. Nunc vero rem in summo verti discrimine, paraturine sint reliqua, per virorum fortium frequentiam; an amissuri etiam sua, per infirmitatem virium et inimicorum invidiam. » Deinde, hinc gloriam et amplas fortunas, inde periculum et metum exaggerando, hortabatur divites : « ipsi hæcce considerarent, et, in spem tantorum commodorum, gratuito potius, si opus esset, et sua sponte, hominibus qui liberos alerent in usum reipublicæ, possessione cederent istorum agrorum : neque de rebus exiguis contendendo, majora negligerent; præsertim, quum laboris in culturam impensi pretium haud spernendum ac cepturi sint, exemtam quingentorum jugerum sine pretio possessionem, firmam cuique in perpetuum futuram, et, qui filios haberent in potestate, insuper aliorum in singulos filios ducentorum et quinquaginta jugerum. » In hanc sententiam prolixe locutus Gracchus, incensis animis pauperum, et quotquot alii ratione magis, quam cupiditate, ducebantur, jussit scribam legem recitare.

XII. Ibi vero M. Octavius, Gracchi in tribunatu collega, ad intercedendum a locupletibus subornatus, pro potestate, qua semper apud Romanos, qui Vetat, pollet, indixit scribæ silentium. Gracchus, multum de eo conquestus, comitia in sequentem diem distulit. Jamque apposito idoneo præsidio, ut invitum etiam in suam sententiam traduceret Octavium, minis adegit scribam, ut legem pro concione recitaret. Et recitavit : intercedente autem iterum Octavio, conticuit. Tum exorto inter collegas jurgio, multumque tumultuante populo, proceres egerunt precibus cum tribunis, ut senatus arbitrio eam controversiam permitterent. Qua occasione arrepta, Gracchus, sperans nulli in remp. bene animato non placituram legem, accurrit in curiam. Sed ibi quum stipatione plebis esset destitutus, petitus conviciis a divitibus, recurrit in forum; polliceturque, crastinis comitiis se collecturum suffragia cum de agraria lege, tum de magistratu Octavii, an tribunus, qui obstaret populi commodis, in magistratu possit permanere. Atque ita fecit. Ubi enim Octavius, nihil territus, rursus intercessit, ille de hoc ipso prius dedit populo calculos. Quumque prima tribus contra Octavium suffragia tulisset, conversus ad eum Gracchus orabat, ut ab incepto desisteret. Quo persistente in proposito, cæterarum colligebat suffragia. Erant tunc tribus xxxv. Quarum quum jam septemdecim priores irritatis animis in eamdem sententiam tulissent suffragia, si his accessisset decima octava, ratam legem effecisset. Rursum igitur Gracchus coram populo collegam, periculo tunc maxime proximum, obsecrat obtestaturque, ne rem ad pietatem erga cives imprimis pertinentem, et Italis universis utilissimam, interturbare pergat; neve tanto plebis studio, cui favere potius pro tribuni officio deberet, obsistat; denique ne sibi abrogari populi suffragiis magistratum parvi pendat. His dictis, deos testatus est, invitum se contra collegæ honorem agere; et, quum nil eum flecte-

ἐπῆγε τὴν ψῆφον. Καὶ ὁ μὲν Ὀκταούϊος, αὐτίκα ἰδιώτης γενόμενος, διαλαθὼν ἀπεδίδρασκε.

XIII. Κόϊντος δὲ Μούμμιος ἀντ' αὐτοῦ δήμαρχος ᾑρεῖτο, καὶ ὁ νόμος ὁ περὶ τῆς γῆς ἐκυροῦτο. Διανέμειν τε αὐτὴν ἐκεχειροτόνηντο πρῶτοι, Γράκχος αὐτὸς, ὁ νομοθέτης, καὶ ἀδελφὸς ὁμώνυμος ἐκείνου, καὶ ὃς ἐκήδευε τῷ νομοθέτῃ Κλαύδιος Ἄππιος· πάνυ τοῦ δήμου καὶ ὣς δεδιότος, μὴ τὸ ἔργον ἐκλειφθείη τοῦ νόμου, εἰ μὴ Γράκχος αὐτοῦ σὺν ὅλῃ τῇ οἰκίᾳ κατάρχοιτο. Γράκχος δὲ, μεγαλαυχούμενος ἐπὶ τῷ νόμῳ, ὑπὸ τοῦ πλήθους, οἷα δὴ κτίστης οὐ μιᾶς πόλεως, οὐδ' ἑνὸς γένους, ἀλλὰ πάντων ὅσα ἐν Ἰταλίᾳ ἔθνη, ἐς τὴν οἰκίαν παρεπέμπετο. Καὶ μετὰ ταῦθ', οἱ μὲν κεκρατηκότες, ἐς τοὺς ἀγροὺς ἀπεχώρουν, ὅθεν ἐπὶ ταῦτα ἐληλύθεσαν· οἱ δ' ἡσσημένοι, δυσφοροῦντες, ἔτι παρέμενον, καὶ ἐλογοποίουν· οὐ χαιρήσειν Γράκχον αὐτίκα ὅτε γένοιτο ἰδιώτης, ἀρχήν τε ὑβρίσαντα ἱερὰν καὶ ἄσυλον, καὶ στάσεως τοσήνδε ἀφορμὴν ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐμβαλόντα.

XIV. Θέρος δ' ἦν ἤδη, καὶ προγραφαὶ δημάρχων ἐς τὸ μέλλον· καὶ οἱ πλούσιοι, τῆς χειροτονίας πλησιαζούσης, ἔνδηλοι σαφῶς ἦσαν ἐσπουδακότες ἐς τὴν ἀρχὴν τοῖς μάλιστα Γράκχῳ πολεμίοις. Ὁ δ', ἐγγὺς τοῦ κακοῦ γιγνομένου, δείσας, εἰ μὴ καὶ ἐς τὸ μέλλον ἔσοιτο δήμαρχος, συνεκάλει τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐπὶ τὴν χειροτονίαν. Ἀσχολουμένων δ' ἐκείνων ὡς ἐν θέρει, συνελαυνόμενος ὑπὸ τῆς προθεσμίας ὀλίγης ἐς τὴν χειροτονίαν ἔτι οὔσης, ἐπὶ τὸν ἐν τῷ ἄστει δῆμον κατέφευγε· καὶ περιιὼν κατὰ μέρος ἕκαστον ἐδεῖτο, δήμαρχον αὐτὸν ἐς τὸ μέλλον ἑλέσθαι, κινδυνεύοντα δι' ἐκείνους. Γιγνομένης δὲ τῆς χειροτονίας, δύο μὲν ἔφθασαν αἱ πρῶται φυλαὶ Γράκχον ἀποφῆναι. Τῶν δὲ πλουσίων ἐνισταμένων, οὐκ ἔννομον εἶναι δὶς ἐφεξῆς τὸν αὐτὸν ἄρχειν· καὶ Ῥουβρίου δημάρχου, τοῦ προεστάναι τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης διειληχότος, ἐνδοιάζοντος ἐπὶ τῷδε· Μούμμιος αὐτὸν, ὁ ἐπὶ τῷ Ὀκταουΐῳ δημαρχεῖν ᾑρημένος, ἐκέλευεν ἑαυτῷ τὴν ἐκκλησίαν ἐπιτρέψαι. Καὶ ὁ μὲν ἐπέτρεψεν· οἱ δὲ λοιποὶ δήμαρχοι περὶ τῆς ἐπιστασίας ἠξίουν ἀνακληροῦσθαι· Ῥουβρίου γὰρ, τοῦ λαχόντος, ἐκστάντος, αὖθις ἐς ἅπαντας τὴν διακλήρωσιν περιιέναι. Ἔριδος δὲ καὶ ἐπὶ τῷδε πολλῆς γενομένης, ὁ Γράκχος ἐλαττούμενος, τὴν μὲν χειροτονίαν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἀνέθετο. Πάντα δ' ἀπογνοὺς, ἐμελανειμόνει τε ἔτι ὢν ἔναρχος, καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας ἐν ἀγορᾷ τὸν υἱὸν ἐπάγων ἑκάστοις συνίστη καὶ παρετίθετο, ὡς αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτίκα ἀπολούμενος.

XV. Οἴκτου δὲ πολλοῦ σὺν λογισμῷ τοὺς πένητας ἐπιλαμβάνοντος, ὑπέρ τε σφῶν αὐτῶν, ὡς οὐκ ἐν ἰσονόμῳ πολιτευσόντων ἔτι, ἀλλὰ δουλευσόντων κατὰ κράτος τοῖς πλουσίοις, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ Γράκχου, τοιαῦτα δεδιότος τε καὶ πάσχοντος ὑπὲρ αὐτῶν· σύν τε οἰμωγῇ προπεμπόντων αὐτὸν ἁπάντων ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἑσπέρας, καὶ θαρρεῖν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐπικε-

ret, ad colligenda suffragia revertit. Ita Octavio abrogatur magistratus; qui statim privatus clam e medio se subduxit.

XIII. Subrogatus Q. Mummius, et lex agraria perlata est; primique triumviri agris dividendis creati, Gracchus ipse, Caius frater ejus, et socer Appius Claudius : sic quoque metuente plebe, ne lex careret exsecutione, nisi lator ejus cum omnibus suis præficeretur operi. Ille vero, ea lege sibi vehementer placens, a plebe, veluti conditor non unius oppidi gentisve, sed omnium Italiæ populorum, domum deductus est. Post hæc victrix pars in agros secessit, propter quos ad eam contentionem advenerant. Altera vero pars, victam se ægre passa, permansit in Urbe; verbis jactans, non impune id fore Graccho, quamprimum magistratu abierit, auso et sacrosanctam potestatem tribunitiam violare, et tantam seditionum materiam per omnem spargere Italiam.

XIV. Jam messis tempus advenerat, et comitia tribunis plebis creandis instabant : apparebatque, divites daturos operam, ut is magistratus ad eos perveniret, qui præ ceteris inimici essent Gracchi. At ille propinquo periculo territus, ne forte futuris comitiis in sequentem annum non reficeretur, revocabat ex agris plebem ad suffragia. Illis vero messe occupatis, quum dies præfinitus jam immineret, coactus est ad urbanam plebem confugere : et ambiens, prehensansque singulos, postulabat sibi continuari tribunatum, referrique gratiam pro periculis quibus propter eos se objecisset. Quumque plebs ferret suffragia, mox duarum primarum tribuum Gracchus tulit calculos. Reclamantibus vero divitibus, non licere per leges eumdem magistratum continuari; et Rubrio, tribuno plebis, qui tunc sortito comitiis præerat, eam ob rem ambigente; Mummius, Octavii successor, persuasit collegæ, ut se vicarium pro ipso sineret præesse. At reliqui tribuni sorti id negotium committendum contendebant : cedente enim sortem suam Rubrio, novam sortitionem ad totum tribunorum collegium pertinere. Qua contentione gliscente, Gracchus, quum suam factionem superari videret, in sequentem diem comitia distulit : desperatisque rebus suis, reliquum diei atratus, cum adhuc fungeretur magistratu, versabatur in foro, cum filio, commendans eum singulis, quasi mox periturus inimicorum violentia.

XV. Tum plebem magna subiit miseratio viri, tali in timore versantis, et ipsorum causa pericula hæc subeuntis; simulque reputatio, non amplius se æquo jure cum cæteris civibus victuram, ferendamque fore impotentem divitum dominationem. Itaque cum fletu eum omnes domum deducunt vespere, jubentque bono animo esse in crastinum.

λευόντων· ἀναθαῤῥήσας ὁ Γράκχος, ἔτι νυκτὸς τοὺς στασιώτας συναγαγὼν, καὶ σημεῖον εἰ καὶ μάχης δεήσειεν ὑποδείξας, κατέλαβε τοῦ Καπιτωλίου τὸν νεὼν ἔνθα χειροτονήσειν ἔμελλον, καὶ τὰ μέσα τῆς ἐκκλησίας. Ἐνοχλούμενος δ' ὑπὸ τῶν δημάρχων καὶ τῶν πλουσίων, οὐκ ἐώντων ἀναδοθῆναι περὶ αὑτοῦ χειροτονίαν, ἀνέσχε τὸ σημεῖον. Καὶ βοῆς ἄφνω παρὰ τῶν συνειδότων γενομένης, χεῖρές τε ἦσαν ἤδη τὸ ἀπὸ τοῦδε. Καὶ τῶν Γρακχείων οἱ μὲν αὐτὸν ἐφύλαττον, οἷά τινες δορυφόροι, οἱ δὲ, τὰ ἱμάτια διαζωσάμενοι, ῥάβδους καὶ ξύλα τὰ ἐν χερσὶ τῶν ὑπηρετῶν ἁρπάσαντές τε καὶ διακλάσαντες ἐς πολλὰ, τοὺς πλουσίους ἐξήλαυνον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, σὺν τοσῷδε ταράχῳ καὶ τραύμασιν, ὥς τούς τε δημάρχους δείσαντας διαφυγεῖν ἐκ μέσου, καὶ τὸν νεὼν τοὺς ἱερέας ἐπικλεῖσαι· δρόμον τε πολλῶν ἄκοσμον εἶναι, καὶ φυγὴν, καὶ λόγον οὐκ ἀκριβῆ· τῶν μὲν, ὅτι καὶ τοὺς ἄλλους δημάρχους ὁ Γράκχος παραλύει τῆς ἀρχῆς (οὐ γὰρ ὁρωμένων αὐτῶν, εἴκαζον οὕτω)· τῶν δ', ὅτι αὐτὸς ἑαυτὸν ἐς τὸ μέλλον δήμαρχον ἄνευ χειροτονίας ἀποφαίνει.

XVI. Γιγνομένων δὲ τούτων ἡ βουλὴ συνῆλθεν εἰς τὸ τῆς Πίστεως ἱερόν. Καί μοι θαῦμα καταφαίνεται, τὸ, πολλάκις ἐν τοιοῖσδε φόβοις διὰ τῆς αὐτοκράτορος ἀρχῆς διασεσωσμένους, τότε μηδ' ἐπὶ νοῦν τὸν Δικτάτωρα λαβεῖν· ἀλλὰ χρησιμώτατον τοῖς προτέροις τόδε τὸ ἔργον εὑρεθὲν, μηδ' ἐν μνήμῃ τοῖς πολλοῖς ἄρα γενέσθαι, μήτε τότε, μήθ' ὕστερον. Κρίναντες δ' ὅσα ἔκριναν, ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνῄεσαν. Καὶ πρῶτος αὐτοῖς ὁ μέγιστος ἀρχιερεὺς λεγόμενος ἐξῆρχε τῆς ὁδοῦ, Κορνήλιος Σκιπίων ὁ Νασικᾶς· ἐβόα τε μέγιστον, ἕπεσθαί οἱ τοὺς ἐθέλοντας σώζεσθαι τὴν πατρίδα· καὶ τὸ κράσπεδον τοῦ ἱματίου ἐς τὴν κεφαλὴν περιεσύρατο, εἴτε τῷ παρασήμῳ τοῦ σχήματος πλέονάς οἱ συντρέχειν ἐπισπώμενος, εἴτε πολέμου τι σύμβολον τοῖς ὁρῶσιν ὡς κόρυθα ποιούμενος, εἴτε θεοὺς ἐγκαλυπτόμενος ὧν ἔμελλε δράσειν. Ἀνελθόντι δὲ εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ τοῖς Γρακχείοις ἐπιδραμόντι, εἶξαν μὲν ὡς κατ' ἀξίωσιν ἀνδρὶ ἀρίστῳ, καὶ τὴν βουλὴν ἅμα οἱ θεωροῦντες ἐπιοῦσαν. Οἱ δὲ τὰ ξύλα τῶν Γρακχείων αὐτῶν περισπάσαντες, ὅσα τε βάθρα καὶ ἄλλη παρασκευὴ ὡς ἐς ἐκκλησίαν συνενήνεκτο διελόντες, ἔπαιον αὐτοὺς καὶ ἐδίωκον, καὶ ἐς τὰ ἀπόκρημνα κατεῤῥίπτουν. Κἀν τῷδε τῷ κυδοιμῷ πολλοί τε τῶν Γρακχείων, καὶ Γράκχος αὐτὸς, εἰλούμενος περὶ τὸ ἱερὸν, ἀνῃρέθη κατὰ τὰς θύρας, παρὰ τοὺς τῶν βασιλέων ἀνδριάντας. Καὶ πάντας αὐτοὺς νυκτὸς ἐξέῤῥιψαν εἰς τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ.

XVII. Οὕτω μὲν δὴ Γράκχος, ὁ Γράκχου τοῦ δὶς ὑπατεύσαντος, καὶ Κορνηλίας, τῆς Σκιπίωνος τοῦ Καρχηδονίους τὴν ἡγεμονίαν ἀφελομένου, παῖς ἀρίστου βουλεύματος εἵνεκα, βιαίως αὐτῷ προσιὼν, ἀνῄρητο, ἔτι δημαρχῶν, ἐν τῷ Καπιτωλίῳ. Καὶ πρῶτον ἐν ἐκκλησίᾳ τόδε μύσος γενόμενον, οὐ διέλιπεν ἀεί τινος ὁμοίου γιγνομένου παρὰ μέρος. Ἡ δὲ πόλις ἐπὶ τῷ Γράκχου φόνῳ διῄρητο ἐς λύπην καὶ ἡδονήν· οἱ μὲν,

Et Gracchus, resumta audacia, ante lucem factionem suam congregat; signoque, si pugna opus esset, constituto, Capitolii templum, ubi comitium erat futurum, atque ipsam mediam concionem occupat. Quumque iterum instarent tribuni divitesque, impedirentque, quominus de illo ferrentur suffragia; signum suis dat Gracchus ex composito. Quibus mox magno cum clamore coortis, ad manus ventum est : aliis Gracchum pro satellitio stipantibus, aliis accincta veste fasces et baculos lictorum direptos confringentibus, et magno cum tumultu, nec sine vulneribus, divites exturbantibus e comitio; ita ut tribuni metu perciti diffugerent, et sacerdotes templum clauderent. Dumque sic præpropera et incondita fuga feruntur multi, varii simul sparguntur incerti rumores : aliis, Gracchum, dicentibus, in eo esse, ut reliquis quoque collegis abroget magistratum (quod eo credibilius erat, quoniam eorum nemo conspiciebatur); aliis vero, illum, non exspectatis populi suffragiis, tribunum se ipsum renunciare.

XVI. Quæ dum fiunt, senatus interim in ædem Fidei cogitur. Ac mirum sane mihi videtur, quid sit, quod nec tunc, nec postea, toties olim in hujusmodi metu expertum saluberrimum Dictaturæ remedium cuiquam patrum in mentem venerit. Senatusconsulto pro tempore facto, pergunt in Capitolium patres, præeunte Corn. Scipione Nasica, pontifice maximo, et magna voce proclamante, Sequerentur se, quicunque salvam vellent rempublicam. Incedebat autem Scipio, lacinia togæ circa caput circumducta; sive quod miro illo habitu plures ad sese sequendum allicere vellet; sive galeæ quamdam speciem, velut in pugnæ signum, spectantibus exhibiturus; sive a Deorum conspectu occultaturus facinus, quod meditabatur. Ubi vero in Capitolium evasit, et in Gracchanam irruit catervam, cedebant hi quidem dignitati viri, cujus vestigia simul sequi senatum videbant; at Scipionis comitatus, extortis e manibus ipsorum Gracchanorum fustibus, et diffractis subselliis alioque apparatu, qui in usum concionis erat aggestus, arreptisque fragminibus, feriebant illos, persequebanturque, et in prærupta propellebant. Quo in tumultu complures ex Gracchi factione perierunt; et Gracchus ipse, circa templum oberrans, ad ipsas fores templi ante regum statuas, cæsus est : et omnium cadavera noctu in Tiberim projecta sunt.

XVII. Sic Tib. Gracchus, patre bis consule natus et Cornelia superioris Africani filia, periit, dum patriæ bene quidem, sed violentius, consulit; in ipso tribunatu, in Capitolio, necatus. Et hoc quidem piaculum, primum ejus generis in populi concione patratum, compluribus similibus, quæ omni deinceps tempore idemtidem admissa sunt, veluti exemplo præivit. At populus varie cædem eam tulit, his lætis, illis mœrentibus. Multi enim non minus

οἰκτείροντες αὑτούς τε, κἀκεῖνον, καὶ τὰ παρόντα, ὡς οὐκέτι πολιτείαν, ἀλλὰ χειροκρατίαν καὶ βίαν· οἱ δ', ἐξειργάσθαι σφίσιν ἡγούμενοι πᾶν ὅσον ἐβούλοντο. Καὶ τάδε μὲν ἦν, ὅτε Ἀριστόνικος Ῥωμαίοις περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπολέμει τῆς ἐν Ἀσίᾳ.

XVIII. Ἀναιρεθέντος δὲ Γράκχου, καὶ τελευτήσαντος Ἀππίου Κλαυδίου, ἀντικαθίστανται μὲν ἐς τὸ τὴν γῆν ἅμα τῷ νεωτέρῳ Γράκχῳ διανέμειν Φούλβιος Φλάκκος καὶ Παπίριος Κάρβων. Ἀμελούντων δὲ τῶν κεκτημένων αὐτὴν ἀπογράφεσθαι, κατηγόρους ἐκήρυττον ἐνδεικνύναι. Καὶ ταχὺ πλῆθος ἦν δικῶν χαλεπῶν. Ὅση γὰρ ἄλλη πλησιάζουσα τῇδε ἐπέπρατο, ἢ τοῖς συμμάχοις ἐπιδιῄρητο, διὰ τὸ τῆσδε μέτρον ἐξητάζετο ἅπασα, ὅπως τε ἐπέπρατο, καὶ ὅπως ἐπιδιῄρητο· οὔτε τὰ συμβόλαια οὔτε τὰς κληρουχίας ἔτι ἐχόντων ἁπάντων· ἃ δὲ καὶ εὑρίσκετο, ἀμφίλογα ἦν. Ἀναμετρουμένης τε αὐτῆς, οἱ μὲν ἐκ πεφυτευμένης καὶ ἐπαύλεων, ἐς ψιλὴν μετετίθεντο· οἱ δ' ἐξ ἐνεργῶν, εἰς ἀργὸν, ἢ λίμνας, ἢ τέλματα· οὔτε τὴν ἀρχὴν ὡς ἐπὶ δορικτήτοις ἀκριβῆ πεποιημένοι. Τὸ κήρυγμα, τὴν ἀνέμητον ἐξεργάζεσθαι τὸν ἐθέλοντα προλέγον, ἐπῆρε πολλοὺς τὰ πλησίον ἐκπονοῦντας, τὴν ἑκατέρας ὄψιν συγχέαι· χρόνος τε ἐπελθὼν ἐνεώχμωσε πάντα. Καὶ τὸ τῶν πλουσίων ἀδίκημα, καίπερ ὂν μέγα, δυσεπίγνωστον ἦν. Καὶ οὐδὲν ἄλλ' ἢ πάντων ἀνάστασις ἐγίγνετο, μεταφερομένων τε καὶ μετοικιζομένων ἐς ἀλλότρια.

XIX. Ταῦτά τε δὴ, καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις τῶν δικαζόντων ἐπείξεις, οὐ φέροντες οἱ Ἰταλιῶται, Κορνήλιον Σκιπίωνα, ὃς Καρχηδόνα ἐπόρθησεν, ἠξίουν προστάτην σφῶν ἀδικουμένων γενέσθαι. Ὁ δ' ἐς τοὺς πολέμους αὐτοῖς κεχρημένος προθυμοτάτοις, ὑπεριδεῖν τε ὤκνησε, καὶ παρελθὼν εἰς τὸ βουλευτήριον, τὸν μὲν Γράκχου νόμον οὐκ ἔψεγε διὰ τὸν δῆμον σαφῶς· τὴν δὲ τοῦδε δυσχέρειαν ἐπεξιὼν, ἠξίου, τὰς δίκας οὐκ ἐπὶ τῶν διαιρούντων, ὡς ὑπόπτων τοῖς δικαζομένοις, ἀλλὰ ἐφ' ἑτέρων λέγεσθαι. Ὧ δὴ καὶ μάλιστα ἔπεισεν, εἶναι δοκοῦντι δικαίῳ· καὶ Τουδιτανὸς αὐτοῖς ὑπατεύων ἐδόθη δικάζειν. Ἀλλ' ὅδε μὲν, ἁψάμενος τοῦ ἔργου, καὶ τὴν δυσχέρειαν ἰδὼν, ἐπ' Ἰλλυριοὺς ἐστράτευε, πρόφασιν τήνδε ποιούμενος τοῦ μὴ δικάζειν. Οἱ δὲ τὴν γῆν διανέμοντες, οὐκ ἀπαντῶντος ἐς αὐτοὺς οὐδενὸς ἐς δίκην, ἐπὶ ἀργίας ἦσαν. Καὶ μῖσος ἐντεῦθεν ἤρξατο ἐς τὸν Σκιπίωνα τοῦ δήμου καὶ ἀγανάκτησις, ὅτι αὐτὸν ἀγαπήσαντες ἐπιφθόνως, καὶ πολλὰ τοῖς δυνατοῖς ἐναντιωθέντες ὑπὲρ αὐτοῦ, ὕπατόν τε δὶς ἑλόμενοι παρανόμως, ὑπὲρ τῶν Ἰταλιωτῶν ἀντιπεπραχότα σφίσιν ἑώρων. Ταῦτα δ' ὅσοι τοῦ Σκιπίωνος ἦσαν ἐχθροὶ κατιδόντες ἐβόων, ὡς, λῦσαι τὸν Γράκχου νόμον ὅλως διεγνωκὼς, μέλλοι πολὺν ἐπὶ τῷδε ἔνοπλον φόνον ἐργάσασθαι.

XX. Ὧν ὁ δῆμος ἀκροώμενος, ἐδεδίει· μέχρι ὁ Σκιπίων ἑσπέρας παραθέμενος ἑαυτῷ δέλτον, εἰς ἣν νυκτὸς ἔμελλε γράψειν τὰ λεχθησόμενα ἐν τῷ δήμῳ, νεκρὸς ἄνευ τραύματος εὑρέθη· εἴτε Κορνηλίας αὐτῷ, τῆς Γράκχου μητρὸς, ἐπιθεμένης, ἵνα μὴ ὁ νόμος ὁ

suammet, quam illius, vicem dolebant; et omnino statum præsentem, quo non tam ratio reipublicæ, quam manuum vis atque violentia valeret, deplorabant. Alii rem factam se habere putabant, et voto potiti fruebantur. Hæc contentio in id bellum incidit, quo Aristonicus cum populo Romano certavit de Asiæ imperio.

XVIII. Post Gracchi necem, Appio quoque Claudio vita functo, Fulvius Flaccus et Papirius Carbo, electi sunt, ut cum minori Graccho agris dividendis præessent. Qui, quum veteres possessores agros recenseri tergiversarentur, edixerunt per præconem, ut, qui vellet, eos denunciaret in judiciumque vocaret. Ac mox difficiles lites enatæ sunt quam plurimæ. Quidquid enim conterminorum agrorum aut divenditum fuerat, aut divisum sociis, id totum propter ejus agri mensuram, de quo quæstio habebatur, in disceptationem veniebat, quonam pacto venditum esset aut divisum. Et multis jam ad manus non amplius erant emtionum instrumenta, aut documenta sortitionis; et si qua proferebantur, erant et ipsa ambigua. Itaque dum agri jam de integro ad mensuram revocantur dividunturque; factum est, ut possessorum alii ex fundis vite oleaque consitis aut ex instructis villis transferrentur in terram nudam: alii e cultis in incultam aut palustrem cœnosamve: idque eo magis, quod jam inde ab initio ager, utpote de hoste captus, negligentius fuerat dimensus. Et quoniam edictum fuerat, ut agrum publicum coleret quicumque vellet; multi excolendam sibi sumserant eam portionem, quæ prædiis suis erat contermina, et faciem publici agri privatique confuderant: et procedens ætas quoque multa mutaverat: ut difficile omnino esset, divitum injurias, quamvis magnas, certo cognoscere. Atque ita cuncta sursum deorsum miscebantur, possessoribus omnibus loco motis et in aliena translatis.

XIX. Hujusmodi molestias et rerum judicatarum præproperas executiones non ferentes Italici socii, P. Cornelium Scipionem eum, qui Carthaginem evertit, patronum sibi, quo vexationum fieret finis, optaverunt. Qui, quum strenua ipsorum opera in bellis esset usus, non recusandum sibi hoc patrocinium putavit: ingressusque in senatum, legem quidem Gracchi non improbavit palam, ne plebem offenderet; sed, exposita rei difficultate, censebat, judicia hujusmodi causarum a triumviris, quippe qui suspecti essent his, quorum res ageretur, transferenda ad alios. Idque, quum æquissimum esset visum, patribus persuasit; qui ad Tuditanum consulem talium litium cognitionem detulerunt. Sed ille, rem aggressus, quum perdifficilem animadverteret, prætextu usus belli adversus Illyrios suscipiendi, missum illud judicandi negotium fecit. Simulque triumviri, nemine ab eis jus petente, in otio degebant. Unde ortum est populi erga Scipionem odium et indignatio; quod eum, propter quem sæpe in potentiorum offensionem incurrissent, quemque posthabita legum ratione iterum consulem creassent, nunc sociis Italici nominis magis, quam sibi, consulere viderent. Quod animadvertentes Scipionis inimici, passim vociferabantur, id agere Scipionem, ut tollatur omnino lex agraria; atque ad illud efficiendum, armis cædibusque late omnia repleturum.

XX. Quibus vocibus dum terretur populus, accidit paulo post, ut Scipio, quum vespere pugillares lectulo apposuisset, in quibus noctu conscriberet quæ postridie pro concione erat dicturus, mane mortuus reperiretur sine vulnere; sive insidiis Corneliæ Gracchorum matris, veritæ

Γράκχου λυθείη, καὶ συλλαβούσης ἐς τοῦτο Σεμπρωνίας τῆς θυγατρὸς, ἥ, τῷ Σκιπίωνι γαμουμένη, διὰ δυσμορφίαν καὶ ἀπαιδίαν οὔτ' ἐστέργετο οὔτ' ἔστεργεν· εἴθ', ὡς ἔνιοι δοκοῦσιν, ἑκὼν ἀπέθανε, συνιδὼν ὅτι οὐκ ἔσοιτο δυνατὸς κατασχεῖν ὧν ὑπόσχοιτο. Εἰσὶ δ' οἵ, βασανιζομένους, φασὶ, θεράποντας εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸν ξένοι δι' ὀπισθοδόμου νυκτὸς ἐπεισαχθέντες ἀποπνίξαιεν· καὶ οἱ πυθόμενοι ὀκνήσαιεν ἐξενεγκεῖν διὰ τὸν δῆμον ὀργιζόμενον ἔτι καὶ τῷ θανάτῳ συνηδόμενον. Σκιπίων μὲν δὴ τεθνήκει, καὶ οὐδὲ δημοσίας ταφῆς ἠξιοῦτο, μέγιστα δὴ τὴν ἡγεμονίαν ὠφελήσας. Οὕτως ἡ παραυτίκα ὀργὴ τῆς ποτὲ χάριτος ἐπικρατεῖ. Καὶ τόδε, ὂν τηλικοῦτον, οἷα πάρεργον ἐπὶ τῇ Γράκχου στάσει συνέπεσε.

XXI. Τὴν δὲ διαίρεσιν τῆς γῆς οἱ κεκτημένοι, καὶ ὥς, ἐπὶ προφάσεσι ποικίλαις διέφερον ἐπὶ πλεῖστον. Καί τινες εἰσηγοῦντο, τοὺς συμμάχους ἅπαντας, οἳ δὴ περὶ τῆς γῆς μάλιστα ἀντέλεγον, εἰς τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν ἀναγράψαι, ὡς μείζονι χάριτι περὶ τῆς γῆς οὐ διοισομένους. Καὶ ἐδέχοντο ἄσμενοι τοῦθ' οἱ Ἰταλιῶται, προτιθέντες τῶν χωρίων τὴν πολιτείαν. Συνέπρασσέ τε αὐτοῖς ἐς τοῦτο μάλιστα πάντων Φούλβιος Φλάκκος, ὑπατεύων ἅμα καὶ τὴν γῆν διανέμων. Ἡ βουλὴ δ' ἐχαλέπαινε, τοὺς ὑπηκόους σφῶν ἰσοπολίτας εἰ ποιήσονται. Καὶ τόδε μὲν τὸ ἐγχείρημα οὕτω διελύθη. Καὶ ὁ δῆμος, ἐν ἐλπίδι τέως τῆς γῆς γενόμενος, ἠθύμει. Ὧδε δ' αὐτοῖς ἔχουσιν, ἀσπάσιος ἐκ τῶν τὴν γῆν διαιρούντων ἐς δημαρχίαν ἐπιφαίνεται Γάϊος Γράκχος, ὁ Γράκχου τοῦ νομοθέτου νεώτερος ἀδελφὸς, ἐς πολὺ μὲν ἡσυχάσας ἐπὶ τῇ τοῦ ἀδελφοῦ συμφορᾷ· πολλῶν δ' αὐτοῦ καταφρονούντων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, παρήγγειλεν ἐς δημαρχίαν. Καὶ περιφανέστατα αἱρεθεὶς εὐθὺς ἐπεβούλευε τῇ βουλῇ, σιτηρέσιον ἔμμηνον ὁρίσας ἑκάστῳ τῶν δημοτῶν ἀπὸ τῶν κοινῶν χρημάτων, οὐ πρότερον εἰωθὸς διαδίδοσθαι. Καὶ ὁ μὲν ὀξέως οὕτως ἑνὶ πολιτεύματι τὸν δῆμον ὑπηγάγετο, συμπράξαντος αὐτῷ Φουλβίου Φλάκκου. Καὶ εὐθὺς ἐπὶ τῷδε καὶ ἐς τὸ μέλλον ᾕρητο δημαρχεῖν. Καὶ γάρ τις ἤδη νόμος κεκύρωτο· Εἰ δήμαρχος ἐνδέοι ταῖς παραγγελίαις, τὸν δῆμον ἐκ πάντων ἐπιλέγεσθαι.

XXII. Ὁ μὲν δὴ Γάϊος Γράκχος οὕτως ἐδημάρχει τὸ δεύτερον. Οἷα δ' ἔχων τὸν δῆμον ἔμμισθον, ὑπήγετο καὶ τοὺς καλουμένους ἱππέας, οἳ τὴν ἀξίωσίν εἰσι τῆς βουλῆς καὶ τῶν δημοτῶν ἐν μέσῳ, δι' ἑτέρου τοιοῦδε πολιτεύματος· τὰ δικαστήρια, ἀδοξοῦντα ἐπὶ δωροδοκίαις, ἐς τοὺς ἱππέας ἀπὸ τῶν βουλευτῶν μετέφερε· τὰ ὑπόγυια μάλιστα αὐτοῖς ὀνειδίζων, ὅτι Αὐρήλιος Κόττας, καὶ Σαλινάτωρ, καὶ τρίτος ἐπὶ τούτοις Μάνιος Ἀκύλιος, ὁ τὴν Ἀσίαν ἑλὼν, σαφῶς δεδωροδοκηκότες, ἀφεῖντο ὑπὸ τῶν δικασάντων· οἵ τε πρέσβεις οἱ κατ' αὐτῶν ἔτι παρόντες, σὺν φθόνῳ ταῦτα περιιόντες ἐκεκράγεσαν. Ἅπερ ἡ βουλὴ μάλιστα αἰδουμένη, ἐς τὸν νόμον ἐνεδίδου· καὶ ὁ δῆμος αὐτὸν ἐκύρου. Καὶ μετηνέχθη μὲν ὧδε ἐς τοὺς ἱππέας ἀπὸ τῆς βουλῆς τὰ δικα-

ne Gracchi lex abrogaretur; adjuvante eam filia Sempronia, quæ, Scipioni nupta, ob deformitatem ac sterilitatem nec amabatur nec amabat : sive, ut nonulli putant, sibimet ipse mortem conscivit, quod præstandis promissis imparem se videret. Sunt autem, qui dicant, servos in tormentis fassos « noctu per posticum intromissos ignotos quosdam illum suffocasse; eos vero, qui hoc resciverint, ideo prodere veritos, quod scirent infensum ipsi populum gaudere ejus interitu. » Sic Scipio, cujus opera plurimum utique auctum fuerat Romanum imperium, periit, ne funere quidem publico honoratus. Tanto plus valuit præsens indignatio, quam gratia præterita. Atque hoc facinus, per se sane quidem magnum, agrariarum turbarum quoddam quasi fuit auctarium.

XXI. Cæterum agrorum divisio a possessoribus per varias causationes in longum differebatur. Et quidam censebant, sociis cunctis, quippe qui maxime de illa lege querebantur, civitatem dandam; ut, majori hac gratia devincti, contendere de agro desinerent. Eamque conditionem libenter accepturi Italici erant; jusque civium Romanorum possessioni agrorum antehabebant. Eam rem autem illis effectam dare annitebatur potissimum Fulvius Flaccus, qui tum simul consul et triumvir agris dividendis erat. Sed senatus cum indignatione rejiciebat id consilium, æquum jus civium tribuendi subditis. Atque ita conatus iste irritus fuit. Et plebs spem accipiendorum agrorum, qua adhuc fuerat lactata, jam pæne totam abjiciebat. Cui sic affectæ peroptatus se obtulit futurus tribunus, Caius Gracchus, Gracchi majoris ejus, qui legem agrariam tulerat, frater, et ejusdem in triumviratu olim collega. Is post fratris necem diu sese continuerat; sed nunc, quum multorum ex senatorio ordine contemtionem esset expertus, tribunatus candidatum se profitebatur. Quem magistratum illustri plebis studio adeptus, confestim cœpit dolos senatui nectere, legè lata de frumento menstruo plebi viritim dividendo ex publico; quod nunquam antea erat factum. Atque ita uno instituto, in quo Fulvium Flaccum adjutorem habuerat, plebe celeriter sibi penitus devincta, in sequentem quoque annum tribunus refectus est. Jam enim lex perlata fuerat : Si numerus eorum, qui tribunatum peterent, non esset plenus, ut populus ex tribunorum collegio unum reficeret in annum sequentem.

XXII. Itaque Caius Gracchus, continuato sibi magistratu, et plebeiis velut mercede sibi obstrictis; ut jam equitibus quoque gratificaretur, qui est ordo inter senatorium et plebeium intermedius, alio artificio usus, legem tulit de potestate judiciorum, quæ ob judicum corruptelas erant infamia, a senatorio ordine ad equites transferenda; exprobrans senatoribus recentissima maxime exempla, Aurelium Cottam, Salinatorem, Manium Aquilium, qui Asiam devicerat, repetundarum reos, elapsos corruptis judicibus; de quorum injuriis (non minus judicum, quam reorum), legati quoque provinciarum, etiam tunc in Urbe morantes, passim invidiosis clamoribus conquerebantur. Quæ res maxime pudorem incussit senatui, quominus obsisteret plebiscito. Atque ita lege perlata, ad equites a senatoribus

στήρια. Φασὶ δὲ, κυρωθέντος μὲν ἄρτι τοῦ νόμου, τὸν Γράκχον εἰπεῖν, ὅτι ἀθρόως τὴν βουλὴν καθῃρήκοι· τοῦ δ' ἔργου προϊόντος ἐς πεῖραν, μειζόνως ἔτι ἐκφανῆναι τὸ ἔπος τοῦ Γράκχου. Τό τε γὰρ δικάζειν αὐτοὺς Ῥωμαίοις καὶ Ἰταλιώταις ἅπασι, καὶ αὐτοῖς βουλευταῖς, ἐπὶ παντὶ μέτρῳ, χρημάτων τε πέρι καὶ ἀτιμίας καὶ φυγῆς, τοὺς μὲν ἱππέας, οἷά τινας ἄρχοντας αὐτῶν ὑπερεπῆρε, τοὺς δὲ βουλευτὰς ἴσα καὶ ὑπηκόους ἐποίει. Συνιστάμενοί τε τοῖς δημάρχοις οἱ ἱππεῖς ἐς τὰς χειροτονίας, καὶ ἀντιλαμβάνοντες παρ' αὐτῶν ὅ τι θέλοιεν, ἐπὶ μέγα φόβου τοῖς βουλευταῖς ἐχώρουν. Ταχύ τε περιῆν ἀνεστράφθαι τὸ κράτος τῆς πολιτείας, τὴν μὲν ἀξίωσιν μόνην ἔτι τῆς βουλῆς ἐχούσης, τὴν δὲ δύναμιν, τῶν ἱππέων. Προϊόντες γὰρ οὐκ ἐδυνάστευον μόνον, ἀλλὰ καὶ σαφῶς ἐνύβριζον τοῖς βουλευταῖς παρὰ τὰς δίκας. Τὴν δὲ δωροδοκίαν μεταλαβόντες, καὶ γευσάμενοι καὶ οἵδε κερδῶν ἀθρόων, αἰσχρότερον, ἔτι καὶ ἀμετρότερον αὐτοῖς ἐχρῶντο. Κατηγόρους τε ἐνετοὺς ἐπὶ τοῖς πλουσίοις ἐπήγοντο, καὶ τὰς τῶν δωροδοκιῶν δίκας, συνιστάμενοι σφίσιν αὐτοῖς, καὶ βιαζόμενοι, πάμπαν ἀνῄρουν· ὡς καὶ τὸ ἔθος ὅλως τῆς τοιᾶσδε εὐθύνης ἐπιλιπεῖν, καὶ στάσιν ἄλλην τὸν δικαστικὸν νόμον οὐκ ἐλάσσω τῶν προτέρων ἐς πολὺ παρασχεῖν.

XXIII. Ὁ δὲ Γράκχος καὶ ὁδοὺς ἔτεμνεν ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν μακρὰς, πλῆθος ἐργολάβων καὶ χειροτεχνῶν ὑφ' ἑαυτῷ ποιούμενος, ἑτοίμων ἐς ὅ τι κελεύοι. Καὶ ἀποικίας εἰσηγεῖτο πολλάς. Καὶ τοὺς Λατίνους ἐπὶ πάντα ἐκάλει τὰ Ῥωμαίων, ὡς οὐκ εὐπρεπῶς συγγενέσι τῆς βουλῆς ἀντιστῆναι δυναμένης· τῶν τε ἑτέρων συμμάχων, οἷς οὐκ ἐξῆν ψῆφον ἐν ταῖς Ῥωμαίων χειροτονίαις φέρειν, ἐδίδου φέρειν ἀπὸ τοῦδε, ἐπὶ τῷ ἔχειν καὶ τούσδε ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν νόμων αὐτῷ συντελοῦντας. Ἐφ' ᾧ δὴ μάλιστα ἡ βουλὴ διαταραχθεῖσα, τοὺς ὑπάτους ἐκέλευσε προγράψαι, Μηδένα τῶν οὐ φερόντων ψῆφον ἐπιδημεῖν τῇ πόλει, μηδὲ προσπελάζειν ἀπὸ τεσσαράκοντα σταδίων παρὰ τὴν ἐσομένην περὶ τῶνδε τῶν νόμων χειροτονίαν. Λίβιόν τε Δροῦσον, ἕτερον δήμαρχον, ἔπεισε κωλῦσαι τοὺς Γράκχου νόμους, οὐκ ἐπιλέγοντα τῷ δήμῳ τὰς αἰτίας· δέδοται δὲ τῷ κωλύοντι, μηδ' ἐπιλέγειν. Ἔδωκαν δ' αὐτῷ καὶ φιλανθρωπεύσασθαι τὸν δῆμον δώδεκα ἀποικίαις· ᾧ δὴ καὶ μάλιστα ὁ δῆμος ἡσθεὶς, τῶν Γράκχου νόμων κατεφρόνησεν.

XXIV. Ὁ δὲ, τοῦ δημοκοπήματος ἐκπεσὼν, ἐς Λιβύην, ἅμα Φουλβίῳ Φλάκκῳ, κἀκείνῳ μεθ' ὑπατείαν διὰ τάδε δημαρχεῖν ἑλομένῳ, διέπλευσεν· ἐψηφισμένης κατὰ δόξαν εὐκαρπίας ἐς Λιβύην ἀποικίας, καὶ τῶνδε αὐτῶν οἰκιστῶν ἐπίτηδες ᾑρημένων, ἵνα μικρὸν ἀποδημούντων, ἀναπαύσαιτο ἡ βουλὴ τῆς δημοκοπίας. Οἱ δὲ τῇ ἀποικίᾳ τὴν πόλιν διέγραφον, ἔνθα ποτὲ ἦν ἡ Καρχηδονίων· οὐδὲν φροντίσαντες, ὅτι Σκιπίων αὐτὴν, ὅτε κατέσκαπτεν, ἐπηράσατο ἐς ἀεὶ μηλόβοτον εἶναι. Διέγραφον δ' ἐς ἑξακισχιλίους, ἀντὶ ἐλαττόνων τῶν ὄντων ἐν τῷ νόμῳ, ὡς καὶ τῷδε τὸν δῆμον ὑπαξόμενοι.

judicia translata sunt. Quo facto Gracchum protinus dixisse ferunt, uno ictu se potentiam senatus infregisse. Cujus verbi veritas mox ipso experimento magis etiam apparuit. Ipsa enim hæc de civibus Romanis et Italicis, cunctis atque etiam de ipsis senatoribus judicandi et omnibus modis in eos animadvertendi potestas, sive pecuniaria mulcta esset, sive ignominia, sive exilium, equites supra senatorium ordinem veluti quosdam principes evehebat, senatores vero subditorum æquabat gregi. Præterea idem equestris ordo, suffragando dignitati tribunorum plebis, et ab eis vicissim grata quæque recipiendo, magis magisque formidabilis senatui fiebat. Et brevi res eo deducta est, ut, permutata potestate reipublicæ, equitum solorum fieret potentia, honore tantum senatui relicto. Eo enim progressi sunt equites, ut non modo dominarentur in senatores, sed etiam injuriis contumeliisque propalam eosdem in exercendis judiciis afficerent. Et mox ad senatorum exemplum, corruptelarum illecebris et subitorum lucrorum dulcedine capti, turpius etiam et immoderatius potestate abutebantur, divitibusque accusatores subornabant; et quæstiones de largitionibus judicum, partim conspiratione inter se facta, partim vi adhibita, plane tollebant; ut mos omnino quæstionum hujusmodi antiquaretur. Sic lex illa judiciaria alias turbas, non minores superioribus, in longum tempus concitavit.

XXIII. Gracchus præterea vias etiam per Italiam muniebat longas; multitudinem tam redemtorum operis faciundi, quam operariorum, obnoxiam sibi redditurus, ad quævis jussa exsequenda paratam. Multasque deducendas proposuit colonias : et Latinos socios invitabat ad petendum plenum jus Romanæ civitatis, quasi non posset honeste senatus hominibus consanguineis ea in petitione adversari : quin et reliquis quoque sociis, quibus nihil in comitiis populi Romani juris erat, jus suffragiorum dare conatus est; usurus et horum opera ad leges, quas destinarat, perferendas. Neque alia res magis senatum terruit; et mox factum est senatusconsultum : « Edicerent consules, ne quis, nisi qui jus suffragii habeat, vel in Urbe vel intra quintum ab Urbe lapidem moretur, tantisper dum suffragia de recens tum promulgatis legibus ferrentur. » Tum vero et Livio Druso, tribuno plebis, persuasit senatus, ut Gracchi rogationibus intercederet, nec tamen rationem intercedendi redderet apud populum : nam et hoc licebat tribuno, intercedere ne causa quidem ulla adjecta. Eidemque Druso concessum a senatu est, ut, conciliandorum animorum plebis causa, de duodecim ducendis coloniis legem ferret. Qua re imprimis lætata plebs, Gracchi leges contemnere cœpit.

XXIV. Tum Gracchus, favore plebis, quem singularem captaverat, frustratus, in Africam una cum Fulvio Flacco (qui post consulatum, eadem de causa, collega in tribunatu Graccho datus fuerat) trajecit, quo ob soli ubertatem colonia fuerat decreta : electus uterque de industria ad eam deducendam coloniam, ut per eorum absentiam senatus respiraret aliquantulum a turbis, quas illi, auram popularem captantes, non intermittebant excitare. Coloniæ locum hi designarunt in ruinis Carthaginis; contemta Scipionis voluntate, qui, quum excidisset Carthaginem, devoverat, ut compascua in sempiternum foret. Adscripserunt autem in eam coloniam sex millia, quanquam minor numerus fuerat lege definitus; ut sic quoque plebem magis obnoxiam sibi

Ἐπανελθόντες τε ἐς Ῥώμην, συνεκάλουν ἐξ ὅλης Ἰταλίας τοὺς ἑξακισχιλίους. Ἐπιστειλάντων δὲ τῶν ἐν Λιβύῃ τὴν πόλιν ἔτι διαγραφόντων, ὅτι λύκοι τοὺς ὅρους Γράκχου τε καὶ Φουλβίου διέῤῥιψαν ἀνασπάσαντες, καὶ τῶν μάντεων τὴν ἀποικίαν ἡγουμένων ἀπαίσιον· ἡ μὲν βουλὴ προέγραφεν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ τὸν νόμον ἔμελλε τὸν περὶ τῆσδε τῆς ἀποικίας λύσειν. Ὁ δὲ Γράκχος καὶ ὁ Φούλβιος, ἐπεὶ καὶ τοῦδε ἐξέπιπτον, μεμηνόσιν ἐοικότες, ἐψεῦσθαι τὴν βουλὴν ἔφασκον περὶ τῶν λύκων. Οἵ τε θρασύτατοι τῶν δημοτῶν αὐτοῖς συνελάμβανον, ἐγχειρίδια φέροντες ἐς τὸ Καπιτώλιον, οὗ περὶ τῆς ἀποικίας ἐκκλησιάσειν ἔμελλον.

XXV. Ἤδη δὲ τοῦ δήμου συνειλεγμένου, καὶ Φουλβίου τι περὶ τούτων ἀρχομένου λέγειν, ὁ Γράκχος ἀνέβαινεν εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὑπὸ τῶν συνθεμένων δορυφορούμενος. Ἐνοχλούμενος δ' ὑπὸ τοῦ συνειδότος, ὡς ἐπὶ ἀλλοκότοις βουλεύμασι, τὴν μὲν σύνοδον τῆς ἐκκλησίας ἀπέκλινεν, ἐς δὲ τὴν στοὰν παρελθὼν διεβάδιζεν, ἐφεδρεύων τοῖς ἐσομένοις. Καὶ αὐτὸν οὕτως ἔχοντα θορύβου κατιδὼν δημότης ἀνὴρ Ἀντύλλος ἐν τῇ στοᾷ θύων, ἐμβαλὼν τὴν χεῖρα, εἴτε τι πυθόμενος ἢ ὑποπτεύων, ἢ ἄλλως ἐς τὸν λόγον ὑπαχθεὶς, ἠξίου, φείσασθαι τῆς πατρίδος. Ὁ δὲ μᾶλλόν τε θορυβηθεὶς, καὶ δείσας ὡς κατάφωρος, ἐσέβλεψεν αὐτῷ δριμύ· καί τις τῶν παρόντων, οὔτε σημείου τινὸς ἐπαρθέντος, οὔτε προστάγματός πω γεγονότος, ἐκ μόνης τῆς ἐς τὸν Ἀντύλλον Γράκχου δριμύτητος εἰκάσας ἤδη τὸν καιρὸν ἥκειν, καὶ χαριεῖσθαί τι τῷ Γράκχῳ δόξας, πρῶτος ἀρξάμενος ἔργου, τὸ ἐγχειρίδιον ἐπισπάσας διαχρῆται τὸν Ἀντύλλον. Βοῆς δὲ γενομένης, καὶ σώματος ὀφθέντος ἐν μέσῳ νεκροῦ, πάντες ἐκ τοῦ ἱεροῦ κατεπήδων σὺν ὁμοίου κακοῦ φόβῳ. Γράκχος δ' ἐς τὴν ἀγορὰν παρελθὼν, ἐβούλετο μὲν αὐτοῖς ἐκλογίσασθαι περὶ τοῦ γεγονότος. Οὐδενὸς δ' αὐτὸν οὐδ' ὑφισταμένου, ἀλλ' ὡς ἐναγῆ πάντων ἐκτρεπομένων, ὁ μὲν Γράκχος καὶ ὁ Φλάκκος ἀπορούμενοι, καὶ τὸν καιρὸν ὧν ἐβουλεύοντο φθάσαι τὴν ἐγχείρησιν ἀπολωλεκότες, ἐς τὰς οἰκίας διέτρεχον, καὶ οἱ συνθέμενοι αὐτοῖς συνῄεσαν ἐς αὐτάς. Τὸ δ' ἄλλο πλῆθος ἐκ μέσων νυκτῶν, ὡς ἐπὶ δή τινι κακῷ, τὴν ἀγορὰν προκατελάμβανον. Καὶ ὃς ἐπεδήμει τῶν ὑπάτων, Ὀπίμιος, διέτασσε μέν τινας ἐνόπλους ἐς τὸ Καπιτώλιον ἅμα ἕῳ συνιέναι, καὶ τὴν βουλὴν διὰ κηρύκων συνεκάλει· αὐτὸς δ' ἐν μέσῳ πάντων ἐν τῷ νεῷ τῶν Διοσκούρων ἐφήδρευε τοῖς ἐσομένοις.

XXVI. Τάδε μὲν ἦν τοιάδε. Ἡ δὲ βουλὴ Γράκχον καὶ Φλάκκον ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐς ἀπολογίαν ἐς τὸ βουλευτήριον ἐκάλουν. Οἱ δὲ σὺν ὅπλοις ἐξέθεον ἐπὶ τὸν Ἀβεντῖνον λόφον, ἐλπίσαντες, εἰ τόνδε προλάβοιεν, ἐνδώσειν πρὸς τὰς συνθήκας αὐτοῖς τι τὴν βουλήν· διαθέοντές τε, τοὺς θεράποντας συνεκάλουν ἐπ' ἐλευθερίᾳ. Καὶ τῶνδε μὲν οὐδεὶς ὑπήκουεν. Αὐτοὶ δὲ, σὺν ὅσοις εἶχον ἀμφ' αὐτοὺς, τὸ Ἀρτεμίσιον καταλαβόντες, ἐκρατύνοντο· καὶ Κοΐντον, Φλάκκου παῖδα, ἐς τὴν βουλὴν ἔπεμπον, δεόμενοι διαλλαγῶν τυχεῖν, καὶ βιοῦν

redderent. Romamque inde reversi, exciebant illos sexies mille colonos ex tota Italia. Quum autem per literas significatum esset ex Africa ab illis, qui etiam tum colonia designanda erant occupati, a lupis evulsos esse terminos conturbatosque, quos Gracchus et Fulvius posuissent; negantibus auguribus fas esse illuc colonos deduci, senatus indixit comitia, in quibus lex de ea colonia abrogaretur. At Gracchus et Fulvius, hac quoque spe frustrati, furentibus similes, falsum esse, clamabant, id quod de lupis perhiberet senatus. Et cum his faciebant audacissimi quique e plebe; et sicis instructi in Capitolium, ubi de ea colonia populus suffragia laturus erat, contenderunt.

XXV. Jam convenerat populus, et Fulvius ad eum concionari de his rebus erat exorsus, quum C. Gracchus stipatus eorum caterva, quibuscum de rebus agendis ipsi convenerat, in Capitolium ascendit. Sed hic quidem, ipsa conscientia monstrosorum consiliorum conturbatus, declinata concione populi, in porticum deflexit, ibique deambulabat, quid eventurum esset observans. Quem ita conturbatum animadvertens vir de plebe Antyllus, in ea porticu sacra tunc faciens, apprehensum manu, sive quod compererisset aliquid, sive suspicaretur, sive alioquin captans colloquium, rogabat, ut patriæ parceret. Eum Gracchus, magis etiam turbatus, quasi deprehensus in facinore, torve aspexit. Ibi tunc quidam e Gracchanis, injussus, nemine signum dante, ex solo Gracchi truci vultu conjectans adesse tempus; ratusque, initurum se gratiam apud patronum, si primus rem aggrederetur; stricto pugione trajecit Antyllum. Hinc clamore exorto, et jacente propalam cadavere, omnes, similem sibi casum metuentes, propere de templo se proripuerunt. Gracchus, concionem ingressus, purgare se populo de illo facinore volebat. Sed, nemine audiente, omnibusque eum ut hominem civili sanguine pollutum aversantibus, ipse ac Flaccus consternati, amissa rei gerendæ, quam jam nunc aggredi constituerant, opportunitate, suam quisque domum recurrunt; et eodem sua quemque caterva comitatur. Reliqua plebs, tanquam in publica calamitate, forum media de nocte occupat. Consulum alter, qui in Urbe aderat, Opimius, armatorum manum prima luce in Capitolium convenire jubet, et senatum per præcones convocat; ipse interim media in urbe ædem Castorum occupat, et ibi in omnem occasionem intentus manet.

XXVI. His ita dispositis, senatus Gracchum et Flaccum ad causam in curia dicendam evocat. At illi armati in Aventinum montem excurrunt; sperantes, hoc occupato, senatum ad ineundas pacis conditiones faciliorem se habituros. Ac dum per urbem discurrunt, servos etiam, sed frustra, convocant ad pileum. Itaque cum suorum manu ædem Dianæ occupant muniuntque. Inde Quintium, Flacci filium, ad senatum mittunt, acturum de concordia. Re-

μεθ' ὁμονοίας. Οἱ δ' ἐκέλευον αὐτοὺς, ἀποθεμένους τὰ ὅπλα ἥκειν ἐς τὸ βουλευτήριον, καὶ λέγειν ὅ τι θέλοιεν, ἢ μηκέτι πέμπειν μηδένα. Τῶν δ' αὖθις τὸν Κόϊντον ἐπιπεμψάντων, τόνδε μὲν Ὀπίμιος ὁ ὕπατος, διὰ τὴν προαγόρευσιν, ὡς οὐκ ἔτι πρεσβευτὴν ὄντα, συνελάμβανε· τοῖς δὲ περὶ τὸν Γράκχον τοὺς ὡπλισμένους ἐπέπεμπε. Καὶ Γράκχος μὲν διὰ τῆς ξυλίνης γεφύρας ἐς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ καταφυγὼν ἐς ἄλσος τι μεθ' ἑνὸς θεράποντος, ὑπέσχε τῷ θεράποντι τὴν σφαγὴν καταλαμβανόμενος. Φλάκκου δ' ἐς ἐργαστήριον ἀνδρὸς γνωρίμου καταφυγόντος, οἱ μὲν διώκοντες, τὴν οἰκίαν οὐκ εἰδότες, ὅλον ἐμπρήσειν τὸν στενωπὸν ἠπείλουν. Ὁ δ' ὑποδεξάμενος, αὐτὸς μὲν ὤκνησε μηνῦσαι τὸν ἱκέτην, ἑτέρῳ δὲ προσέταξε μηνῦσαι. Καὶ συλληφθεὶς ὁ Φλάκκος ἀνῃρέθη. Γράκχου μὲν δὴ καὶ Φλάκκου τὰς κεφαλὰς ἔφερόν τινες Ὀπιμίῳ· καὶ αὐτοῖς ὁ Ὀπίμιος ἰσοβαρὲς χρυσίον ἀντέδωκεν. Ὁ δὲ δῆμος αὐτῶν τὰς οἰκίας διήρπαζε, καὶ τοὺς συμφρονήσαντας ὁ Ὀπίμιος συλλαβὼν, ἐς τὴν φυλακὴν ἐνέβαλέ τε καὶ ἀποπνιγῆναι προσέταξε. Κοΐντῳ δὲ τῷ Φλάκκου παιδὶ συνεχώρησεν ἀποθανεῖν ὡς θέλοι· καὶ τὴν πόλιν ἐπὶ τοῖς φόνοις ἐκάθαιρεν. Ἡ δὲ βουλὴ καὶ νεὼν Ὁμονοίας αὐτὸν ἐν ἀγορᾷ προσέταξεν ἐγεῖραι.

XXVII. Καὶ ἡ στάσις ἡ τοῦ δευτέρου Γράκχου ἐς τάδε ἔληγε. Νόμος τε οὐ πολὺ ὕστερον ἐκυρώθη, Τὴν γῆν, ὑπὲρ ἧς διεφέροντο, ἐξεῖναι πιπράσκειν τοῖς ἔχουσιν (ἀπείρητο γὰρ ἐκ Γράκχου τοῦ προτέρου καὶ τόδε). Καὶ εὐθὺς οἱ πλούσιοι παρὰ τῶν πενήτων ἐωνοῦντο, ἢ ταῖσδε ταῖς προφάσεσιν ἐβιάζοντο. Καὶ περιῆν ἐς χεῖρον ἔτι τοῖς πένησι· μέχρι Σπούριος Βόριος δημαρχῶν εἰσηγήσατο νόμον, Τὴν μὲν γῆν μηκέτι διανέμειν, ἀλλ' εἶναι τῶν ἐχόντων, καὶ φόρους ὑπὲρ αὐτῆς τῷ δήμῳ κατατίθεσθαι, καὶ τάδε τὰ χρήματα χωρεῖν ἐς διανομάς. Ὅπερ ἦν μέν τις τοῖς πένησι παρηγορία, διὰ τὰς διανομάς· ὄφελος δ' οὐδὲν ἐς πολυπληθίαν. Ἅπαξ δὲ τοῖς σοφίσμασι τοῖσδε τοῦ Γραχχείου νόμου παραλυθέντος (ἀρίστου καὶ ὠφελιμωτάτου, εἰ ἐδύνατο πραχθῆναι, γενομένου), καὶ τοὺς φόρους οὐ πολὺ ὕστερον διέλυσε δήμαρχος ἕτερος. Καὶ ὁ δῆμος ἀθρόως ἁπάντων ἐξεπεπτώκει. Ὅθεν ἐσπάνιζον ἔτι μᾶλλον ὁμοῦ πολιτῶν τε καὶ στρατιωτῶν, καὶ γῆς προσόδου καὶ διανομῶν, καὶ νόμων, πεντεκαίδεκα μάλιστα ἔτεσιν ἀπὸ τῆς Γράκχου νομοθεσίας, ἐπὶ δίκαις ἐν ἀργίᾳ γεγονότες.

XXVIII. Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ Σκιπίων ὕπατος καθεῖλε τὸ θέατρον, οὗ Λεύκιος Κάσσιος ἦρκτο, καὶ ἤδη που τέλος ἐλάμβανεν· ὡς καὶ τόδε στάσεων ἄρξον ἑτέρων, ἢ οὐ χρήσιμον ὅλως Ἑλληνικαῖς ἡδυπαθείαις Ῥωμαίους ἐθίζεσθαι. Τιμητὴς δὲ Κόϊντος Καικίλιος Μέτελλος, Γλαυκίαν τε βουλεύοντα, καὶ Ἀπουλήϊον Σατορνῖνον δεδημαρχηκότα ἤδη, τῆς ἀξιώσεως παρέλυεν, αἰσχρῶς βιοῦντας· οὐ μὴν ἐδυνήθη· ὁ γὰρ οἱ συνάρχων οὐ συνέθετο. Μικρὸν οὖν ὕστερον ὁ Ἀπουλήϊος, ὡς ἀμυνούμενος τὸν Μέτελλον, ἐς ἑτέραν παρήγ-

sponsum est: « venirent ipsi positis armis, et quæ vellent dicerent; si id non placeret, neminem porro ad se mitterent. » Et quum nihilo minus iterum Quintus ab his esset missus, Opimius eum, tanquam non jam legatum, propter id quod eis denunciatum erat, comprehendi jussit; simulque armatos contra Gracchanos misit. Gracchus per sublicium pontem fugit trans Tiberim, in quemdam lucum, comite unico servo; cui mox, cum in eo esset ut deprehenderetur, jugulum præbuit. Flaccus in familiaris cujusdam viri officinam confugerat. Quem qui persequebantur, ignari quam in domum se abdidisset, toti vico minabantur incendium. Itaque qui trepidum exceperat, ipse quidem veritus prodere supplicem, alium tamen quemdam jussit indicium facere. Et comprehensus Flaccus occiditur. Utriusque dein caput, relatum ad consulem, pari repensum est auri pondere. Domus eorum direptæ a populo. Conspirationis socii in carcere, jussu consulis, laqueo suffocati. Quinto, Flacci filio, permissum est suo arbitratu genus mortis eligere. Deinde Urbs lustrata a cædibus : et Concordiæ fanum in foro ex senatusconsulto exstructum.

XXVII. Is exitus fuit secundæ seditionis Gracchanæ. Nec ita multo post lex lata est, licere cuique suam portionem publici agri vendere; quod et ipsum ex superioris Gracchi lege vetitum erat. Moxque divites coemebant pauperum portiones; et partim vi quoque, hac vel illa prætenta causa, possessionibus eos depellebant. Jamque pejor conditio pauperum, quam antea, esse cœpit. Tandem Spurius Borius, tribunus pl. tulit legem; « ne divideretur amplius ager publicus; sed relinqueretur possessoribus, hac conditione, ut vectigal penderent populo, et pecunia inde collecta viritim distribueretur. » Quæ lex sicut egenis, propter pecuniæ distributionem quoddam adtulit solatium; sic infrequentiæ populi nullum afferebat remedium. Jam vero elusis, per hujusmodi artificia, semel Gracchi legibus, perutilibus alioqui reipubl. futuris, si conatus succedere potuisset; non multo post ab alio tribuno pl. vectigal etiam illud abrogatum; et plebi ex omnibus nihil reliquum factum est. Inde major etiam secuta simul est civium militumque raritas; et plebs agrorum vectigalibus, distributionibus frumentariis, legumjussione carebat : quod malum anno quintodecimo a C. Gracchi legumlatione contigit.

XXVIII. Per idem tempus Scipio cos. theatrum demolitus est, inchoatum a Lucio Cassio, et tum pæne absolutum : quod hæc quoque videretur novarum seditionum materia futura; vel quod omnino e republica non esse, existimaret, populum Græcanicis voluptatibus assuefieri. Censor vero Q. Cæcilius Metellus, Glauciam senatorem, et Apuleium Saturninum, tribunatu defunctum, senatu movere conatus est propter vitæ dedecora; sed, renitente collega, nihil effecit. Quamobrem Apuleius paulo post, ulturus injuriam a Metello acceptam, se candidatum tribunatus professus est;

γελλε δημαρχίαν, φυλάξας στρατηγοῦντα τὸν Γλαυκίαν καὶ τῆσδε τῶν δημάρχων τῆς χειροτονίας προεστῶτα. Νώνιος μὲν οὖν, ἐπιφανὴς ἀνὴρ, ἔς τε τὸν Ἀπουλήϊον παρρησίᾳ χρώμενος, καὶ Γλαυκίαν ἐξονειδίζων, δήμαρχος ἀπεδείχθη. Δείσαντες δ' ὁ Γλαυκίας καὶ ὁ Ἀπουλήϊος, μὴ δημαρχῶν αὐτοὺς ἀμύναιτο, ὄχλον ἀνδρῶν εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀπιόντι ἐπιπέμπουσι σὺν θορύβῳ, καὶ ἔς τι πανδοχεῖον συμφυγόντα συνεκέντησαν. Τοῦ δὲ πάθους οἰκτροῦ καὶ δεινοῦ φανέντος, οἱ περὶ τὸν Γλαυκίαν, οὔπω τοῦ δήμου συνελθόντος, ἅμ' ἕῳ χειροτονοῦσι δήμαρχον τὸν Ἀπουλήϊον. Καὶ τὸ μὲν Νωνίου πάθος ὧδε ἐσιγήθη διὰ τὴν δημαρχίαν Ἀπουληΐου, δεδιότων αὐτὸν ἔτι ἐξελέγχειν.

XXIX. Ἐξηλάθη δὲ καὶ Μέτελλος ὑπ' αὐτῶν, προσλαβόντων Γάϊον Μάριον, ἕκτην ἄρχοντα ὑπατείαν, ἐχθρὸν ἀφανῆ τοῦ Μετέλλου. Καὶ συνέπραξαν ὧδε ἅπαντες ἀλλήλοις. Ὁ μὲν Ἀπουλήϊος νόμον ἐσέφερε, Διαδάσασθαι γῆν, ὅσην ἐν τῇ νῦν ὑπὸ Ῥωμαίων καλουμένῃ Γαλατίᾳ Κιμβροὶ γένος Κελτῶν κατειλήφεσαν· καὶ αὐτοὺς ὁ Μάριος ἔναγχος ἐξελάσας, τὴν γῆν ὡς οὐκέτι Γαλατῶν, ἐς Ῥωμαίους περιεσπάκει. Προσέκειτο δὲ, Εἰ κυρώσειε τὸν νόμον ὁ δῆμος, τὴν βουλὴν πένθ' ἡμέραις ἐπομόσαι, πεισθήσεσθαι τῷ νόμῳ· ἢ τὸν οὐκ ὀμόσαντα μήτε βουλεύειν, καὶ ὄφλειν τῷ δήμῳ τάλαντα εἴκοσιν· ὑπονοοῦντες, οὕτως ἄλλους τε τῶν δυσχεραινόντων ἀμυνεῖσθαι, καὶ Μέτελλον ὑπὸ φρονήματος οὐκ ἐνδώσοντα πρὸς τὸν ὅρκον. Ὁ μὲν δὴ νόμος ὧδε εἶχε. Καὶ ὁ Ἀπουλήϊος ἡμέραν αὐτοῦ τῇ δοκιμασίᾳ προὐτίθει, καὶ περιέπεμπε τοὺς ἐξαγγέλλοντας τοῖς οὖσιν ἀνὰ τοὺς ἀγρούς, οἷς δὴ καὶ μάλιστ' ἐθάῤῥουν, ὑπεστρατευμένοις Μαρίῳ. Πλεονεκτούντων δ' ἐν τῷ νόμῳ τῶν Ἰταλιωτῶν, ὁ δῆμος ἐδυσχέραινε.

XXX. Καὶ στάσεως ἐν τῇ κυρίᾳ γενομένης, ὅσοι μὲν ἐκώλυον τῶν δημάρχων τοὺς νόμους, ὑβριζόμενοι πρὸς τοῦ Ἀπουληΐου κατεπήδων ἀπὸ τοῦ βήματος. Ὁ δὲ πολιτικὸς ὄχλος ἐβόα, ὡς γενομένης ἐν ἐκκλησίᾳ βροντῆς, ὅθεν οὐ θέμις ἐστὶ Ῥωμαίοις οὐδὲν ἔτι κυροῦν. Βιαζομένων δὲ καὶ ὣς τῶν περὶ τὸν Ἀπουλήϊον, οἱ πολιτικοὶ, τά τε ἱμάτια διαζωσάμενοι, καὶ τὰ προστυχόντα ξύλα ἁρπάσαντες, τοὺς ἀγροίκους διέστησαν. Οἱ δ' αὖθις ὑπὸ τοῦ Ἀπουληΐου συγκαλούμενοι, μετὰ ξύλων καὶ οἵδε τοῖς ἀστυκοῖς ἐπῄεσαν, καὶ βιασάμενοι, τὸν νόμον ἐκύρωσαν. Κυρωθέντος δ', αὐτίκα Μάριος, οἷα ὕπατος, τῇ βουλῇ προὐτίθει σκοπεῖν περὶ τοῦ ὅρκου· καὶ τὸν Μέτελλον εἰδὼς στεῤῥόν τε τῇ γνώμῃ, καὶ βέβαιον ἐφ' ὅ τι φρονήσειεν ἢ εἰπεῖν φθάσειεν, ἐτίθει πρῶτος ἐς μέσον τὴν γνώμην τὴν ἑαυτοῦ μετ' ἐνέδρας, καὶ ἔλεγεν, ὡς οὔποτε τὸν ὅρκον ἑκὼν τόνδε αὐτὸς ὀμόσειε. Συναποφηναμένου δὲ ταῦτα καὶ τοῦ Μετέλλου, καὶ τῶν ἄλλων αὐτοὺς ἐπαινεσάντων, ὁ Μάριος διέλυσε τὴν βουλήν. Εἶτα τῆς πέμπτης ἡμέρας (ἣ τῷ ὅρκῳ τελευταία κατὰ τὸν νόμον ἦν) ἀμφὶ δεκάτην ὥραν αὐτοὺς κατὰ σπουδὴν συναγαγὼν, ἔφη· τὸν δῆμον ἐσπουδακότα περὶ τὸν νόμον δεδιέναι, μηχανὴν δ' ὁρᾷν καὶ σόφισμα τοι-

observata occasione, quod Glaucia, tunc prætor, præesset comitiis. Sed tum quidem pro eo Nonius, vir nobilis, invectus non sine opprobriis in Apuleium et Glauciam, tribunus plebis designatur. Illi, veriti, ne is potestatem adeptus in se animadverteret, in redeuntem e comitiis confestim immittunt juvenum globum; qui profugientem, in caupona quadam assecuti, confoderunt. Ea Nonii cædes quum indigna omnibus visa esset et miserabilis; Glauciæ factio, summo mane, priusquam frequens populus conveniret in comitium, tribunum plebis creat Apuleium. Atque hoc modo silentium fuit de Nonio, nemine auso jam tribunum facinoris ejus coarguere.

XXIX. Dein ab eisdem Metellus quoque actus est in exilium, conspirante cum inimicis ejus C. Mario, tunc sextum consule; cui occulta simultas cum Metello erat. Ad id facinus efficiendum tali quodam communi consilio usi sunt. Apuleius legem promulgabat « de dividendis agris, quos Cimbri, Celticus populus, in Gallia, quæ Gallia Provincia hodie a Romanis vocatur, occupaverant; qui ager pulsis nuper a Mario Cimbris, jam non amplius Gallici juris, sed Romani esset. » Adjectum erat legi, « ut, si plebs eam scivisset, senatus intra quintum diem in eam juraret : qui recusaret jurare, senatu moveretur, et insuper talentis viginti mulctaretur. » Ita captabatur vindictæ occasio, cum de aliis, qui eam rem ægre essent passuri, tum de Metello potissimum, qui pro sua gravitate et constantia non videbatur illam de juramento conditionem initurus. Et lex quidem talis fuit. Apuleius vero quum diem comitiis habendis indixisset, nuncios interim circa rusticas tribus, quibus maxime fidebat, quod ex eis plerique sub Mario militassent, dimisit : nam ea lex quia magis conducere videbatur sociis Italicis, populo cæteroquin minime grata erat.

XXX. Itaque tumultuosa fuerunt comitia. Quotquot dissuadere conabantur legem, ii per Apuleium a Rostris deturbabantur. Hinc urbana multitudo, auditum esse tonitru, clamabat : quod quoties accidit, nefas est quidquam porro ea die decernere. Apuleio vero nihilominus, cum suis, in cœpto proposito pertinaciter persistente; urbani, præcinctis togis, vertentes in telum quidquid fors obtulit, disjecerunt rusticos. At illi, convocante rursus Apuleio, conglobati occurrerunt urbanis, armati et ipsi fustibus; eviceruntque, ut lex perferretur. Quo facto, confestim Marius consul, pro muneris ratione, ad senatum retulit de jurejurando : et quod sciret, Metellum constantem esse ac firmum in proposito aut in eo quod semel dixisset; primus ipse sententiam dixit, dolum illi struens, negavitque se unquam sua sponte suaque voluntate juraturum. Cui quum Metellus disertis verbis assensisset, collaudantibus utrumque cæteris, senatus dimissus est. Quinto vero post die, quem diem lex jurijurando præscripserat terminum, circiter horam decimam, consul, propere coacto senatu, ait : « timere se plebem, studiose legi faventem. Sed adversus eam providisse hanc fallaciam : jurandum esse in verba legis,

όνδε· ὀμόσειν γὰρ, ᾗ νόμος ἐστὶ, τῷδε πεισθήσεσθαι τῷ νόμῳ· καὶ νῦν μὲν οὕτω διασκεδᾶν τοὺς ἀπὸ τῶν ἀγρῶν ἐνηδρευμένους, ὕστερον δ' οὐ δυσχερῶς ἐπιδείξειν, ὅτι οὐκ ἔστι νόμος, ὁ πρὸς βίαν τε καὶ βροντῆς ὠνομασμένης κεκυρωμένος παρὰ τὰ πάτρια.

XXXI. Ταῦτα δ' εἰπὼν, καὶ τέλος οὐδὲν ἀναμείνας, πάντων ἔτι σιωπώντων ὑπ' ἐκπλήξεως ἐπὶ τῇ ἐνέδρᾳ καὶ τῷ χρόνῳ δεδαπανημένῳ, οὐδ' ἐνθυμηθῆναί τι παρασχὼν αὐτοῖς, ἐξανίστατο ἐς τὸν τοῦ Κρόνου νεὼν, οὗ τοὺς ταμίας ἐχρῆν ὀμνύναι καὶ ὤμνυε σὺν τοῖς φίλοις πρῶτος. Ὤμνυον δὲ καὶ οἱ λοιποὶ, τὸ ἑαυτοῦ δεδιὼς ἕκαστος. Μέτελλος δ' οὐκ ὤμοσε μόνος, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως διέμεινεν ἀφόβως. Καὶ αὐτὸν εὐθὺς τῆς ἐπιούσης ὁ Ἀπουλήϊος, ἐπιπέμψας τὸν ὑπηρέτην, ἐξεῖλκεν ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου. Ῥυομένων δὲ τῶν ἑτέρων δημάρχων, ὁ Γλαυκίας καὶ ὁ Ἀπουλήϊος ἐς τοὺς ἀγροίκους ἐκδραμόντες, οὐκ ἔφασκον αὐτοῖς ἔσεσθαι τὴν γῆν, οὐδὲ τὸν νόμον κύριον, εἰ μὴ Μέτελλος ἐξελαθείη. Ψήφισμά τε φυγῆς ἐπέγραφον αὐτῷ, καὶ, τοὺς ὑπάτους ἐπικηρῦξαι, προσετίθεσαν, μηδένα Μετέλλῳ κοινωνεῖν πυρὸς ἢ ὕδατος ἢ στέγης· ἔς τε τὴν δοκιμασίαν τοῦδε τοῦ ψηφίσματος ἡμέραν προὔγραφον. Δεινῆς δὲ τῶν ἀστυκῶν ἀγανακτήσεως οὔσης, καὶ παραπεμπόντων ἀεὶ Μέτελλον σὺν ξιφιδίοις, ὁ Μέτελλος αὐτοὺς ἀσπασάμενος, καὶ ἐπαινέσας τῆς προαιρέσεως, οὐκ ἔφη δι' ἑαυτὸν ἐάσειν οὐδένα κίνδυνον ἐπιγενέσθαι τῇ πατρίδι. Καὶ τόδε ἐπειπὼν, ὑπεξῆλθε τῆς πόλεως. Καὶ τὸ ψήφισμα ὁ Ἀπουλήϊος ἐκύρου, καὶ τὰ ἐν τῷ ψηφίσματι Μάριος ἐπεκήρυττεν.

XXXII. Οὕτω μὲν δὴ καὶ Μέτελλος, ἀνὴρ εὐδοκιμώτατος, ἔφευγε. Καὶ ὁ Ἀπουλήϊος ἐπ' αὐτῷ τρίτον ἐδημάρχει· καί τις αὐτῷ συνῆρχε, δραπέτης εἶναι νομιζόμενος, Γράκχον ἑαυτῷ τὸν πρεσβύτερον πατέρα ἐπιγράφων· καὶ τὸ πλῆθος αὐτῷ συνεπεπράχει περὶ τὴν χειροτονίαν, πόθῳ Γράκχου. Προτεθείσης δὲ ὑπάτων χειροτονίας, Μάρκος μὲν Ἀντώνιος ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἀναμφιλόγως ᾑρέθη· τὴν δὲ ὑπόλοιπον Γλαυκίας ὅδε καὶ Μέμμιος μετῄεσαν. Μεμμίου δ' ὄντος ἐπιδοξοτέρου παρὰ πολὺ, δείσας ὁ Γλαυκίας καὶ ὁ Ἀπουλήϊος, ἐπιπέμπουσί τινας αὐτῷ σὺν ξύλοις ἐν αὐτῇ τῇ χειροτονίᾳ, οἳ τὸν Μέμμιον παίοντες ἐν μέσῳ πάντων ὁρώντων συνέκοψαν. Καὶ ἡ μὲν ἐκκλησία θορυβηθεῖσα διελύετο, οὔτε νόμων οὔτε δικαστηρίων οὔτε τινὸς αἰδοῦς ἔτι ὑπούσης· ὁ δὲ δῆμος, ἀγανακτῶν, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν μετ' ὀργῆς συνέτρεχεν, ὡς κτενοῦντες τὸν Ἀπουλήϊον. Ὁ δ', ἄλλο πλῆθος ἀλίσας ἀπὸ τῶν ἀγρῶν, μετὰ Γλαυκίου καὶ Γαΐου Σαυφηΐου ταμίου τὸ Καπιτώλιον κατέλαβε. Καὶ αὐτοὺς τῆς βουλῆς ἀναιρεθῆναι ψηφισαμένης, ὁ Μάριος ἀχθόμενος, ὅμως ὥπλιζέ τινας σὺν ὄκνῳ· καὶ βραδύνοντος, ἕτεροι τὸ ὕδωρ ἐπιρρέον ἐς τὸ ἱερὸν διέτεμον. Καὶ Σαυφήϊος μὲν ἐμπρῆσαι τὸν νεὼν, ὑπὸ δίψης ἀπολλύμενος, ἠξίου. Γλαυκίας δὲ καὶ Ἀπουλήϊος, ἐλπίσαντες αὐτοῖς ἐπικουρήσειν Μάριον, παρέδωκαν ἑαυτοὺς, οἵδε πρῶτοι, καὶ ἐπ' ἐκείνοις ὁ Σαυφήϊος.

quatenus ea sit legitima. Ita fore, ut ad præsens dispergatur multitudo rustica, quæ ipsis insidiaretur : postea vero facile posse ostendi, non esse legem, quæ et per vim et Jove tonante, præter morem majorum, lata sit. »

XXXI. His dictis, nemine exspectato, dum adhuc silent omnes, stupentes insidias consulis, et angustiis temporis territi, ne spatio quidem ullo ad cogitandum concesso, surgit Marius, et ad ædem Saturni pergit, ubi jurare quæstores moris erat : ibique primus ipse, cum amicis, jurejurando se obligat. Idem mox et reliqui senatores, dum sibi quisque metuit, faciunt. Solus Metellus jurare noluit, intrepide perstans in sententia. Itaque hunc statim Apuleius sequenti die per viatorem extraxit e curia : et, jubentibus cæteris tribunis eum missum fieri, ipse una cum Glaucia procurrens ad rusticos « neque agrum eos habituros, dicebat, neque legem ratam fore, ni Metellus mittatur in exilium. » Jamque iidem proponunt legem, ut solum verteret Metellus, et consules ei aqua et igne interdicerent, vetarentque ne quis eum tecto reciperet : ac diem constituunt, quo ea lex plebiscito rata haberetur. Quibus rebus quum vehementissime indignarentur urbani, et sicis sub veste accincti ubique deducerent Metellum; ipse, comiter laudata eorum voluntate, negavit, se commissurum ut patriæ causa fieret periculorum. Hisque dictis, ex urbe se subtraxit. Et, urgente rem Apuleio, fit plebiscitum : Mariusque consul edixit id, quod legi erat adjectum.

XXXII. Hunc in modum Metellus, vir laudatissimus, exulatum abiit. Et Apuleius deinde in tertium annum tribunus plebis refectus est; addito collega fugitivo quodam, ut tum quidem ferebatur, qui se Gracchi majoris jactabat filium; vulgo hominum cupide suffragante, ob ipsius Gracchi desiderium. Consularibus dein comitiis, M. quidem Antonius uno omnium consensu consul creatus est; de collega autem futuro ambigebatur, Glaucia illo, quem dixi, Memmioque competentibus. Sed quum Memmius multo esset nobilior, Glaucia et Apuleius, sibi timentes, in ipsis comitiis immiserunt in eum quosdam, qui omnibus inspectantibus confecerunt hominem fustibus. Itaque territa solvitur concio; neque legibus amplius valentibus, neque judiciis, et sublata omni hominum deorumve reverentia. Postridie vero populus, indignitate rei commotus iratusque, concurrit, necem Apuleio minitans. Ad ille, nova multitudine ex agris excita, assumtoque Glaucia, et C. Saufeio quæstore, Capitolium occupat. Quos postquam senatus hostes judicavit; Marius, gravatim quidem, armat tamen nonnullos, sed admodum cunctanter : interim alii, morarum pertæsi, tubos in templum aquam ducentes intercidunt. Itaque Saufeius, sitim non ferens, incendendum templum censuit. Sed Glaucia et Apuleius, Mario freti, deditionem fecerunt primi, et post illos Saufeius. Omnibus necem

Μάριος δ', αὐτίκα πάντων αὐτοὺς ἀναιρεῖν κελευόντων, ἐς τὸ βουλευτήριον συνέκλεισεν, ὡς ἐννομώτερον ἐργασόμενος. Οἱ δὲ, πρόφασιν τοῦτ' εἶναι νομίσαντες, τὸν κέραμον ἐξέλυον τοῦ βουλευτηρίου, καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀπουλήϊον ἔβαλλον, ἕως ἀπέκτειναν· ταμίαν τε, καὶ δήμαρχον, καὶ στρατηγὸν, ἔτι περικειμένους τὰ σύμβολα τῆς ἀρχῆς.

XXXIII. Πολὺς δὲ καὶ ἄλλος ὅμιλος ἐν τῇ στάσει διέφθαρτο, καὶ δήμαρχος ἕτερος, τοῦ Γράκχου παῖς εἶναι νομιζόμενος, πρώτην δημαρχῶν ἐκείνην ἡμέραν· οὐδένα ἔτι ὠφελούσης οὔτε ἐλευθερίας, οὔτε δημοκρατίας, οὔτε νόμων, οὔτε ἀξιώσεως, οὔτε ἀρχῆς· ὅπου καὶ ἡ τῶν δημάρχων, ἔς τε κώλυσιν ἁμαρτημάτων καὶ ἐς ἐπικούρησιν τῶν δημοτῶν γενομένη, ἱερὰ καὶ ἄσυλος οὖσα, τοιάδε ὕβριζε, καὶ τοιάδε ἔπασχεν. Ἀναιρεθέντων δὲ τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀπουλήϊον, ἡ μὲν βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐκεκράγεσαν κατακαλεῖν Μέτελλον. Πούπλιος δὲ Φούριος δήμαρχος, οὐδ' ἐλευθέρου πατρὸς, ἀλλ' ἐξελευθέρου, θρασέως ἐνίστατο αὐτοῖς· καὶ οὐδὲ Μετέλλου, τοῦ Μετέλλου παιδὸς, ἱκετεύοντος αὐτὸν ἐν ὄψει τοῦ δήμου, καὶ δακρύοντος, καὶ τοῖς ποσὶ προσπίπτοντος, ἐνεκλάσθη. Ἀλλ' ὁ μὲν παῖς ἐκ τῆσδε τῆς ὄψεως Εὐσεβὴς ἐς τὸ ἔπειτα ἐκλήθη. Τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους, Φούριον μὲν ἐπὶ τῷδε ἐς δίκην Γάϊος Κανουλήϊος δήμαρχος ὑπῆγε· καὶ ὁ δῆμος, οὐδὲ τοὺς λόγους ὑπομείνας, διέσπασε τὸν Φούριον. Οὕτως ἀεί τι μύσος ἑκάστου ἔτους ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐγίγνετο. Μετέλλῳ δ' ἡ κάθοδος ἐδόθη. Καί φασιν, αὐτῷ τὴν ἡμέραν οὐκ ἀρκέσαι, περὶ τὰς πύλας δεξιουμένῳ τοὺς ἀπαντῶντας. Τρίτον μὲν δὴ τόδε ἔργον ἐμφύλιον ἦν τὸ Ἀπουληΐου, μετὰ δύο τὰ Γράκχεια, καὶ τοσάδε εἴργαστο Ῥωμαίους.

XXXIV. Οὕτω δ' ἔχουσιν αὐτοῖς, ὁ Συμμαχικὸς καλούμενος Πόλεμος ἐπιγίγνεται, ἐθνῶν ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν πολλῶν· ἀρξάμενός τε παραδόξως, καὶ ἀθρόως ἐπὶ μέγα προελθὼν, καὶ τὰς στάσεις ἐν Ῥώμῃ σβέσας ὑπὸ δέους ἐπὶ πολύ. Λήγων δὲ καὶ ὅδε στάσεις τε ἄλλας καὶ στασιάρχας δυνατωτέρους ἀνέθρεψεν, οὐ νόμων εἰσηγήσεσιν ἔτι, οὐδὲ δημοκοπίαις, ἀλλ' ἀθρόοις στρατεύμασι κατ' ἀλλήλων χρωμένους. Καὶ αὐτὸν διὰ τάδε συνήγαγον ἐς τήνδε τὴν συγγραφὴν, ἔκ τε τῆς ἐν Ῥώμῃ στάσεως ἀρξάμενον, καὶ ἐς πολὺ χείρονα στάσιν ἑτέραν ἐκπεσόντα. Ἤρξατο δὲ ὧδε· Φούλβιος Φλάκκος ὑπατεύων, μάλιστα δὴ πρῶτος ὅδε ἐς τὸ φανερώτατον ἠρέθιζε τοὺς Ἰταλιώτας ἐπιθυμεῖν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας, ὡς κοινωνοὺς τῆς ἡγεμονίας ἀντὶ ὑπηκόων ἐσομένους. Εἰσηγούμενος δὲ τὴν γνώμην, καὶ ἐπιμένων αὐτῇ καρτερῶς, ὑπὸ τῆς βουλῆς ἐπί τινα στρατείαν ἐξεπέμφθη διὰ τόδε. Ἐν ᾗ τῆς ὑπατείας αὐτῷ δεδαπανημένης, ὅδε καὶ δημαρχεῖν εἵλετο μετ' αὐτὴν, καὶ ἔπραξε γενέσθαι σὺν Γράκχῳ τῷ νεωτέρῳ, τοιάδε ἄλλα ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας ἐσφέροντι κἀκείνῳ. Ἀναιρεθέντοιν δὲ ἀμφοῖν, ὥς μοι προείρηται, πολὺ μᾶλλον ἠρέθιστο ἡ Ἰταλία· οὔτε γὰρ ἠξίουν ἐν ὑπηκόων, ἀντὶ κοινωνῶν, εἶναι μέρει,

eorum conclamantibus, Marius consul in curiam eos inclusit, velut magis legitime sumturus de eis supplicum. Plebs vero, simulationem hanc esse rata, convulso tecto curiæ, Apuleium cum suis, quæstorem, tribunum plebis, prætorem, etiam tum ornatos magistratuum insignibus, injectis tegulis interemit.

XXXIII. Eadem seditione periit et alia multa turba, et in ea tribunus ille Gracchi filius habitus, primo initi magistratus die; non libertate sua quemquam amplius tuente, non reipublicæ forma, non legibus, non dignitate, non magistratu: quandoquidem et tribunitia potestas, cohibendis sceleribus et protegendæ plebi inventa, ac sacrosancta habita, jam et ipsa tales patrabat injurias, et ab aliis talia patiebatur. Occiso Apuleio cum suis, senatus populusque clamabant, revocandum esse ab exilio Metellum. At P. Furius, tribunus plebis, ne ingenuo quidem patre, natus, sed liberto, præfracte eis resistebat; etiam Metellum, ejus filium, supplicem in conspectu populi ad genua sibi cum lacrymis provolutum, aspernatus. Quo factum est, ut hic quidem tam miserabili specie Pii cognomen adeptus sit; Furius vero, quum ob istam pertinaciam, exacto magistratus sui anno, a C. Canuleio tribuno plebis apud populum reus ageretur, ne exspectata quidem defensione, discerptus sit a furente multitudine. Sic quolibet anno novum aliquod in foro committebatur piaculum. Metello vero concessus est in patriam reditus: ferturque, integram diem non suffecisse gratulationibus amicorum ad portam eum excipientium. Tertia hæc fuit dissensio civium Apuleiana; quæ, post duas illas Gracchanas, tali modo Romæ grassata est.

XXXIV. Supervenit mox sociale, quod vocatur, bellum, ex conspiratione multorum Italiæ populorum conflatum. Id, ut insperato exortum, ita subito in immensum auctum, urbanas seditiones novo terrore aliquantisper sopiit: finitum vero, alias turbas excivit, ductu potentiorum principum; qui jam non promulgandis legibus, aut plebeiis tumultibus, sed totis exercitibus, ruebant in mutuam perniciem. Quapropter inserendum duxi his commentariis; tum quod ex urbana seditione natum sit, tum quod in aliam longe nocentiorem evaserit. Ejus belli fuit initium hujusmodi. Fulvius Flaccus in consulatu suo primus omnium aperte Italicis sociis injecerat civitatis Romanæ cupidinem; sperantibus, sic se non amplius subditos fore, sed imperii participes. De qua sententia quum referret ad senatum, et in ea firmiter perstaret, ob eam rem a senatu ad bellum quoddam administrandum est ablegatus. Quo bello quum absumtum esset Flacco tempus consulatus, tribunatum plebis idem ambiit; effecitque, ut Graccho minori collega daretur, qui et ipse alias leges in favorem Italicorum promulgavit. Utroque autem cæso, quemadmodum supra est expositum, multo magis irritati sunt sociorum animi. Indigne enim ferebant, et se pro subditis magis quam pro so-

οὔτε Φλάκκον καὶ Γράκχον ὑπὲρ αὐτῶν πολιτεύοντας τοιάδε παθεῖν.

XXXV. Ἐπὶ δὲ ἐκείνοις καὶ Λίβιος Δροῦσος δημαρχῶν, ἀνὴρ ἐπιφανέστατος ἐκ γένους, δεηθεῖσι τοῖς Ἰταλιώταις νόμον αὖθις εἰσενεγκεῖν περὶ τῆς πολιτείας ὑπέσχετο. Τούτου γὰρ δὴ μάλιστα ἐπεθύμουν, ὡς ἐνὶ τῷδε αὐτίκα ἡγεμόνες ἀντὶ ὑπηκόων ἐσόμενοι. Ὁ δὲ, τὸν δῆμον ἐς τοῦτο προθεραπεύων, ὑπήγετο ἀποικίαις πολλαῖς ἔς τε τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν, ἐψηφισμέναις μὲν ἐκ πολλοῦ, γεγονυίαις δὲ οὔπω. Τήν τε βουλὴν καὶ τοὺς ἱππέας, οἳ μάλιστα δὴ τότε ἀλλήλοις διὰ τὰ δικαστήρια διεφέροντο, ἐπὶ κοινῷ νόμῳ συναγαγεῖν ἐπειρᾶτο· σαφῶς μὲν οὐ δυνάμενος ἐς τὴν βουλὴν ἐπανενεγκεῖν τὰ δικαστήρια, τεχνάζων δ' ἐς ἑκατέρους ὧδε. Τῶν βουλευτῶν διὰ τὰς στάσεις τότε ὄντων μόλις ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους, ἑτέρους τοσούσδε αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἱππέων εἰσηγεῖτο ἀριστίνδην προσκαταλεγῆναι, καὶ ἐκ τῶνδε πάντων ἐς τὸ μέλλον εἶναι τὰ δικαστήρια. Εὐθύνας τε ἐπ' αὐτῶν γίγνεσθαι δωροδοκίας, προσέγραφεν· ἐγκλήματος ἴσα δὴ καὶ ἀγνοουμένου, διὰ τὸ ἔθος τῆς δωροδοκίας ἀνέδην ἐπιπολαζούσης. Ὁ μὲν δὴ τάδε πρὸς ἑκατέρους ἐπενόει· περιῆλθε δὲ ἐς τὸ ἐναντίον αὐτῷ. Ἥ τε γὰρ βουλὴ χαλεπῶς ἔφερεν, ἀθρόως αὐτῇ τοσούσδε προσκαταλεγῆναι, καὶ ἐξ ἱππέων ἐς τὸ μέγιστον ἀξίωμα μεταβῆναι· οὐκ ἀδόκητον ἡγουμένη, καὶ βουλευτὰς γενομένους, κατὰ σφᾶς ἔτι δυνατώτερον τοῖς προτέροις βουλευταῖς στασιάσειν. Οἵ τε ἱππεῖς ὑπώπτευον, ὅτι τῇδε τῇ θεραπείᾳ πρὸς τὸ μέλλον ἐς τὴν βουλὴν μόνην τὰ δικαστήρια ἀπὸ τῶν ἱππέων περιφέροιτο· γευσάμενοί τε κερδῶν μεγάλων καὶ ἐξουσίας, οὐκ ἀλύπως τὴν ὑπόνοιαν ἔφερον. Τό τε πλῆθος αὐτῶν ἐν ἀπορίᾳ σφᾶς ἐποίει καὶ ὑποψίᾳ πρὸς ἀλλήλους, τίνες ἀξιώτεροι δοκοῦσιν ἐς τοὺς τριακοσίους καταλεγῆναι· καὶ τοῖς λοιποῖς φθόνος ἐς τοὺς κρείττονας ἐσῄει. Ὑπὲρ ἅπαντα δ' ἠγανάκτουν ἀναφυομένου τοῦ τῆς δωροδοκίας ἐγκλήματος, ὃ τέως ἡγοῦντο καρτερῶς ὑπὲρ αὐτῶν πρόῤῥιζον ἐσβέσθαι.

XXXVI. Οὕτω μὲν δὴ καὶ οἱ ἱππεῖς καὶ ἡ βουλὴ, καίπερ ἔχοντες ἀλλήλοις διαφόρως, ἐς τὸ Δρούσου μῖσος συνεφρόνουν· καὶ μόνος ὁ δῆμος ἔχαιρε ταῖς ἀποικίαις. Οἱ Ἰταλιῶται δ', ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ μάλιστα ὁ Δροῦσος ταῦτα ἐτέχναζε, καὶ οἵδε περὶ τῷ νόμῳ τῆς ἀποικίας ἐδεδοίκεσαν, ὡς τῆς δημοσίας Ῥωμαίων γῆς (ἣν, ἀνέμητον οὖσαν ἔτι, οἱ μὲν ἐκ βίας, οἱ δὲ λανθάνοντές, ἐγεώργουν) αὐτίκα σφῶν ἀφαιρεθησομένης, καὶ πολλὰ καὶ περὶ τῆς ἰδίας ἐνοχλησόμενοι. Τυῤῥηνοί τε καὶ Ὀμβρικοὶ, ταὐτὰ δειμαίνοντες τοῖς Ἰταλιώταις, καὶ, ὡς ἐδόκει, πρὸς τῶν ὑπάτων ἐς τὴν πόλιν ἐπαχθέντες, ἔργῳ μὲν ἐς ἀναίρεσιν Δρούσου, λόγῳ δ' ἐς κατηγορίαν, τοῦ νόμου φανερῶς κατεβόων, καὶ τὴν τῆς δοκιμασίας ἡμέραν ἀνέμενον. Ὧν ὁ Δροῦσος αἰσθανόμενός τε, καὶ οὐ θαμινὰ προϊὼν, ἀλλ' ἔνδον ἐν περιπάτῳ βραχὺ φῶς ἔχοντι χρηματίζων ἀεὶ, καὶ περὶ ἑσπέραν τὸ πλῆθος ἀποπέμπων, ἐξεβόησεν ἄφνω, πε-

ciis haberi, et Flaccum Gracchumque, ipsorum commoda publice curantes, tam miserabili mulctatos exitio.

XXXV. Post illos Livius Drusus, tribunus plebis, vir genere nobilis, sociis flagitantibus legem de civitate eis danda rursus promulgare est pollicitus. Id enim maxime cupiebant, quasi hac una ratione imperii participes futuri pro subditis. Tribunus, eo consilio gratiam plebis præoccupans, multas colonias deducebat in Italiam et Siciliam, decretas quidem jam ante, sed dilatas hactenus. Senatum quoque et equestrem ordinem, tunc maxime propter judicia dissidentes, conabatur æquis conditionibus invicem conciliare. Et quum senatui palam restituere judicia non posset, arte utrosque aggressus est. Nam quoniam senatores, propter crebras seditiones, vix trecentorum explebant numerum, promulgavit legem Drusus : ut par numerus ex equestri ordine in senatum adsciscerentur, delectu optimorum habito, atque ex his omnibus in posterum legerentur judices. Adjecitque legi, ut ab eisdem etiam de corruptelis judicum quæstiones exercerentur : quod malum jam pæne inter crimina haberi desierat, corruptelarum consuetudine effuse grassante. Hæc ad gratiam ab utrisque ineundam tentanti Druso, res præter opinionem cessit in contrarium. Nam et senatus moleste ferebat, subito tantum numerum equitum cooptari debere in ordinem amplissimum; quos verisimile erat, nova dignitate auctos, parum consensuros cum veteribus senatoribus. Equites contra suspicabantur, eo pertinere istud tribuni obsequium, ut posthac ad senatum solum, exclusis equitibus, judicia transferantur; eamque suspicionem, degustatis jam lucris non mediocribus una cum potentia, ægre patiebantur. Ad hæc quum numerosus esset equitum ordo, anxie multi atque suspiciose quærebant, quinam tandem, ut cæteris digniores, in trecentorum numerum essent adsciscendi? et prælatos secutura erat reliquorum invidia. Sed nihil æque reddebat sollicitos, ac revocari largitionum crimen ad tribunalia, quod ad eum diem, magno suo labore, et suam quidem in gratiam, penitus antiquatum putaverant.

XXXVI. Ita factum est, ut, quamvis male alioquin conveniret senatui cum equitibus, conspiraret tamen uterque ordo in Drusi odium; solà plebe gaudente coloniis. Jam vero et socii Italici, quorum in gratiam potissimum hæc machinabatur tribunus, timebant sibi a lege de coloniis : quippe per eam futurum erat, ut protinus ipsis ager Romanorum publicus (quem nondum divisum alii per vim occupatum, alii dissimulanter, colebant) eriperetur; ac de privatis etiam possessionibus multæ ipsis molestiæ exhiberentur. Et Etrusci Umbrique, eadem cum Italicis timentes, quum a consulibus, ut putabatur, in urbem essent acciti, revera quidem ad interficiendum Drusum, specie vero ad legem ejus accusandam, palam reclamabant, et exspectabant comitia. Quas res intelligens Drusus, quum raro in publicum procederet, sed domi suæ in atrio nonnihil obscuro multitudinem, quæ se volebat, admittens, sub vesperam dimittere eamdem soleret, accidit, ut subito,

πλῆχθαι· καὶ λέγων ἔτι, κατέπεσεν. Εὑρέθη δὲ ἐς τὸν μηρὸν αὐτῷ σκυτοτόμου μαχαίριον ἐμπεπηγμένον.

XXXVII. Οὕτω μὲν δὴ καὶ Δροῦσος ἀνῄρητο δημαρχῶν. Καὶ οἱ ἱππεῖς ἐπίβασιν ἐς συκοφαντίαν τῶν ἐχθρῶν τὸ πολίτευμα αὐτοῦ τιθέμενοι, Κόϊντον Οὐάριον δήμαρχον ἔπεισαν εἰσηγήσασθαι, κρίσεις εἶναι κατὰ τῶν τοῖς Ἰταλιώταις ἐπὶ τὰ κοινὰ φανερῶς ἢ κρύφα βοηθούντων· ἐλπίσαντες τοὺς δυνατοὺς ἅπαντας αὐτίκα εἰς ἔγκλημα ἐπίφθονον ὑπάξεσθαι, καὶ δικάσειν μὲν αὐτοί, γενομένων δ' ἐκείνων ἐκποδὼν, δυνατώτερον ἔτι τῆς πόλεως ἐπάρξειν. Τὸν μὲν δὴ νόμον ἀπαγορευόντων τῶν ἑτέρων δημάρχων μὴ τίθεσθαι, περιστάντες οἱ ἱππεῖς σὺν ξιφιδίοις γυμνοῖς ἐκύρωσαν. Ὡς δ' ἐκεκύρωτο, αὐτίκα τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν βουλευτῶν ἐπεγράφοντο κατήγοροι. Καὶ Βηστίας μὲν οὐδ' ὑπακούσας, ἑκὼν ἔφευγεν, ὡς οὐκ ἐκδώσων ἑαυτὸν ἐς χεῖρας ἐχθρῶν. Καὶ Κόττας, ἐπ' ἐκείνῳ, παρῆλθε μὲν ἐς τὸ δικαστήριον· σεμνολογήσας δὲ ὑπὲρ ὧν ἐπεπολίτευτο, καὶ λοιδορησάμενος τοῖς ἱππεῦσι φανερῶς, ἐξῄει τῆς πόλεως καὶ ὅδε πρὸ τῆς ψήφου. Μούμμιος δ', ὁ τὴν Ἑλλάδα ἑλὼν, αἰσχρῶς ἐνεδρευθεὶς ὑπὸ τῶν ἱππέων, ὑποσχομένων αὐτὸν ἀπολύσειν, κατεκρίθη φεύγειν, καὶ ἐν Δήλῳ διεβίωσεν.

XXXVIII. Ἐπιπολάζοντος δ' ἐς πολὺ τοῦ κακοῦ κατὰ τῶν ἀρίστων, ὅ τε δῆμος ἤχθετο, τοιῶνδε καὶ τοσῶνδε εἰργασμένων ἀνδρῶν ἀθρόως ἀφαιρούμενος. Καὶ οἱ Ἰταλοὶ, τοῦ τε Δρούσου πάθους πυνθανόμενοι, καὶ τῆς ἐς τὴν φυγὴν τούτων προφάσεως, οὐκ ἀνασχετὸν σφίσιν ἔτι ἡγούμενοι τοὺς ὑπὲρ σφῶν πολιτεύοντας τοιάδε πάσχειν, οὐδ' ἄλλην τινὰ μηχανὴν ἐλπίδος ἐς τὴν πολιτείαν ἔτι ὁρῶντες, ἔγνωσαν ἀποστῆναι Ῥωμαίων ἄντικρυς, καὶ πολεμεῖν αὐτοῖς κατὰ κράτος Κρύφα τε διεπρεσβεύοντο, συντιθέμενοι περὶ τῶνδε, καὶ ὅμηρα διέπεμπον ἐς πίστιν ἀλλήλοις. Ὧν ἐς πολὺ μὲν οὐκ ἐπῄσθοντο Ῥωμαῖοι διὰ τὰς ἐν ἄστει κρίσεις τε καὶ στάσεις. Ὡς δ' ἐπύθοντο, περιέπεμπον ἐς τὰς πόλεις ἀπὸ σφῶν τοὺς ἑκάστοις μάλιστα ἐπιτηδείους, ἀφανῶς τὰ γιγνόμενα ἐξετάζειν. Καί τις ἐκ τούτων, μειράκιον ὅμηρον ἰδὼν ἐξ Ἄσκλου πόλεως ἐς ἑτέραν ἀγόμενον, ἐμήνυσε τῷ περὶ τὰ χωρία ἀνθυπάτῳ Σερουϊλίῳ. Ἦσαν γὰρ, ὡς ἔοικε, τότε καὶ τῆς Ἰταλίας ἄρχοντες ἀνθύπατοι κατὰ μέρη· ὃ καὶ Ἀδριανὸς ἄρα μιμούμενος ὕστερον χρόνῳ πολλῷ, τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν Ῥωμαίοις ἡγούμενος, ἀνεκαίνισε, καὶ μετ' αὐτὸν ἐπέμεινεν ἐς βραχύ. Ὁ δὲ Σερουΐλιος, θερμότερον ἐσδραμὼν ἐς τὸ Ἄσκλον, καὶ πανηγυρίζουσι τοῖς Ἀσκλαίοις χαλεπῶς ἀπειλῶν, ἀνῃρέθη, ὡς ὑπὸ ἤδη πεφωραμένων. Ἐπανῃρέθη δ' αὐτῷ καὶ Φοντήϊος, ὃς ἐπρέσβευεν αὐτῷ· καλοῦσι δ' οὕτω τοὺς τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἐθνῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἑπομένους ἐς βοήθειαν. Πεσόντων δὲ τῶνδε, οὐδὲ τῶν ἄλλων Ῥωμαίων τις ἦν φειδώ· ἀλλὰ τοὺς παρὰ σφίσι πάντας οἱ Ἀσκλαῖοι συνεκέντουν ἐπιτρέχοντες, καὶ τὰ ὄντα αὐτοῖς διήρπαζον.

XXXIX. Ἐκραγείσης δὲ τῆς ἀποστάσεως, ἅπαντα

ictum se esse, exclamaret, et dicto citius corrueret. Et in jacentis ifemore infixus culter sutorius deprehensus est.

XXXVII. Ita quidem et Drusus, tribunatu plebis fungens, interemtus est. Cæterum equites, istud ejus institutum in calumniarum materiam contra inimicos vertendo, auctores fuerunt Q. Vario tribuno plebis promulgandi legem, de reis faciendis quotquot sociis Italicis, viam ad rempublicam affectantibus, clam palamve favissent. Sperabant enim, mox potentissimum quemque objiciendum accusatoribus, sibique de tam invidioso crimine fore judicium; et sublatis per eam occasionem inimicis, majorem etiam posthac fore suam in republica potentiam. Cui rogationi quum intercederent cæteri tribuni, equites undique strictas sicas intentando, effecerunt ut lex perferretur. Et lege perlata, exstiterunt protinus, qui illustrioribus quibusque ex senatoribus actiones intenderent. Ex his Bestia sua sponte in exilium abiit, contemtis in jus vocantibus, quod se nollet inimicorum credere potestati. Post eum Cotta comparuit quidem in judicio : sed, luculenta ratione reddita administratæ a se reipublicæ, palam invectus in equites, Urbem et hic reliquit, non exspectatis judicum de se suffragiis. Mummius vero Achaicus turpiter illusus ab judicibus, eum se absoluturos pollicitis, exilio mulctatus est, et Deli dein vitam exegit.

XXXVIII. Hoc malo in optimum quemque magis magisque grassante, plebs permoleste ferebat, orbari se subito tot virorum tam præclare de republica meritorum præsentia. Italici vero socii, cognito et Drusi casu, et causa quæ horum virorum exilio prætendebatur; non amplius ferendum rati, ut tam indignis modis tractentur qui suam causam susciperent; neque vero aliam viam amplius ad obtinendum jus civitatis cernentes; decreverunt, a populo Romano palam deficere, eique bellum inferre totis viribus. Itaque per occultas legationes fœdus ineunt, et fœdera datis ultro citroque obsidibus confirmant. Quæ res sero cognita est in Urbe, judiciis seditionibusque intenta. Tandem re intellecta, senatus certos homines, qui cum quaque civitate maxime conjuncti essent, per civitates circummisit, ut veluti aliud agendo explorarent, quæ gererentur. Ex his unus, conspicatus adolescentem Asculanum, pro obside in aliam urbem ductum, indicavit Servilio, pro consule agenti in eis regionibus. Apparet enim, tunc quoque regiones Italiæ distributas fuisse proconsulibus : qui mos quidem longo post tempore renovatus est ab Adriano Imperatore, sed non diu post ejus obitum duravit. Servilius propere oppidum ingressus, et Asculanos, solenne patrium tunc celebrantes, minis deterrere conatus, ab eis interficitur, quod proditam jam defectionem intelligerent : simulque Fonteius, legatus ipsius, interiit. (Sic autem a Romanis vocantur, qui ex senatorio ordine, ut adjutores, sequuntur hos, qui præsunt provinciis.) His sublatis, nemini Romanorum, qui tum Asculi erant, parcitum est : omnes eodem oppidanorum impetu confossi, bona eorum direpta sunt.

XXXIX. Itaque aperta jam defectione, omnes finitimi

ὅσα τοῖς Ἀσκλαίοις ἔθνη γείτονα ἦν, συνεξέφανε τὴν παρασκευήν, Μάρσοι τε καὶ Πελίγνοι καὶ Οὐηστῖνοι καὶ Μαῤῥουκῖνοι, καὶ ἐπὶ τούτοις Πικεντῖνοι καὶ Φερεντανοὶ καὶ Ἱρπῖνοι καὶ Πομπηϊανοὶ καὶ Οὐενούσιοι καὶ Ἰάπυγες, Λευκανοί τε καὶ Σαυνῖται, χαλεπὰ Ῥωμαίοις καὶ πρὶν ἔθνη γενόμενα· ὅσα τε ἄλλα ἀπὸ Λίριος ποταμοῦ, ὃν νῦν μοι δοκοῦσι Λίτερνον ἡγεῖσθαι, ἐπὶ τὸν μυχόν ἐστι τοῦ Ἰονίου κόλπου πεζεύοντι καὶ περιπλέοντι. Πέμψασι δ' αὐτοῖς ἐς Ῥώμην πρέσβεις, αἰτιωμένους, ὅτι πάντα Ῥωμαίοις εἰς τὴν ἀρχὴν συνεργασάμενοι, οὐκ ἀξιοῦνται τῆς τῶν βεβοηθημένων πολιτείας, ἡ βουλὴ μάλα καρτερῶς ἀπεκρίνατο· Εἰ μεταγιγνώσκουσι τῶν γεγονότων, πρεσβεύειν ἐς αὐτήν· ἄλλως δὲ μή. Οἱ μὲν δή, πάντα ἀπογνόντες, ἐς παρασκευὴν καθίσταντο. Καὶ αὐτοῖς, ἐπὶ τῷ κατὰ πόλιν στρατῷ, κοινὸς ἦν ἱππέων τε καὶ πεζῶν ἕτερος ἐς δέκα μυριάδας. Καὶ Ῥωμαῖοι τὸν ἴσον αὐτοῖς ἀντεξέπεμπον, ἀπό τε σφῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἔτι συμμαχούντων σφίσιν ἐθνῶν τῆς Ἰταλίας.

XL. Ἡγοῦντο δὲ Ῥωμαίων μὲν ὕπατοι Σέξτος τε Ἰούλιος Καῖσαρ, καὶ Πόπλιος Ῥουτίλιος Λοῦπος· ἄμφω γὰρ ὡς ἐς μέγαν δὴ καὶ ἐγχώριον πόλεμον ἐξῄεσαν, ἐπεὶ καὶ τὰς πύλας οἱ ὑπόλοιποι καὶ τὰ τείχη διὰ χειρὸς εἶχον, ὡς ἐπ' οἰκείῳ καὶ γείτονι μάλιστα ἔργῳ. Τό τε ποικίλον τοῦ πολέμου καὶ πολυμερὲς ἐνθυμούμενοι, ὑποστρατήγους τοῖς ὑπάτοις συνέπεμψαν τοὺς τότε ἀρίστους· ὑπὸ μὲν Ῥουτιλίῳ Γναῖόν τε Πομπήϊον, τὸν πατέρα Πομπηΐου τοῦ Μάγνου παρονομασθέντος, καὶ Κόϊντον Καιπίωνα, καὶ Γάϊον Περπένναν, καὶ Γάϊον Μάριον, καὶ Οὐαλέριον Μεσσάλαν· ὑπὸ δὲ Σέξτῳ Καίσαρι Πούπλιον Λέντλον, ἀδελφὸν αὐτοῦ Καίσαρος, καὶ Τίτον Δίδιον, καὶ Λικίνιον Κράσσον, καὶ Κορνήλιον Σύλλαν, καὶ Μάρκελλον ἐπὶ τοῖσδε. Τοσοίδε μὲν δὴ τοῖς ὑπάτοις, διελόμενοι τὴν χώραν, ὑπεστρατήγουν. Καὶ πάντας ἐπεπορεύοντο οἱ ὕπατοι· καὶ αὐτοῖς οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἑτέρους ὡς ἐς μέγαν ἀγῶνα ἔπεμπον ἑκάστοτε. Ἰταλοῖς δ' ἦσαν μὲν στρατηγοὶ καὶ κατὰ πόλεις ἕτεροι, κοινοὶ δ' ἐπὶ τῷ κοινῷ στρατῷ καὶ τοῦ παντὸς αὐτοκράτορες Τίτος Λαφρήνιος, καὶ Γάϊος Ποντίδιος, καὶ Μάριος Ἰγνάτιος, καὶ Κόϊντος Πομπαίδιος, καὶ Γάϊος Πάπιος, καὶ Μάρκος Λαμπώνιος, καὶ Γάϊος Ἰουδακίλιος, καὶ Ἕριος Ἀσίνιος, καὶ Οὐέττιος Κάτων. Οἳ τὸν στρατὸν ὁμοίως μερισάμενοι, τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς ἀντεκαθέζοντο· καὶ πολλὰ μὲν ἔδρασαν, πολλὰ δ' ἔπαθον. Ὧν ἑκατέρων, ἐν κεφαλαίῳ φράσαι, τὰ ἀξιολογώτατα ἦν τοιάδε.

XLI. Οὐέττιος μὲν Κάτων Σέξτον Ἰούλιον τρεψάμενός τε καὶ δισχιλίους κτείνας, ἐπὶ Αἰσερνίαν ἤλασε, ῥωμαΐζουσαν. Καὶ αὐτὴν οἱ μὲν συντάττοντες, Λεύκιός τε Σκιπίων, καὶ Λεύκιος Ἀκίλιος, θεραπόντων ἐσθῆτας ὑποδύντες, ἀπέδρασαν· χρόνῳ δὲ καὶ λιμῷ παρεστήσαντο οἱ πολέμιοι. Μάριος δὲ Ἰγνάτιος Οὐέναφρον ἑλὼν ἐκ προδοσίας, ἔκτεινε δύο Ῥωμαίων σπείρας ἐν αὐτῇ. Πρησενταῖος δὲ Πόπλιος Περπένναν

arma palam corripiunt, Marsi, Peligni, Vestini, Marrucini: eos sequuntur Picentini, Frentani, Hirpini, Pompeiani, Venusini, Apuli, Lucanique et Samnites, nationes jampridem Romanis infensæ: denique quidquid populorum a Liri (qui nunc, ut puto, Liternus est) usque ad intimum Adriaticum sinum, sive mediterranea Italiæ tenet, sive oram maritimam. Qui quum Romam legatos misissent conquestum, quod, quorum insigni opera atque auxilio Romanum partum sit imperium, ne ad jus quidem civitatis ab his, qui a se adjuti essent, admitterentur; fortiter omnino responsum a senatu est: Si resipuissent ab inceptis, legatos mittere posse; sin minus, supersederent. Hi igitur, nulla alia spe reliqua, ab bellum parandum sese convertunt. Et habebant, præter copias quæ singulis civitatibus præsidio erant, communem exercitum peditum equitumque centenorum fere millium. Cui numero parem populus Romanus emisit, tam ex urbanis copiis, quam ex auxiliis sociorum qui in fide permanserant.

XL. Et Romanis quidem copiis præerant Sex. Julius Cæsar, et P. Rupilius Lupus, consules. Ambobus enim tam gravis belli et in ipsa Italia grassantis imperium decretum est: et alii, tanquam in domestico et urbi proximo periculo, mœnia et portas præsidiis tenebant. Quum autem, varium fore bellum atque multiplex, appareret, legati consulibus additi sunt, viri ejus ætatis spectatissimi: Rutilio C. Pompeius, Magni pater, Q. Cæpio, C. Perpenna, C. Marius, Valerius Messala: Sex. Cæsari, P. Lentulus, ipsius Cæsaris frater, T. Didius, Licinius Crassus, Cornelius Sylla, M. Marcellus. Hi omnes sub auspiciis consulum præerant Romanis copiis: et, quum sua cuique provincia esset attributa, ad inspiciendos singulos ultro citroque proficiscebantur consules: et, subinde his ipsis alii quoque, velut in magno discrimine, ex urbe submittebantur. Sociis vero, præter singularum civitatum prætores, duces erant communibus copiis cum summo imperio præfecti, Titus Lafrenius (*vel* Afranius), C. Pontidius, Marius Egnatius; Q. Pompædius, C. Papius, M. Lamponius, C. Judacilius, Herius Asinius, Vettius Cato. Qui, pariter copias inter se partiti, Romanis ducibus se opponebant. Et utrimque cum multa fortiter gesta, tum magnæ acceptæ clades sunt. Quarum rerum quæ quidem memoratu præ cæteris dignæ videntur, compendio referam.

XLI. Vettius Cato, in fugam conjecto Sex. Julio, cæsisque duobus millibus, adversus Æserniam duxit, quæ tum in fide Romani populi perstabat. Eam civitatem qui ordinaverant, L. Scipio et L. Acilius, servorum habitu inde elapsi sunt: eamdemque, post diuturnam obsidionem, fame tandem ad deditionem compulerunt hostes. Marius Egnatius, Venafro per proditionem capto, duas ibi Romanas cohortes concidit. P. Presenteius Perpennam cum decem millibus

μυρίων ἀνδρῶν ἡγούμενον ἐτρέψατο, καὶ ἔκτεινεν ἐς τετρακισχιλίους, καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ πλέονος μέρους τὰ ὅπλα ἔλαβε· ἐφ' ὅτῳ Περπένναν Ῥουτίλιος ὕπατος παρέλυσε τῆς στρατηγίας, καὶ τὸ μέρος τοῦ στρατοῦ Γαΐῳ Μαρίῳ προσέθηκε. Μάρκος δὲ Λαμπώνιος τῶν ἀμφὶ Λικίνιον Κράσσον ἀνεῖλεν ἐς ὀκτακοσίους, καὶ τοὺς λοιποὺς ἐς Γρούμεντον πόλιν συνεδίωξε.

XLII. Γάϊος δὲ Πάπιος Νῶλάν τε εἷλεν ἐκ προδοσίας, καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ Ῥωμαίοις, δισχιλίοις οὖσιν, ἐκήρυξεν, εἰ μεταθεῖντο, στρατεύσειν ἑαυτῷ. Καὶ τούσδε μὲν ὁ Πάπιος μεταθεμένους ἐστράτευεν. Οἱ δ' ἡγεμόνες αὐτῶν, οὐχ ὑπακούσαντες τῷ κηρύγματι, ἐλήφθησαν αἰχμάλωτοι, καὶ λιμῷ πρὸς τοῦ Παπίου διεφθάρησαν. Πάπιος δὲ καὶ Σταβίας εἷλε, καὶ Μίντερνον, καὶ Σάλερνον, ἣ Ῥωμαίων ἄποικος ἦν· καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν αἰχμαλώτους τε καὶ δούλους ἐστράτευεν. Ὡς δὲ καὶ Νουκερίας τὰ ἐν κύκλῳ πάντα κατέπρησεν· αἱ πλησίον αὐτῷ πόλεις, καταπλαγεῖσαι, προσετίθεντο, στρατιάν τε αἰτοῦντι παρέσχον ἐς μυρίους πεζοὺς, καὶ ἱππέας χιλίους. Μεθ' ὧν ὁ Πάπιος Ἀχέρραις παρεκάθητο. Σέξτου δὲ Καίσαρος Γαλατῶν πεζοὺς μυρίους, καὶ Νομάδας Μαυρουσίους ἱππέας καὶ πεζοὺς προσλαβόντος τε καὶ χωροῦντος ἐπὶ τὰς Ἀχέρρας· ὁ Πάπιος Ὀξύνταν, υἱὸν Ἰογόρθου τοῦ Νομάδων ποτὲ βασιλέως, ὑπὸ Ῥωμαίων ἐν Οὐενουσίᾳ φυλαττόμενον, ἤγαγεν ἐκ τῆς Οὐενουσίας· καὶ περιθεὶς αὐτῷ πορφύραν βασιλικὴν, ἐπεδείκνυ θαμινὰ τοῖς Νομάσι τοῖς σὺν Καίσαρι. Πολλῶν δ' ὡς πρὸς ἴδιον βασιλέα αὐτομολούντων ἀθρόως, τοὺς μὲν λοιποὺς τῶν Νομάδων ὡς ὑπόπτους ὁ Καῖσαρ ἐς Λιβύην ἀπέπεμψε. Παπίου δὲ πελάσαντος αὐτῷ σὺν καταφρονήσει, καὶ μέρος ἤδη τοῦ χάρακος διασπῶντος, τοὺς ἱππέας ἐκπέμψας κατ' ἄλλας πύλας ἔκτεινε τοῦ Παπίου περὶ ἑξακισχιλίους. Καὶ ἐπὶ τῷδε Καῖσαρ μὲν ἐξ Ἀχερρῶν ἀνεζεύγνυεν. Ἰουδακιλίῳ δ' ἐν Ἰαπυγίᾳ προσετίθεντο Κανύσιοι καὶ Οὐενούσιοι, καὶ ἕτεραι πόλεις πολλαί. Τινὰς δὲ καὶ ἀπειθούσας ἐξεπολιόρκει, καὶ τῶν ἐν αὐταῖς Ῥωμαίων τοὺς μὲν ἐπιφανεῖς ἔκτεινε, τοὺς δὲ δημότας καὶ δούλους ἐστράτευε.

XLIII. Ῥουτίλιος δὲ ὁ ὕπατος, καὶ Γάϊος Μάριος ἐπὶ τοῦ Λίριος ποταμοῦ γεφύρας ἐς διάβασιν ἐξ οὗ πολλοῦ διαστήματος ἀπ' ἀλλήλων ἐπήγνυντο· καὶ Οὐέττιος Κάτων αὐτοῖς ἀντεστρατοπέδευε παρὰ τὴν Μαρίου μάλιστα γέφυραν, ἔλαθέ τε νυκτὸς περὶ τὴν Ῥουτιλίου γέφυραν λόχους ἐν φάραγξιν ἐνεδρεύσας. Ἅμα δ' ἕῳ τὸν Ῥουτίλιον διελθεῖν ὑπεριδὼν, ἀνέστησε τὰς ἐνέδρας, καὶ πολλοὺς μὲν ἔκτεινεν ἐπὶ τοῦ ξηροῦ, πολλοὺς δ' ἐς τὸν ποταμὸν κατῶσεν· ὅ τε Ῥουτίλιος αὐτὸς ἐν τῷδε τῷ πόνῳ βέλει τρωθεὶς ἐς τὴν κεφαλὴν, μετ' ὀλίγον ἀπέθανε. Καὶ Μάριος, ἐπὶ τῆς ἑτέρας ὢν γεφύρας, τὸ συμβὰν ἐκ τῶν φερομένων κατὰ τὸ ῥεῦμα σωμάτων εἰκάσας, τοὺς ἐν ποσὶν ὤσατο, καὶ τὸ ῥεῦμα περάσας, τὸν χάρακα τοῦ Κάτωνος ὑπ' ὀλίγων φυλαττόμενον εἷλεν· ὥστε τὸν Κάτωνα νυκτερεῦσαί τε ἔνθαπερ ἐνίκησε, καὶ ἀπο-

sibi occurrentem fugavit, cæsisque ad quater mille, reliquorum armis majori ex parte potitus est. Quamobrem Rutilius cos. ademto Perpennæ imperio, reliquias ejus exercitus C. Mario attribuit. M. Lamponius, Licinium Crassum aggressus, octingentos ex ejus militibus prostravit, reliquos in Grumentum oppidum compulit.

XLII. C. Papius, Nola per proditionem occupata, Romanorum duobus millibus, qui in præsidio erant, per caduceatorem ad se transeundi potestatem obtulit: et conditionem illi acceperunt, exceptis ducibus, quos comprehensos victor necavit inedia. Idem Papius et Stabias cepit, et Minturnas, (*f.* Liternum), Salernumque, Romanam coloniam; captivosque ex his oppidis factos, una cum servis, militum suorum numero adscripsit. Hinc postquam et omnem circum Nuceriam pervastavit agrum, finitima oppida, similis calamitatis metu, ad eum desciverunt, et petenti auxilium miserunt decem peditum millia, equites mille: quibus auctus Papius Acerras obsedit. Tum Sex. Cæsar, assumtis Gallorum peditum decem millibus, et Mauretanis Numidis equitibus peditibusque, castra cum eo prope Acerras contulit. Papius vero Oxyntam, Jugurthæ filium, regis olim Numidarum, e Venusina in qua tum asservabatur custodia eductum, ornatumque purpura, ostentabat ejus popularibus sub Cæsare militantibus. Quumque crebra eorum, ut ad proprium regem, fierent transfugia, consul cæteros, ut suspectos, remisit in Africam. Post hæc quum Papius temere ausus esset oppugnare castra consulis, jamque partem valli convelleret, Cæsar, emisso per aversam portam equitatu, circiter sex millia hostium interfecit: et post eam victoriam exercitum ab Acerris abduxit. Ad Judacilium autem in Apulia Canusini una cum Venusinis defecerunt, et multæ aliæ civitates. Nonnullas vero, abnuentes imperata facere, vi expugnavit: deprehensosque in his Romanos nobiliores necavit, plebeios vero et servos militibus suis immiscuit.

XLIII. Alter consulum Rutilius, et C. Marius, duos non longe inter se distantes pontes super Lirim construebant ad trajiciendas copias: adversus quos, propius pontem Marii, castra metatus Vettius Cato, dispositis noctu circa Rutilii pontem in valle quadam insidiis, primo mane trajicere eum passus est; sed mox ex insidiis aggressus, interfecit multos in sicco, multosque in fluvium egit præcipites. Et ipse Rutilius in ea pugna sauciatus capite, paulo post ex eo vulnere mortuus est. At Marius ad alterum pontem hærens, ubi illam calamitatem ex cadaveribus secundo fluvio delatis intellexit; propulsis qui sese opponebant, trajecit flumen, et castra hostium a paucis custodita expugnavit. Quo factum est, ut Cato pernoctarit eo loco ubi vicerat, et penuria commea-

ροῦντα ἀγορᾶς ἀναζεῦξαι περὶ τὴν ἕω. Ῥουτιλίου δὲ τοῦ σώματος καὶ πολλῶν ἄλλων ἐπιφανῶν ἐπὶ ταφὴν ἐς Ῥώμην ἐνεχθέντων, ἥ τε ὄψις ἀηδὴς ἦν ὑπάτου καὶ τοσῶνδε ἄλλων ἀνῃρημένων· καὶ πολυήμερον ἐπὶ τῷδε πένθος ἠγέρθη. Καὶ ἀπὸ τοῦδε ἡ βουλὴ, τοὺς ἀποθνήσκοντας ἐν τοῖς πολέμοις, ἔκρινεν, ἔνθαπερ ἂν θάνωσι, θάπτεσθαι· τοῦ μὴ τοὺς λοιποὺς ἐκ τῆς ὄψεως ἀποτρέπεσθαι τῶν στρατειῶν. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ πολέμιοι, πυθόμενοι, περὶ σφῶν ἐψηφίσαντο.

XLIV. Ῥουτιλίῳ μὲν δὴ διάδοχος ἐπὶ λοιπὸν τοῦ ἔτους οὐκ ἐγένετο, Σέξτου Καίσαρος οὐκ ἀγαγόντος σχολὴν διαδραμεῖν ἐπὶ ἀρχαιρέσια ἐς Ῥώμην· τῆς δ' ὑπ' αὐτῷ στρατιᾶς ἡ βουλὴ προσέταξεν ἄρχειν Γαΐόν τε Μάριον, καὶ Κόϊντον Καιπίωνα. Τούτῳ τῷ Καιπίωνι Κόϊντος Πομπαίδιος ὁ ἀνιστράτηγος, οἷά τις αὐτόμολος, προσέφυγεν, ἄγων καὶ διδοὺς ἐνέχυρον δύο βρέφη δοῦλα, καθάπερ υἱεῖς, ἐσκευασμένα ἐσθῆσι περιπορφύροις. Ἐς δὲ πίστιν ἔφερε καὶ μάζας ἐκ μολίβδου, χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ περιβεβλημένας· καὶ ἐδεῖτο, κατὰ σπουδὴν αὐτῷ τὸν Καιπίωνα ἕπεσθαι μετὰ τῆς στρατιᾶς, ὡς καταληψόμενον αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον ἔρημον ἔτι ἄρχοντος. Καιπίων μὲν δὴ πειθόμενος, εἵπετο. Πομπαίδιος δὲ, πλησίον τῆς ἐσκευασμένης ἐνέδρας γενόμενος, ἀνέδραμεν ἔς τινα λόφον, ὡς κατοψόμενος τοὺς πολεμίους· καὶ σημεῖον αὐτοῖς ἐπῆρεν. Οἱ δὲ ἐκφανέντες, αὐτόν τε Καιπίωνα καὶ πολλοὺς σὺν αὐτῷ κατέκοψαν· καὶ τὸ λοιπὸν τῆς στρατιᾶς Καιπίωνος ἡ σύγκλητος Μαρίῳ προσέζευξε.

XLV. Σέξτος δὲ Καῖσαρ μετὰ τρισμυρίων πεζῶν καὶ ἱππέων πεντακισχιλίων διεξιών τινα φάραγγα καὶ κρημνοὺς, ἄφνω προσπεσόντος αὐτῷ Μαρίου Ἰγνατίου, ἐς τὴν φάραγγα περιωσθεὶς, ἔφυγεν ἐπὶ κλίνης, διὰ νόσον, ἐπί τινα ποταμὸν οὗ μία γέφυρα ἦν· καὶ ἐνταῦθα τὸ πλέον τῆς στρατιᾶς ἀπολέσας καὶ τῶν ὑπολοίπων τὰ ὅπλα, μόλις ἐς Τεανὸν καταφυγὼν, ὥπλιζεν οὓς ἔτι εἶχεν, ὡς ἐδύνατο. Ἑτέρου δὲ πλήθους αὐτῷ κατὰ σπουδὴν ἐπελθόντος, ἐπὶ Ἀχέῤῥας ἔτι πολιορκουμένας ὑπὸ τοῦ Παπίου μετῄει. Καὶ οἵδε μὲν ἀλλήλοις ἀντιστρατοπεδεύοντες οὐκ ἐπεχείρουν οὐδέτερος οὐδετέρῳ διὰ φόβον.

XLVI. Μάρσους δὲ Κορνήλιος Σύλλας καὶ Γάϊος Μάριος, ἐπιθεμένους σφίσι, συντόνως ἐδίωκον, μέχρι θριγκοῖς ἀμπέλων ἐμπεσεῖν αὐτούς. Καὶ Μάρσοι μὲν τοὺς θριγκοὺς κακοπαθῶς ὑπερέβαινον· Μαρίῳ δὲ καὶ Σύλλᾳ διώκειν ὑπὲρ τοῦτ' οὐκ ἔδοξε. Κορνήλιος δὲ Σύλλας, ἐπὶ θάτερα τῶνδε τῶν ἀμπέλων στρατοπεδεύων, αἰσθόμενος τοῦ γεγονότος, ὑπήντα τοῖς ἐκφεύγουσι τῶν Μάρσων. Καὶ πολλοὺς καὶ ὅδε ἀπέκτεινεν· ὡς τὸν φόνον ἐκείνης τῆς ἡμέρας γενέσθαι περὶ πλείους ἑξακισχιλίων, ὅπλα δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ληφθῆναι πολὺ πλείονα. Μάρσοι μὲν δὴ, δίκην θηρίων, τῷ πταίσματι προσαγανακτοῦντες, αὖθις ὡπλίζοντο· καὶ παρεσκευάζοντο αὐτοῖς ἐπιέναι, προεπιχειρεῖν μὴ θαῤῥοῦσι, μηδὲ ἄρχειν μάχης. Ἔστι γὰρ τὸ ἔθνος πολεμικώτατον·

mane coactus sit inde discedere. Rutilii autem et aliorum nobilium non paucorum cadaveribus in Urbem ad sepulturam delatis, tristis visa est populo ea pompa consulis, totque aliorum defunctorum; et complurium dierum luctus excitatus est. Quapropter factum est senatusconsultum : Ut posthac defunctorum in bello corpora ibi humarentur, ubicunque cecidissent; ne ob eorum conspectum reliqui deterrerentur a militia. Illud decretum mox et hostes, ubi cognoverunt, imitati sunt.

XLIV. In reliquum anni nemo suffectus est Rutilio; quod Cæsari non vacaret in Urbem reverti ad comitia. Exercitum ejus senatus commisit C. Mario et Q. Cæpioni. Ad hunc Cæpionem Q. Pompædius, dux hostium transfugere se simulans, adduxit pro filiis obsidibus duos servos pueros, more ingenuorum prætextatos : et, quo magis fidem impetraret, massas quoque plumbi attulit auro argentoque obductas : simulque hortatus est, ut se duce confestim aggrederetur hostilem exercitum, dum is nullo regeretur imperio. Et Cæpio deceptus sequebatur hominem. Ut vero ad locum ventum est insidiis præparatum, Pompædius, quasi circumspecturus, ubinam hostes essent, in tumulum quemdam procurrit, et ibi signum dat suis. Illi provolantes, Cæpionem, et multos ex his qui cum eo erant, interficiunt. Reliquum ejus exercitum senatus ad Marii copias adjunxit.

XLV. Per idem tempus Sex. Cæsar peditum triginta millia, equitum quinque, per fauces quasdam et prærupta loca deducens, ex improviso irruente Mario Egnatio, in fauces repulsus est : unde quum, lectica propter morbum delatus, ad fluvium quemdam unico ponte pervium se recepisset; majori parte exercitus prope fluvium amissa, reliquis passim arma projicientibus, ægre se Teanum recepit. Ibi armatis quos reliquos habuit, acceptoque propere idoneo supplemento, ad Acerras, quæ a Papio adhuc obsessæ tenebantur, transiit. Sed ibi castris collatis, neuter alterum ausus est pugna lacessere.

XLVI. Corn. Sylla [?] et C. Marius Marsos, sese adortos, fortiter repulere, usque ad sepes vinetorum persecuti : quas quum hostis ægre transcenderet, Romanis non visum est hac eos insequi amplius. Corn. vero Sylla, qui ab altera vinetorum parte castra habebat, re intellecta, fugientibus occurrens, et ipse multos interfecit; ut ea die ex Marsis perierint supra sex millia, armorumque numerus multo major in potestatem venerit victorum. Ea clade magis etiam efferati sunt hostium animi; reparatisque viribus ultro rursus lacessiverunt Romanos, metu cessantes, neque pugnam committere ausos. Est enim pugnacissima gens Marsorum :

καί φασι, κατ' αὐτοῦ θρίαμβον ἐπὶ τῷδε τῷ πταίσματι γενέσθαι μόνῳ· λεγόμενον πρότερον, οὔτε κατὰ Μάρσων, οὔτε ἄνευ Μάρσων, γενέσθαι θρίαμβον.

XLI. Cæsar ipse, properato Romam itinere, populum ibi, tristi memoria Syllanorum temporum exanimatum, bene sperare jussit, refecitque multa pollicitans. Atque inimicis quoque ostentans clementiam, commemoravit L. Domitium, in potestatem suam redactum, et cum rebus suis omnibus dimissum incolumem. Post hæc ærarii claustra Cæsar effregit, Metello tribuno plebis obstanti mortem minatus, pecuniasque ad id temporis intactas abstulit : quas ferunt contra Gallos depositas, cum exsecratione publica in caput ejus, qui contrectare illa, nisi ex Gallici belli causa, fuerit ausus. « Ea autem religione a se ipso solutam esse, aiebat, rempublicam, perdomitis a se Gallis, ut nihil ab illis super sit periculi. » Tum vero Æmilium Lepidum Urbi præfecit; M. Antonium, tribunum plebis, Italiæ, et præsidiariis copiis, quas per Italiam disposuerat. Extra Italiam, Curionem Catoni jussit succedere in Siciliam : Sardiniam Q. Valerio, Illyricum C. Antonio, citeriorem Galliam Licinio Crasso tradidit. Duas quoque classes, ad tutelam superi inferique maris, propere ædificari jussit : quibus et parandis et deinde regendis Hortensium et Dolabellam præfecit.

XLII. Itaque satis firmata contra Pompeii vim Italia, in Hispaniam Cæsar profectus est : ubi cum Petreio et Afranio, Pompeianis ducibus, congressus primum quidem discessit inferior; deinde vero æquo Marte apud Ilerdam pugnavit. Sed quum in abrupto loco castra haberet, in quæ per pontem in Sicori fluvio stratum commeatus erant convehendi; amne imbribus repente aucto, pons abrumpitur : et magna hominum multitudo, trans amnem interclusa, a Petreianis opprimitur. Cæsarque ipse cum reliquo exercitu, ob loci difficultatem, non mediocriter laborare cœpit; quippe cui jam cum fame simul et cum tempestatibus hostibusque esset colluctandum, ita ut nihil ab obsesso differret. Tandem, ingruente æstate, Afranius et Petreius in interiorem Hispaniam sese recipere instituerunt, novas copias contracturi : Cæsar vero, semper itinera præoccupans, munitionibus intercidebat vias, agmenque morabatur; atque etiam manum hostium, ad locum castris capiendum præmissam, circumvenit. Qui quum sublatis in capita scutis deditionem significarent, Cæsar, gratiam semper hostium captans, nec comprehensos, nec telis petitos, permisit ad Afranium redire incolumes. Inde factum est, ut ex utrisque castris ultro citroque commearetur continue, et sermones in circulis de compositione fierent.

XLIII. Jamque et Afranio et aliis ex legionum præfectis

καὶ ἑτέροις ἐδόκει, τῆς Ἰβηρίας ἐκστῆναι Καίσαρι, καὶ ἀπαθεῖς ἐς Πομπήϊον ἀπιέναι. Πετρήϊος δὲ ἀντέλεγε, καὶ περιθέων ἀνὰ τὸ στρατόπεδον, ἔκτεινεν ὅσους εὑρίσκοι κατὰ τὴν ἐπιμιξίαν τῶν Καίσαρος· τῶν τε ἰδίων ἡγεμόνων ἐνιστάμενόν τινα αὐτοχειρὶ διεχρήσατο. Ἐξ ὧν ἔτι μᾶλλον ἀχθόμενοι τῷ σκυθρωπῷ τοῦ Πετρηΐου, ἐς τὸ φιλάνθρωπον τοῦ Καίσαρος ἐτρέποντο ταῖς γνώμαις. Ἐπεὶ δέ που καὶ τὴν ὑδρείαν αὐτῶν προὔλαβεν ὁ Καῖσαρ, ἐν ἀμηχάνῳ γενόμενος ὁ Πετρήϊος, ἐς λόγους τῷ Καίσαρι συνήει μετὰ Ἀφρανίου, ἐφορώντων αὐτοὺς τῶν στρατῶν ἑκατέρωθεν. Καὶ συνέβησαν, οἱ μὲν, ἐκστῆναι τῆς Ἰβηρίας τῷ Καίσαρι· ὁ δὲ Καῖσαρ, αὐτοὺς ἀπαθεῖς ἐπὶ τὸν Οὔαρον ποταμὸν διαγαγεῖν, καὶ ἀπὸ τοῦδε χωροῦντας ἐς Πομπήϊον ἐᾶν. Γενόμενος δ' ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τοῦδε τοῦ ποταμοῦ, συνήγαγεν αὐτῶν ἐς ἐπήκοον ὅσοι ἦσαν ἔκ τε Ῥώμης καὶ Ἰταλίας, καὶ ἐδημηγόρησεν ὧδε· « Ὑμῶν, ὦ πολέμιοι (τῷδε γὰρ ἔτι τῷ ῥήματι χρώμενος, ἐναργεστέραν ὑμῖν τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην ποιήσω), οὔτε τοὺς προπεμφθέντας ἐς τὴν κατάληψιν τοῦ στρατοπέδου, οἳ σφᾶς ἐμοὶ παρέδοσαν, διέφθειρα· οὔτε τὸν ἄλλον ὑμῶν στρατὸν, λαβὼν τὰ ὑδρεύματα· Πετρηΐου ἐκ τῶν ἐμῶν τοὺς ὑπὲρ τὸν Σίκοριν ποταμὸν ἀποληφθέντας προανελόντος. Εἰ δή τις ἐστί μοι παρ' ὑμῶν ὑπὲρ τούτων χάρις, φράζετε αὐτὰ τοῖς Πομπηΐου στρατιώταις ἅπασι. » Τοσάδε εἰπὼν, τοὺς μὲν ἀπέλυεν ἀπαθεῖς, αὐτὸς δὲ τῆς Ἰβηρίας ἀπέφαινεν ἡγεῖσθαι Κάσσιον Κόϊντον. Καὶ τάδε μὲν ἦν ἀμφὶ τὸν Καίσαρα.

XLIV. Λιβύης δὲ Οὔαρος Ἄττιος ἐστρατήγει τῷ Πομπηΐῳ, καὶ Ἰόβας ὁ τῶν Μαυρουσίων Νομάδων βασιλεὺς τῷ Οὐάρῳ συνεμάχει. Κουρίων δ' ὑπὲρ Καίσαρος αὐτοῖς ἐκ Σικελίας ἐπέπλει δύο τέλεσι στρατοῦ, καὶ ναυσὶ δυώδεκα μακραῖς, καὶ ὁλκάσι πολλαῖς. Ἰτύκῃ δὲ προσσχὼν, ἐν μέν τινι βραχείᾳ περὶ αὐτὴν ἱππομαχίᾳ τρέπεταί τινας τῶν Νομάδων ἱππέας· καὶ ὑπὸ τῆς στρατιᾶς, ἐν τοῖς ὅπλοις ἔτι οὔσης, Αὐτοκράτωρ ὑπέστη προσαγορευθῆναι· ἔστι δὲ τιμὴ τοῖς στρατηγοῖς τόδε τὸ προσαγόρευμα παρὰ τῶν στρατῶν, καθάπερ αὐτοῖς ἐπιμαρτυρούντων ἀξίως σφῶν αὐτοκράτορας εἶναι. Καὶ τήνδε τὴν τιμὴν οἱ στρατηγοὶ πάλαι μὲν ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις προσίεντο· νῦν δ' ὅρον εἶναι τῇδε τῇ εὐφημίᾳ πυνθάνομαι τὸ μυρίους πεσεῖν. Ἔτι δὲ τοῦ Κουρίωνος ἐπιπλέοντος ἐκ Σικελίας, οἱ ἐν τῇ Λιβύῃ, νομίσαντες, αὐτὸν διὰ δοξοκοπίαν ἀμφὶ τὸν χάρακα τὸν Σκιπίωνος κατὰ δόξαν τῆς ἐκείνου μεγαλουργίας στρατοπεδεύσειν, τὸ ὕδωρ ἐφάρμαξαν. Καὶ ἐλπίδος οὐ διήμαρτον. Ὅ τε γὰρ Κουρίων ἐστάθμευσεν ἐνταῦθα, καὶ ὁ στρατὸς εὐθὺς ἐνόσει· πιοῦσί τε τὸ βλέμμα ἀμαυρὸν ἦν, ὥσπερ ἐν ὀμίχλῃ, καὶ ὕπνος ἐπεγίγνετο σὺν κάρῳ· μετὰ δ' αὐτὸν ἔμετοι τροφῆς ποικίλοι, καὶ σπασμὸς ὅλου τοῦ σώματος. Ὧν δὴ χάριν ὁ Κουρίων παρ' αὐτὴν Ἰτύκην μετεστρατοπέδευε, δι' ἕλους ἰσχυροῦ τε καὶ μακροῦ τὸν στρατὸν, ἀσθενῆ διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν γεγονότα, ἄγων. Ὡς δὲ σφίσιν ἡ νίκη

videbatur, concedendam Cæsari Hispaniam, modo ad Pompeium permittatur reditus. Sed reclamavit Petreius, per exercitum cursitans, et, quotquot Cæsarianorum in castris conversantes cum suis inveniret, sua manu confodiens, atque etiam unum e suis tribunis, qui furentem cohibere voluerat. Qua crudelitate offensi militum animi, magis etiam ad Cæsaris clementiam convertebantur. Postquam vero Cæsari contigit, aquatione quoque prohibere hostem; tum vero necessitate coactus Petreius, una cum Afranio, in medio utriusque exercitus ad Cæsaris colloquium prodiit. In eo colloquio conventum est « ut Pompeiani Hispania decederent Cæsari : ille deduceret illæsos ad Varum fluvium, et inde porro ad Pompeium ire sineret. » Postquam ad Vari ripas ventum est advocatis ad concionem quotquot in Pompeianis copiis erant Romani Italicive nominis, Cæsar hæc verba fecit : « Equidem, hostes! (hac enim adhuc appellatione utens, significantius vobis animi mei sensum patefaciam) neque eos, qui ad locum castris capiendum præmissi in potestatem meam deditione venerunt, malo ullo affeci, neque reliquum vestrum exercitum, postquam aquationibus vos exclusi : quamvis Petreius meos trans Sicorim interceptos prior interfecerit. Quorum beneficiorum si qua est apud vos gratia, commemorate hæc apud Pompeianos milites omnes. » Hæc locutus, dimisit eos innocuos, et Hispaniæ Quintum Cassium præposuit.

XLIV. Iisdem temporibus in Africa Attius Varus Pompeianis præerat; opem ferente, pro societate ac amicitia, Juba, rege Mauritaniæ. Contra hos Curio ex Sicilia profectus est, cum duabus Cæsarianis legionibus, XII navibus longis multisque onerariis. Qui, exscensione ad Uticam facta, quum Numidas quosdam parvo equestri prælio fugasset, mox ab exercitu, etiam tum armato, Imperator consalutari sustinuit. Id honoris ducibus confertur a suis militibus, tanquam virtutis testimonium : quem honorem duces olim post præclarissimas quasvis res gestas admittebant; nostra autem ætate, ut audio, nemini contingit hujusmodi acclamatio, nisi cæsis hostium decem millibus. Cæterum hi qui Africam obtinebant, navigante adhuc Curione ex Sicilia, rati, eum gloriæ Scipionis æmulatione castra petiturum Cornelia, veneno aquam infecerant. Nec fefellit eos spes sua : nam et Curio stationem ibi habuit, et exercitus mox morbis laboravit, oculis a potu caligantibus tanquam in nebula, et sopore gravante, quem sequebantur varii vomitus et corporis totius convulsio. Quamobrem ad ipsam Uticam castra transtulit Curio, ducto per longas et latas paludes exercitu, ob corporum languorem debili. Ut vero

Καίσαρος ἡ περὶ τὴν Ἰβηρίαν ἀπηγγέλθη, ἀνεθάῤῥησάν τε, καὶ παρετάξαντο παρὰ τὴν θάλασσαν, ἐν βραχεῖ χωρίῳ. Μάχης δὲ καρτερᾶς γενομένης, Κουρίωνος μὲν εἷς ἀνὴρ ἔπεσεν, Οὐάρου δὲ ἑξακόσιοι, καὶ κατετρώθησαν ἔτι πλείονες.

XLV. Ἰόβα δ' ἐπιόντος, δόξα ψευδὴς προσεπήδησεν, ἀμφὶ τὸν Βαγράδαν ποταμὸν οὐ πολὺ διεστῶτα ὑπεστροφέναι τὸν Ἰόβαν, πορθουμένης αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς ὑπὸ τῶν γειτόνων, Σαβούῤῥαν στρατηγὸν σὺν ὀλίγοις ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ καταλιπόντα. Καὶ τῷδε τῷ λόγῳ πίσυνος ὁ Κουρίων, θέρους θερμοῦ περὶ τρίτην ὥραν ἡμέρας ἦγε τὸ κράτιστον τῆς στρατιᾶς ἐπὶ τὸν Σαβούῤῥαν, ὁδὸν ψαμμώδη καὶ ἄνυδρον· εἰ γάρ τι καὶ νᾶμα χειμέριον ἦν, ἐξήραντο ὑπὸ τῆς φλογὸς τοῦ ἡλίου. Καὶ ὁ ποταμὸς ὑπό τε Σαβούῤῥα καὶ ὑπ' αὐτοῦ παρόντος κατείχετο τοῦ βασιλέως. Σφαλεὶς οὖν τῆς ἐλπίδος ὁ Κουρίων, ἐς λόφους ἀνέδραμεν, ὑπό τε καμάτου καὶ πνίγους καὶ δίψης ἐνοχλούμενος. Ὡς δὲ αὐτὸν κατεῖδον οὕτως ἔχοντα οἱ πολέμιοι, τὸν μὲν ποταμὸν ἐπέρων ἐς μάχην ἐσκευασμένοι· καὶ ὁ Κουρίων κατέβαινεν ἀφρόνως μάλα καὶ καταφρονητικῶς, ἀσθενῆ τὸν στρατὸν ἄγων. Κυκλωσαμένων δ' αὐτὸν τῶν Νομάδων ἱππέων, ἐπὶ μέν τινα χρόνον ὑπεχώρει, καὶ ἐς βραχὺ συνεστέλλετο· ἐνοχλούμενος δὲ, ἀνέφευγεν αὖθις ἐς τοὺς λόφους. Ἀσίνιος μὲν δὴ Πολλίων, ἀρχομένου τοῦ κακοῦ, διέφυγεν ἐπὶ τὸ ἐν Ἰτύκῃ στρατόπεδον σὺν ὀλίγοις, μή τις ἐξ Οὐάρου γένοιτο πρὸς τὴν δόξαν τῆς ἐνταῦθα κακοπραγίας ἐπίθεσις. Κουρίων δὲ, φιλοκινδύνως μαχόμενος, σὺν ἅπασι τοῖς παροῦσιν ἔπεσεν, ὡς ἐπὶ τῷ Πολλίωνι μηδένα ἄλλον ἐπανελθεῖν ἐς Ἰτύκην. Τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ τέλος τῆς ἀμφὶ τὸν Βαγράδαν ποταμὸν μάχης ἐγένετο· καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ Κουρίωνος ἀποτμηθεῖσα, ἐς Ἰόβαν ἐφέρετο.

XLVI. Ἐν δὲ τῷ περὶ τὴν Ἰτύκην στρατοπέδῳ τοῦ κακοῦ φανεροῦ γενομένου, Φλάμμας μὲν ὁ ναύαρχος αὐτίκα ἔφευγεν αὐτῷ στόλῳ, πρίν τινα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἀναλαβεῖν. Ἀσίνιος δ' ἐς τοὺς παρορμοῦντας ἐμπόρους ἀκατίῳ διαπλεύσας, ἐδεῖτο αὐτῶν ἐπιπλεῦσαί τε καὶ τὸν στρατὸν ἀναλαβεῖν. Καί τινες ἐς τοῦτο νυκτὸς ἐπέπλευσαν. Ἀθρόων δ' ἐσβαινόντων ἐκείνων, τά τε σκάφη κατεδύετο, καὶ τῶν ἀναχθέντων οἱ ἔμποροι τοὺς πολλοὺς, χρήματα φέροντας, ἕνεκα τῶν χρημάτων ἐς τὴν θάλασσαν ἐῤῥίπτουν. Καὶ τάδε μὲν ἦν ἀμφὶ τοὺς ἀναχθέντας· ἕτερα δ' ἐν τῇ γῇ, νυκτὸς ἔτι, περὶ τοὺς ὑπολειφθέντας ἐγίγνετο ὅμοια· καὶ μεθ' ἡμέραν οἱ μὲν τῷ Οὐάρῳ σφᾶς παρέδοσαν. Ὁ δὲ Ἰόβας ἐπελθὼν περιέστησεν αὐτοὺς περὶ τὸ τεῖχος, καὶ ὡς λείψανα τῆς ἑαυτοῦ νίκης κατηκόντισεν, οὐδέν τι φροντίσας οὐδὲ Οὐάρου παρακαλοῦντος. Οὕτω μὲν δὴ τὰ σὺν Κουρίωνι ἐς Λιβύην ἐπιπλεύσαντα Ῥωμαίων δύο τέλη διώλετο ἅπαντα, καὶ ὅσοι μετ' αὐτῶν ἦσαν ἱππεῖς τε καὶ ψιλοὶ, καὶ ὑπηρέται τοῦ στρατοῦ. Ἰόβας δ' ἐς τὰ οἰκεῖα ἀνέστρεφε, μέγιστον ἔργον τόδε Πομπηΐῳ καταλογιζόμενος.

XLVII. Καὶ τῶν αὐτῶν ἡμερῶν Ἀντώνιός τε περὶ

victoria Cæsaris ex Hispania nunciata est, receptis animis, aciem secundum mare instruxerunt loco angusto : commissoque acri prælio, Curio unum tantum ex suis militibus amisit : ex Vari acie sexcenti ceciderunt, et multo plures vulnerati sunt.

XLV. Adventante autem Juba, falsus rumor allatus est, regem a Bagrada flumine, quod non longe distabat, in regnum suum esse reversum, ad arcendas vicinorum incursiones, relicto in fluminis ripa duce Saburra cum exiguis copiis. Huic rumori fidem adhibens Curio, fervida æstate circa tertiam diei horam robur exercitus ducere contra Saburram per viam arenosam et aridam instituit; nam et torrentes, si qui erant, ardore solis aruerant. Fluvium autem a Saburra et ab ipso rege præsente invenit occupatum. Falsus igitur sua spe Curio, in tumulos se recepit, lassitudine et æstu sitique pariter pressus. Id ubi animadverterunt hostes, superato fluvio explicuerunt aciem. Et Curio, valde imprudenter et contemtim debilem exercitum deduxit in planitiem : ubi a Numidis equitibus cinctus, aliquamdiu retrocedendo sustinuit eorum impressionem, in arctum suos contrahens : hoste vero pugnam non remittente, in tumultos iterum se recepit. Et Pollio quidem mature cum paucis refugit Uticam ad exercitum, ne quid per occasionem hujus cladis Varus ibi moveret : Curio vero, temerarie pugnans, cum omnibus, quotquot circa se habebat, occubuit; ita ut nemo post Pollionem reversus sit Uticam. Hoc eventu ad Bagradam pugnatum est : et caput Curionis resectum ad Jubam perlatum.

XLVI. Quæ calamitas postquam in exercitu ad Uticam relicto est cognita, Flamma, præfectus classis, cum omnibus navibus aufugit, priusquam ullum ex terra militem reciperet. Pollio vero ad negotiatores, qui extra portum in statione stabant, lembo devectus, oravit, ut ad littus appellerent, et milites in naves reciperent; persuasitque nonnullis, ut ad hoc noctu adveherentur. Sed quum catervatim milites in naves irruerent, multæ depressæ sunt pondere. Ex his autem qui in altum evecti sunt, plerique, propter pecunias quas secum deferebant, a negotiatoribus in mare projecti perierunt. Et qui in terra erant relicti, alio calamitatis genere eadem nocte premebantur; et postero die Varo se dediderunt. Quos Juba, superveniens, sub mœnibus collocatos, ut victoriæ suæ reliquias, telis confixit, nequicquam Varo deprecante. Atque ita duæ Romanæ legiones, Curionis ductu in Africam delatæ, simul cum equitibus velitibusque et calonibus, internecione deletæ sunt. Juba, singulariter de Pompeio his rebus gestis sese meritum gloriatus, domum repetiit.

XLVII. Per eosdem dies et Antonius in Illyrico ab Octa-

τὴν Ἰλλυρίδα ἡσσᾶτο ὑπὸ Ὀκταουίου, Πομπηΐῳ στρατηγοῦντος· καὶ στρατιὰ Καίσαρος ἄλλη περὶ Πλακεντίαν στασιάσασα, τῶν ἀρχόντων κατεβόησεν, ὡς ἔν τε τῇ στρατείᾳ βραδύνοντες, καὶ τὰς πέντε μνᾶς οὐ λαβόντες, ἥντινα δωρεὰν αὐτοῖς ὁ Καῖσαρ ἔτι περὶ Βρεντέσιον ὑπέσχητο. Ὧν ὁ Καῖσαρ πυθόμενος, ἐκ Μασσαλίας ἐς Πλακεντίαν ἠπείγετο συντόμως, καὶ ἐς ἔτι στασιάζοντας ἐπελθὼν, ἔλεγεν ὧδε· « Τάχει μὲν ὅσῳ περὶ ἕκαστα χρῶμαι, σύνιστέ μοι· βραδύνει δ' ὁ πόλεμος οὐ δι' ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τοὺς πολεμίους, ὑποφεύγοντας ἡμᾶς. Ὑμεῖς δ' ἔν τε Γαλατίᾳ πολλὰ τῆς ἐμῆς ἀρχῆς ὀνάμενοι, καὶ ἐς τόνδε τὸν πόλεμον ὅλον, οὐκ ἐς μέρος αὐτοῦ, μοὶ συνομόσαντες, ἐν μέσοις ἔργοις ἡμᾶς ἀπολείπετε, καὶ τοῖς ἄρχουσιν ἐπανίστασθε, καὶ προστάττειν ἀξιοῦτε παρ' ὧν χρὴ προστάγματα λαμβάνειν. Μαρτυράμενος οὖν ἐμαυτὸν τῆς ἐς ὑμᾶς μέχρι δεῦρο φιλοτιμίας, χρήσομαι τῷ πατρίῳ νόμῳ, καὶ τοῦ ἐνάτου τέλους (ἐπειδὴ μάλιστα τῆς στάσεως κατῆρξε) τὸ δέκατον διακληρώσω θανεῖν. » Θρήνου δὲ ἀθρόως ἐξ ἅπαντος τοῦ τέλους γενομένου, οἱ μὲν ἄρχοντες αὐτοῦ προσπεσόντες ἱκέτευον· ὁ δὲ Καῖσαρ μόλις τε καὶ κατ' ὀλίγον ἐνδιδοὺς, ἐς τοσοῦτον ὅμως ὑφῆκεν, ὡς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι μόνους (οἳ κατάρξαι μάλιστα ἐδόκουν) διακληρῶσαι, καὶ δυώδεκα αὐτῶν τοὺς λαχόντας ἀνελεῖν. Τῶν δὲ δυώδεκα τῶνδε ἐφάνη τις οὐδ' ἐπιδημῶν ὅτε ἡ στάσις ἐγίγνετο· καὶ ὁ Καῖσαρ τὸν ἐμφήναντα λοχαγὸν ἔκτεινεν ἀντ' αὐτοῦ.

XLVIII. Ἡ μὲν δὴ περὶ Πλακεντίαν στάσις οὕτως ἐλέλυτο. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς Ῥώμην παρῆλθε· καὶ αὐτὸν ὁ δῆμος πεφρικὼς ᾑρεῖτο δικτάτωρα, οὔτε τι τῆς βουλῆς ψηφιζομένης, οὔτε προχειροτονοῦντος ἄρχοντος. Ὁ δὲ, εἴτε παραιτησάμενος τὴν ἀρχὴν, ὡς ἐπίφθονον, εἴτε οὐ χρῄζων, ἄρξας ἐπὶ ἕνδεκα μόνας ἡμέρας (ὧδε γάρ τισι δοκεῖ) ὑπάτους ἐς τὸ μέλλον ἀπέφηνεν ἑαυτόν τε καὶ Πούπλιον Ἰσαυρικόν. Ἡγεμόνας τε ἐς τὰ ἔθνη περιέπεμπεν, ἢ ἐνήλλαττεν, ἐφ' ἑαυτοῦ καταλέγων· ἐς μὲν Ἰβηρίαν, Μάρκον Λέπιδον· ἐς δὲ Σικελίαν, Αὖλον Ἀλβῖνον· ἐς δὲ Σαρδὼ, Σέξστον Πεδουκαῖον· ἐς δὲ τὴν νεόληπτον Γαλατίαν, Δέκιμον Βροῦτον. Τῷ δὲ δήμῳ λιμώττοντι σῖτον ἐπέδωκε· καὶ τοὺς φυγάδας δεομένῳ καταγαγεῖν συνεχώρησε, χωρὶς Μίλωνος. Αἰτοῦσι δ' αὐτοῖς καὶ χρεῶν ἀποκοπὰς, διά τε πολέμους καὶ στάσεις καὶ τὴν ἐκ τῶνδε τοῖς πιπρασκομένοις ἐποῦσαν εὐωνίαν, τὰς μὲν ἀποκοπὰς οὐκ ἔδωκε, τιμητὰς δὲ τῶν ὠνίων ἀπέφηνεν, οἷς ἔδει τοὺς χρήστας τοῖς δανείσασιν ἀντὶ τῶν χρημάτων διδόναι. Καὶ τάδε πράξας, περὶ χειμερίους τροπὰς περιέπεμπε τὸν στρατὸν ἀπαντᾶν ἐς τὸ Βρεντέσιον· αὐτός τε ἐξῄει, Δεκεμβρίου μηνὸς Ῥωμαίοις ὄντος, οὐκ ἀναμείνας οὐδὲ τῆς ἀρχῆς ἕνεκα τὴν νουμηνίαν τοῦ ἔτους πλησιάζουσαν. Ὁ δὲ δῆμος εἵπετο, παρακαλῶν συμβῆναι Πομπηΐῳ· οὐ γὰρ ἄδηλον ἦν, ἐς μοναρχίαν τὸν νικῶντα τρέψεσθαι. Καὶ ὁ μὲν ὥδευεν οὐδὲν ἐλλείπων δυνατῆς ἐπείξεως.

XLIX. Ὁ δὲ Πομπήϊος πάντα τὸν χρόνον τόνδε ναῦς

vio, Pompeii legato, superatus est : et alius Cæsarianus exercitus ad Placentiam seditiose præfectis suis reclamabat, trahi bellum, nec sibi quinas minas persolvi, quas donativi nomine Cæsar Brundusii ipsis esset pollicitus. Quo cognito, Placentiam Cæsar advolavit Massilia, et tumultuantes etiam tum milites in hunc modum est allocutus : « Nota est vobis solita mea in omnibus rebus celeritas : nunc vero non a nobis trahitur bellum, sed ab hostibus, qui nos fugiunt. Vos autem, qui in Gallia, meis auspiciis, magna percepistis commoda, et fidem vestram non in partem hujus belli, sed in universum, mihi obligastis, in mediis conatibus nos deseritis; in præfectos insurgitis, et imperare his vultis quorum oportebat imperata facere. Quum igitur me ipsum testem habeam liberalitatis, qua ad hunc usque diem erga vos usus sum, nunc more majorum vobiscum agam, et nonam legionem decimabo, quandoquidem ab hac ortum est seditionis initium. » His auditis, per totam legionem comploratio est coorta; tribunique, ad genua Cæsaris supplices, rogabant veniam. Cæsar ægre cunctanterque exoratus, hactenus tamen pœnam remisit, ut ex solis centum et viginti, qui præcipui seditionis auctores fuisse videbantur, duodecim sorte ductos afficeret supplicio. Ex his autem duodecim unum compertum est abfuisse tempore seditionis; cujus loco Cæsar centurionem occidit, qui hunc detulerat.

XLVIII. Atque ita composita Placentina seditione, Romam Cæsar repetiit. Ibi a trepidante plebe dictator creatus est, nullo in eam rem vel senatusconsulto facto, vel magistratus ullius accedente suffragio. Sed ille, vel quia invidiosum videbatur id honoris fastigium, vel quod aliam ob causam in eo nunc permanere nolebat, undecimo post die (ut quidam ferunt) se consulem in annum sequentem designavit et P. Servilium Isauricum. Tum vero suo arbitratu provinciis dedit aut mutavit præsides : Hispaniæ M. Lepidum; A. Albinum Siciliæ; Sex. Peducæum Sardiniæ; Decimum Brutum Galliæ, novæ provinciæ. Populo vero, fame laboranti, frumentum distribuit; eodemque deprecante, reditum concessit exulibus, uno Milone excepto. Sed quum novas quoque tabulas plebs peteret, causando bella seditionesque, et inde secutam vilitatem rerum venalium, eas quidem preces repulit : verum censores creavit, qui statuerent pretia rerum venalium, unde pro pecuniis satisfaciendum erat fœneratorum postulationibus. His peractis, Cæsar nuncios ad exercitus dimisit, ut sibi circa brumam ad Brundusium occurrerent. Ipse mense Decembri Urbem egressus est, ne Calendis quidem Januariis, magistratus sui respectu, exspectatis. Proficiscentem populus frequens honoris causa prosecutus, orabat, ut cum Pompeio rediret in gratiam : satis enim apparebat, utercumque vicisset, venturam in unius potestatem rempublicam. Ille iter ingressus, nihil sibi ad summam celeritatem fecit reliquum.

XLIX. Interea Pompeius, nulla interposita mora, naves

ἐποιεῖτο, καὶ στρατὸν ἀεὶ πλείονα καὶ χρήματα συνῆγε· καὶ τὰς ἐν τῷ Ἰονίῳ Καίσαρος τεσσαράκοντα ναῦς ἑλὼν, ἐφύλασσεν αὐτοῦ τὸν διάπλουν· τόν τε στρατὸν ἐγύμναζε, συντρέχων καὶ συνιππεύων, καὶ παντὸς ἐξάρχων πόνου παρ' ἡλικίαν· ὅθεν αὐτῷ ῥᾳδίως εὔνοιά τε ἦν, καὶ συνέθεον ἐπὶ τὰ γυμνάσια Πομπηΐου πάντες, ὡς ἐπὶ θέαν. Ἦν δ' ἐς τότε Καίσαρι μὲν δέκα τέλη πεζῶν, καὶ Κελτῶν ἱππεῖς μύριοι· Πομπηΐῳ δὲ πέντε μὲν ἐξ Ἰταλίας, δι' ὧν τὸν Ἰόνιον διεπεπλεύκει, καὶ τούτοις ὅσοι συνετάσσοντο ἱππεῖς· ἐκ δὲ Παρθυαίων δύο, τῶν σὺν Κράσσῳ πεπολεμηκότων τὰ ὑπόλοιπα· καί τε μέρος ἄλλο τῶν ἐς Αἴγυπτον ἐσβαλόντων μετὰ Γαβινίου· σύμπαντα, ἀνδρῶν Ἰταλῶν ἕνδεκα τέλη, καὶ ἱππεῖς ἀμφὶ τοὺς ἑπτακισχιλίους. Σύμμαχοι δ' ἐξ Ἰωνίας τε καὶ Μακεδονίας καὶ Πελοποννήσου καὶ Βοιωτίας, τοξόται τε Κρῆτες, καὶ σφενδονῆται Θρᾷκες, καὶ ὅσοι περὶ τὸν Πόντον βέλεσι χρῶνται· ἱππεῖς τέ τινες Κελτῶν, καὶ ἐκ Γαλατίας ἕτεροι τῆς ἑῴας, Κομμαγηνοί τε ὑπ' Ἀντιόχου πεμφθέντες, καὶ Κίλικες καὶ Καππαδόκαι, καὶ ἐκ τῆς βραχυτέρας Ἀρμενίας τινὲς, καὶ Παμφύλιοι καὶ Πισίδαι. Ὧν οὐχ ἅπασιν ἐς μάχας, ἀλλ' ἐς φρούρια καὶ ταφρείας καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν τοῦ Ἰταλικοῦ στρατοῦ, χρῆσθαι διενοεῖτο, ἵνα μηδένα τῶν Ἰταλῶν τοῦ πολέμου περισπῴη. Καὶ τάδε μὲν ἦν αὐτῷ τὰ πεζά. Νῆες δὲ, μακραὶ μὲν ἐντελεῖς τοῖς πληρώμασιν, ἑξακόσιαι· καὶ τούτων ἐς ἑκατὸν Ῥωμαίων, ἐπιβατῶν, αἳ καὶ μάλιστα προὔχειν ἐδόκουν· πολὺ δὲ ὁλκάδων καὶ σκευοφόρων ἄλλο πλῆθος· ναύαρχοί τε πολλοὶ κατὰ μέρη· καὶ ἐπ' αὐτοῖς Μάρκος Βίβουλος.

L. Ὡς δέ οἱ πάντα ἦν ἕτοιμα, συναγαγὼν ὅσοι τε ἦσαν ἀπὸ τῆς βουλῆς καὶ ἀπὸ τῶν καλουμένων ἱππέων, καὶ τὸν στρατὸν ἅπαντα, ἐς ἐπήκοον, ἔλεξεν ὧδε· « Καὶ Ἀθηναῖοι τὴν πόλιν ἐξέλιπον, ὦ ἄνδρες, ὑπὲρ ἐλευθερίας τοῖς ἐπιοῦσι πολεμοῦντες, οὐ τὰ οἰκήματα πόλιν, ἀλλὰ τοὺς ἄνδρας εἶναι νομίζοντες (καὶ τόδε πράξαντες, ὀξέως αὐτὴν ἀνέλαβόν τε καὶ εὐκλεεστέραν ἀπέφηναν)· καὶ ἡμῶν αὐτῶν οἱ πρόγονοι, Κελτῶν ἐπιόντων, ἐξέλιπον τὸ ἄστυ, καὶ αὐτὸ ἀνεσώσατο ἐξ Ἀρδεατῶν Κάμιλλος ὁρμώμενος. Πάντες τε οἱ εὖ φρονοῦντες, τὴν ἐλευθερίαν, ὅπη ποτ' ἂν ὦσιν, ἡγοῦνται πατρίδα. Ὃ καὶ ἡμεῖς ἐνθυμούμενοι, δεῦρο διεπλεύσαμεν, οὐ τὴν πατρίδα ἐκλιπόντες, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῆς παρασκευασόμενοί τε καλῶς ἐνθάδε, καὶ ἀμυνούμενοι τὸν ἐκ πολλοῦ μὲν ἐπιβουλεύοντα αὐτῇ, διὰ δὲ τοὺς δωροδοκοῦντας τὴν Ἰταλίαν ἄφνω καταλαβόντα. Ὃν ὑμεῖς μὲν ἐψηφίσασθε εἶναι πολέμιον· ὁ δὲ καὶ νῦν ἡγεμόνας ἐς τὰ ἔθνη τὰ ὑμέτερα περιπέμπει, καὶ τῇ πόλει τινὰς ἐφίστησι, καὶ ἑτέρους ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν. Τοσῇδε τόλμῃ τὸν δῆμον ἀφαιρεῖται τὴν ἡγεμονίαν. Καὶ εἰ τάδε, πολεμῶν ἔτι, καὶ δεδιὼς, καὶ δίκην σὺν θεῷ δώσων, ἐξεργάζεται, τί χρὴ νικήσαντα προσδοκᾶν ἐκλείψειν ὠμότητος ἢ βίας; καὶ τάδε πράττοντι κατὰ τῆς πατρίδος σύνεισίν τινες ἐωνημένοι χρημάτων, ὧν ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς ἡμετέρας Γα-

fabricari, copias augere, colligere pecunias. Captisque in mari supero quadraginta Cæsaris navibus, observabat ejus trajectum; milites interim exercens pedestribus equestribusque decursionibus, præsens ipse ad omnia, et præter ætatem primus laborem quemvis aggrediens : unde illi favor ingens contigit, et omnes ad exercitamenta Pompeii, tanquam ad spectacula, confluebant. Erant autem ad id temporis Cæsari legiones decem, et equitum Gallorum decem millia : Pompeio vero quinque legiones, quas ex Italia cum equitatu ad quamque legionem pertinente trajecerat; et duæ Parthicæ, Crassi exercitus reliquiæ; et pars quædam eorum qui Gabinii ductu in Ægyptum irruperant : cunctæ simul undecim legiones Italici generis, equitum circiter septem millia. Præterea auxilia ex Ionia, Macedonia, Peloponneso, Bœotia; tum sagittarii Cretenses, funditores Thraces, jaculatores Pontici; ad hæc Galli nonnulli equites, et alii ex orientali Galatia, Commagenique ab Antiocho missi, et Cilices Cappadocesque, et ex minori Armenia nonnulli, Pamphyliique ac Pisidæ : quibus non omnibus ad prælia, sed ad præsidia, ad munitiones faciendas, et cætera Italici exercitus ministeria, uti cogitabat, ne Italus miles distraheretur a præliis. Et hæ quidem terrestres Pompeii copiæ. Naves autem, longæ quidem ad plenum instructæ, sexcentæ; quarum centum, quæ et alias præstantissimæ videbantur, socios navales Romani generis habebant : onerariarum vero, et quæ apparatum subvehebant, alia magna multitudo. Tota classis in aliquot præfectos divisa, quibus omnibus Marcus Bibulus præerat.

L. Ubi vero omnia parata fuere, accitis quotquot aderant senatorii equestrisque ordinis, et cætero exercitu universo, pro concione verba fecit Pompeius hujusmodi : « Et Athenienses olim urbem suam deseruere, milites, dum pro libertate bellum cum irrumpente hoste gererent; rati, viris civitatem constare, non ædificiis; eoque facto, brevi receperunt eam multo clariorem, quam antea : et nostri majores excessere Urbe, Gallis irrumpentibus, quam Camillus incolumem recepit, accurrens ab Ardea. Denique omnes qui sapiunt, ubicunque libertatem tueri datur, ibi suam esse patriam existimant. Quod et nos cogitantes huc trajecimus, non desertores patriæ, sed hoc potissimum loco ad eam defendendam commodissime nos instructuri, pœnasque exacturi ab eo, qui jamdudum eidem insidiatus, tandem per homines largitionibus corruptos subito Italiam occupavit. Qui, hostis a vobis judicatus, nunc prætores mittit in vestras provincias, alios Urbi præficit, alios per Italiam disponit : tanta ille audacia populo Romano eripit imperium. Qui si hæc, bellum etiamnum gerens, et metuens, et pœnas Deo juvante daturus, perpetrat, quam violentiam, quam crudelitatem abstenturus a patria debet videri, si vincere contingat? Ac talia patrantem sequuntur nonnulli, redemti pecuniis, quas ille ex nostra sibi paravit

λατίας πεπόρισται, δουλεύειν ἀντὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἰσονομίας αἱρούμενοι.

LI. Ἐγὼ δ' οὐκ ἐξέλιπον, οὔτ' ἂν ἐκλίποιμι, τὸν μεθ' ὑμῶν καὶ ὑπὲρ ὑμῶν ἀγῶνα· ἀλλὰ καὶ στρατιώτην ἐμαυτὸν ὑμῖν καὶ στρατηγὸν ἐπιδίδωμι, καὶ εἴ τις ἐστί μοι πολέμων ἐμπειρία καὶ τύχη, ἀηττήτῳ μέχρι νῦν γενομένῳ, καὶ τάδε μοι πάντα τοὺς θεοὺς ἐς τὰ παρόντα συνενεγκεῖν εὔχομαι, καὶ γενέσθαι τῇ πατρίδι κινδυνευούσῃ, καθὰ καὶ περικτωμένῃ τὴν ἡγεμονίαν, αἴσιος. Θαρρεῖν δὲ χρὴ τοῖς τε θεοῖς, καὶ αὐτῷ τῷ λογισμῷ τοῦ πολέμου, καλὴν καὶ δικαίαν ἔχοντι φιλοτιμίαν ὑπὲρ πατρίου πολιτείας· ἐπὶ δὲ τούτῳ, τῷ πλήθει τῆς παρασκευῆς, τῷ τε νῦν ὄντι ἡμῖν κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, καὶ τῷ γιγνομένῳ τε ἀεί, καὶ προσεσομένῳ μᾶλλον, ἐπειδὰν τῶν ἔργων ἁψώμεθα. Ὅσα γὰρ εἰπεῖν ἐπὶ τὴν ἕω καὶ τὸν Εὔξεινον πόντον ἔθνη, πάντα, Ἑλληνικά τε καὶ βάρβαρα, ἡμῖν σύνεστι· καὶ βασιλεῖς, ὅσοι Ῥωμαίοις ἢ ἐμοὶ φίλοι, στρατιὰν καὶ βέλη καὶ ἀγορὰν καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν χορηγοῦσιν. Ἴτε οὖν ἐπὶ τὸ ἔργον, ἀξίως τῆς τε πατρίδος, καὶ ὑμῶν αὐτῶν, καὶ ἐμοῦ· καὶ τῆς Καίσαρος ὕβρεως μνημονεύοντες, καὶ ὀξέως ἐς τὰ παραγγελλόμενα χωροῦντες. »

LII. Ὁ μὲν ὧδε εἶπεν· ὁ δὲ στρατὸς ἅπας, καὶ ὅσοι ἦσαν ἀμφ' αὐτὸν ἀπὸ τῆς βουλῆς, πολὺ καὶ γνωριμώτατον πλῆθος, εὐφήμουν ὁμοῦ, καὶ ἐκέλευον ἄγειν ἐφ' ὅ τι χρήζοι. Ὁ δὲ (ἡγεῖτο γάρ, δυσχεροῦς ἔτι τῆς ὥρας οὔσης καὶ τῆς θαλάσσης ἀλιμένου, μετὰ χειμῶνα ἐπιπλευσεῖσθαι τὸν Καίσαρα· ὕπατόν τε ὄντα, τὴν ἀρχὴν ἐν τοσῷδε διαθήσεσθαι) τοῖς μὲν ναυάρχοις προσέταττεν ἐπιτηρεῖν τὴν θάλασσαν· τὸν δὲ στρατὸν ἐς χειμασίαν ἐπιδιῄρει, καὶ περιέπεμπεν ἔς τε Θεσσαλίαν καὶ Μακεδονίαν. Καὶ Πομπήϊος μὲν οὕτω τοῦ μέλλοντος ἀμελῶς ἐτεκμαίρετο. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ὥς μοι προείρητο, περὶ χειμερίους τροπὰς ἐς τὸ Βρεντέσιον ἠπείγετο, νομίζων τῷ ἀδοκήτῳ μάλιστα ἐκπλήξειν τοὺς πολεμίους. Οὔτε δὲ ἀγορὰν, οὔτε παρασκευὴν, οὔτε τὸν στρατὸν τὸν ἑαυτοῦ πάντα ἠθροισμένον ἐν τῷ Βρεντεσίῳ καταλαβὼν, τοὺς παρόντας ὅμως ἐς ἐκκλησίαν συναγαγὼν, ἔλεγεν·

LIII. « Οὔτε τῆς ὥρας τὸ χειμέριον, ὦ ἄνδρες, οἱ περὶ τῶν μεγίστων ἐμοὶ συναίρεσθε, οὐθ' ἡ τῶν ἄλλων βραδύτης ἢ ἔνδεια τῆς πρεπούσης παρασκευῆς, ἐφέξει με τῆς ὁρμῆς. Ἀντὶ γὰρ πάντων ἡγοῦμαί μοι συνοίσειν τὴν ταχυεργίαν. Καὶ πρώτους ἡμᾶς, οἱ πρῶτοι συνεδράμομεν ἀλλήλοις, ἀξιῶ, θεράποντας μὲν ἐνταῦθα καὶ ὑποζύγια καὶ παρασκευὴν καὶ πάνθ' ὑπολιπέσθαι, ἵνα ἡμᾶς αἱ παροῦσαι νῆες ὑποδέξωνται· μόνους δ' εὐθὺς ἐμβάντας περᾶν, ἵνα τοὺς ἐχθροὺς διαλάθοιμεν· τῷ μὲν χειμῶνι τύχην ἀγαθὴν ἀντιθέντες, τῇ δ' ὀλιγότητι τόλμαν, τῇ δ' ἀπορίᾳ τὴν τῶν ἐχθρῶν εὐπορίαν, ἧς ἐστιν ἡμῖν εὐθὺς ἐπιβαίνουσιν ἐπὶ τὴν γῆν κρατεῖν, ἣν εἰδῶμεν ὅτι μὴ κρατήσασιν οὐδέν ἐστιν ἴδιον. Ἴωμεν οὖν ἐπὶ θεράποντάς τε καὶ σκεύη καὶ ἀγορὰν τὴν ἐκεί-

Gallia; qui servire malunt, quam æquo jure cum eodem ipso vivere.

LI. « At ego non intermisi, nec intermittam unquam, vobiscum et pro vobis periculosa quævis certamina subire, et operam meam omnem vel ad militis vel ad ducis munia vobis offerre : et si qua mihi adest vel belli peritia vel fortuna, quæ me ad hunc diem invictum præstitit, deos omnes comprecor, ut ea omnia mihi velint ad hæc, quæ nunc agimus, cumulate adesse; utque tam faustus sim in incolumitate patriæ protegenda, quam fui in propagando imperio. Nos vero et diis certe decet fidere, et ipsi causæ, qua nulla justior honestiorve esse potest; quippe quæ in patriæ reique publicæ defensione unice continetur. Tum vero animos addere debet apparatus copiosissimus, terrestris, maritimusque, qui et nunc jam nobis præsto est, et quotidie augetur, et multo majoribus etiam accessionibus augebitur, quamprimum rem aggressi fuerimus. Quotquot enim nationes ad Orientem Pontumque Euxinum spectant, sive Græcæ, sive barbaræ, a nostris omnes stant partibus : tum reges, quicunque populi Romani meive amici sunt, militem, arma, commeatus, cæteraque necessaria expediunt. Ite igitur, navate operam, quam a vobis patria poscit, vestra virtute meque imperatore dignam : injuriarum Cæsaris memores, et ad mandata nostra prompte exsequenda parati. »

LII. Eam Pompeii orationem secuta est et totius exercitus, et senatorum cæterorumque nobilium, qui magno numero aderant, læta simul omnium acclamatio, jubentium, quocunque opus videretur, sese deduceret. Pompeius vero, considerans tempus anni difficile, putansque, mari importuoso non navigaturum Cæsarem ante finitam hiemem, occupatum interim in Urbe negotiis consularibus, et ordinando imperio, præfectis quidem classis mandavit maris custodiam, copias autem in hiberna distribuit per Thessaliam et Macedoniam. Tam neglectim de rebus instantibus conjecturam faciebat. At Cæsar aut supra dixi, circa brumam contendit Brundusium; ratus, improviso potissimum adventu perterrefaciendum esse hostem. Ibi vero quum nec commeatum, nec apparatum, nec copias suas omnes congregatas invenisset, tamen eos qui aderant, ad concionem vocatos, in hunc modum est allocutus :

LIII. « Nec tempus hibernum, commilitones, qui maximis pro rebus mecum arma sociastis, nec cæterorum tarditas, aut negligentia in idoneo apparatu faciendo, impetum meum remorabitur; cui in nulla re magis, quam in celeritate, sita spes est. Nos vero, qui primi omnium huc convolavimus, relinquamus, quæso, hic famulos jumentaque et impedimenta omnia, ut nos expeditos facilius navigia, quæ ad manus sunt, capiant! Quibus propere conscensis, trajiciamus soli statim, nil sentientibus hostibus : et hiemi opponamus bonam nostram fortunam, paucitatem pensemus audacia; inopiæ nostræ subveniat adversariorum copia : quæ in nostra erit potestate, quamprimum terram attigerimus, modo sciamus, nihil nostrum fore, nisi vicerimus! Eamus igitur, et illorum famulos apparatumque et commeatus occupemus, dum illi adhuc sub tectis

νων, ἕως χειμάζουσιν ἐν ὑποστέγοις. Ἴωμεν, ἕως Πομπήϊος ἡγεῖται κἀμὲ χειμάζειν, ἢ περὶ πομπὰς καὶ θυσίας ὑπατικὰς εἶναι. Εἰδόσι δ' ὑμῖν ἐκφέρω, δυνατώτατον ἐν πολέμοις ἔργον εἶναι τὸ ἀδόκητον· φιλότιμον δὲ, καὶ πρώτιστον δόξαν ἀπενέγκασθαι τῶν ἐσομένων, καὶ τοῖς αὐτίκα διωξομένοις ἡμᾶς ἀσφαλῆ τὰ ἐκεῖ προετοιμάσαι. Ἐγὼ μὲν δὴ καὶ τόνδε τὸν καιρὸν πλεῖν ἂν, ἢ λέγειν, μᾶλλον ἐβουλόμην· ἵνα με Πομπήϊος ἴδῃ, νομίζων ἔτι τὴν ἀρχὴν ἐν Ῥώμῃ διατίθεσθαι. Τὸ δὲ ὑμέτερον εὐπειθὲς εἰδὼς, ὅμως ἀναμένω τὴν ἀπόκρισιν. »

LIV. Ἀναβοήσαντος δὲ σὺν ὁρμῇ τοῦ στρατοῦ παντὸς, ἄγειν σφᾶς, εὐθὺς ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἦγεν ἀπὸ τοῦ βήματος, πέντε πεζῶν τέλη, καὶ ἱππέας λογάδας ἑξακοσίους. Καὶ ἐπ' ἀγκυρῶν ἀπεσάλευε, κλυδωνίου διαταράσσοντος. Χειμέριοι δ' ἦσαν τροπαί· καὶ τὸ πνεῦμα ἄκοντα καὶ ἀσχάλλοντα κατεκώλυε, μέχρι καὶ τὴν πρώτην τοῦ ἔτους ἡμέραν ἐν Βρεντεσίῳ διατρῖψαι. Καὶ δύο τελῶν ἄλλων ἐπελθόντων, ὅδε καὶ τάδε προσλαβὼν ἀνήγετο χειμῶνος ἐπὶ ὁλκάδων· αἱ γὰρ ἦσαν αὐτῷ νῆες ὀλίγαι μακραὶ, Σαρδὼ καὶ Σικελίαν ἐφρούρουν. Ὑπὸ δὲ χειμώνων ἐς τὰ Κεραύνια ὄρη περιαχθεὶς, τὰ μὲν πλοῖα εὐθὺς ἐς Βρεντέσιον ἐπὶ τὴν ἄλλην στρατιὰν περιέπεμπεν· αὐτὸς δ' ᾔει νυκτὸς ἐπὶ πόλιν Ὤρικον διὰ τραχείας ἀτραποῦ καὶ στενῆς, ἐς μέρη πολλὰ διασπώμενος ὑπὸ τῆς δυσχωρίας· ὡς εὐεπιχείρητος ἂν, εἴ τις ᾔσθετο, γενέσθαι. Περὶ δὲ τὴν ἕω μόλις αὐτῷ συνῄει τὸ πλῆθος, καὶ ὁ φρούραρχος ὁ τῆς Ὠρίκου, τῶν ἔνδον αὐτῷ προειπόντων οὐ κωλύσειν ἐπιόντα Ῥωμαίων ὕπατον, τάς τε κλεῖς παρέδωκε τῷ Καίσαρι, καὶ παρ' αὐτῷ κατέμεινε τιμῆς ἀξιούμενος. Λουκρήτιος δὲ καὶ Μινούκιος, ἐπὶ θάτερα τῆς Ὠρίκου ναυσὶν ὀκτωκαίδεκα μακραῖς Πομπηΐῳ σῖτον ἐν πλοίοις φυλάσσοντες, τά τε πλοῖα κατέδυσαν, ἵνα μὴ ὁ Καῖσαρ αὐτὰ λάβοι, καὶ ἐς Δυρράχιον διέφυγον. Ἀπὸ δὲ τῆς Ὠρίκου, Καῖσαρ ἐς Ἀπολλωνίαν ἠπείγετο· καὶ τῶν Ἀπολλωνιατῶν αὐτὸν δεχομένων, Σταβέριος ὁ φρούραρχος ἐξέλιπε τὴν πόλιν.

LV. Καὶ ὁ Καῖσαρ, ἁλίσας τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν, ἀνέμνησεν, ὅτι διὰ τὴν ταχυεργίαν τοῦ τε χειμῶνος σὺν τῇ τύχῃ περιγένοιντο, καὶ θαλάσσης τοσῆσδε χωρὶς νεῶν κρατήσειαν, Ὤρικόν τε καὶ Ἀπολλωνίαν ἀμαχεὶ λάβοιεν, καὶ τὰ τῶν πολεμίων ἔχοιεν, καθάπερ εἶπεν ἀγνοοῦντος ἔτι Πομπηΐου. « Εἰ δὲ καὶ Δυρράχιον, ἔφη, τὸ ταμιεῖον τῆς Πομπηΐου παρασκευῆς προλάβοιμεν, ἔσται πάντα ἡμῖν ἃ ἐκείνοις δι' ὅλου θέρους πεπονημένοις. » Τοσαῦτα εἰπὼν, ἦγε συντόμως ἐπὶ τὸ Δυρράχιον αὐτοὺς ὁδὸν μακρὰν, οὔτε ἡμέρας οὔτε νυκτὸς ἀναπαύων. Πομπήϊος δὲ προμαθὼν, ἀντιπαρώδευσεν ἐκ Μακεδονίας, σὺν ἐπείξει καὶ ὅδε πολλῇ, κόπτων τε τὴν ὕλην, ἣν παρώδευεν, ἵνα Καίσαρι δύσβατος εἴη, καὶ ποταμῶν γεφύρας διαιρῶν, καὶ ἀγορὰν τὴν ἐν μέσῳ πᾶσαν ἐμπιπράς· ἐν μεγίστῳ (καθάπερ ἦν) καὶ ὅδε τιθέμενος, τὴν ἑαυτοῦ παρασκευὴν διαφυλάξαι. Κονιορτὸν δ' ἢ πῦρ ἢ καπνὸν εἴ ποτε μακρόθεν ἴδοιεν αὐτῶν ἑκάτεροι, νο-

hiberna agunt! Eamus, dum Pompeius me quoque in hibernis degere putat inter pompas consulares festosque dies. Nostis ipsi, plurimum in bellis valere conatus necopinos: intelligitisque, quam gloriosum nobis sit futurum, primitias laudis rerum gerendarum abstulisse; et his, qui mox nos insecuturi sunt, tuta ibi omnia et parata præstitisse. Equidem certe mallem hanc ipsam horam navigatori quam concioni, impendisse; ut in Pompeii conspectum veniam, dum me putat in Urbe adhuc agere consulem. De promta vestra voluntate quamquam certus sum, tamen responsum exspecto. »

LIV. Conclamantibus magno studio omnibus, duceret se quo vellet, protinus, ut e suggestu descendit Cæsar, legiones quinque, cum lectissimis equitibus sexcentis, duxit ad mare, navibusque imposuit. Ubi dum, mari fluctibus agitato, jactis ancoris in salo perstare coguntur, et ventis reflantibus (ut fit brumali tempore), invitus Cæsar dolensque exire prohibetur, ut post Calendas etiam Januarias Brundusii retineretur; aliæ interim duæ legiones supervenerunt. Quibus simul in naves impositis, solvit tandem media hieme, non aliis nisi onerariis navibus usus: nam longæ quarum non magnus illi numerus suppetebat, Siciliæ præsidio relictæ sunt et Sardiniæ. Classis, tempestatibus ad Ceraunios montes appulsa, continuo Brundusium remissa est, ut reliquum exercitum adveheret. Ipse Cæsar, cum expositis, noctu Oricum petiit, per calles angustos et asperos, in plures partes diviso agmine propter locorum difficultatem: ita ut, si quis præsensisset, facile repelli potuisset. Tandem sub diluculum ægre in unum convenerunt copiæ: et præfectus præsidii, quod Orici erat, negantibus oppidanis prohibendum adventantem Romanum consulem, claves oppidi Cæsari tradidit; et cum eo posthac mansit, honorifice habitus. Lucretius autem et Minucius, qui ex altera parte Orici, cum octodecim navibus longis, onerarias frumentum Pompeio deferentes custodiebant, depressis onerariis, ne in hostium manus inciderent, profugerunt Dyrrhachium. Ab Orico Apolloniam Cæsar properavit; quo ab oppidanis recepto, Staberius, præsidii præfectus, urbem deseruit.

LV. Ibi Cæsar, pro concione admonitis suis, celeritatis ac fortunæ beneficio victas sibi difficultates hiemis, tantum maris enavigatum in navium inopia, Oricum et Apolloniam captas sine certamine, occupatas res hostium, sicut prædixerat, ignorante adhuc Pompeio: « Quod si, inquit, Dyrrhachium etiam, promtuarium Pompeii, et omnium apparatuum ejus horreum, in potestatem nostram redegerimus; omnia nostra erunt, quæ illis per totam æstatem magnis quæsita sunt laboribus. » Hæc locutus Cæsar sine mora Dyrrhachium suos ducit, continuato dies noctesque longo itinere. Sed Pompeius, de consilio ejus præmonitus, ex Macedonia eodem profectus est; nihil nec ipse ad summam diligentiam reliqui faciens, ut Cæsarem præveniret. Et postquam in ea loca pervenit, qua transiturus Cæsar videbatur, cæsis arboribus, rescissis fluminum pontibus, commeatu omni qui reperiebatur incenso, difficilem transitum Cæsari facere conatus est; maximum (ut erat) momentum ratus in apparatus sui custodia. Quod sicubi alterutri videre e longinquo pulverem excitatum aut ignem aut fu-

μίζοντες εἶναι τὰ ἀλλήλων, ἐφιλονείκουν ὡς ἐν ἀγῶνι δρόμου. Καὶ οὔτε τροφῇ καιρὸν ἐδίδοσαν, οὔτε ὕπνῳ· ἔπειξις δ' ἦν καὶ σπουδὴ καὶ βοαὶ τῶν ἀγόντων αὐτοὺς ὑπὸ λαμπτῆρσι, καὶ θόρυβος ἐκ τοῦδε πολὺς καὶ φόβος, ὡς τῶν πολεμίων ἀεὶ πλησιαζόντων. Ὑπὸ δὲ καμάτου τινὲς ἀπεῤῥίπτουν ἃ ἔφερον, ἢ ἐν φάραγξι διαλαθόντες ὑπελείποντο, τὴν αὐτίκα ἀνάπαυσιν τοῦ παρὰ τῶν ἐχθρῶν φόβου διαλλασσόμενοι.

LVI. Τοιαῦτα δὲ ἑκατέρων κακοπαθούντων, προὔλαβεν ὅμως ὁ Πομπήϊος τὸ Δυῤῥάχιον, καὶ παρ' αὐτὸ ἐστρατοπέδευσεν. Ναῦς τε ἐπιπέμψας, Ὤρικον αὖθις εἷλε, καὶ τὴν θάλασσαν ἀκριβεστέραις φρουραῖς ἐφύλασσεν. Ὁ δὲ Καῖσαρ, τοῦ Πομπηΐου τὸν Ἄλωρα ποταμὸν ἐν μέσῳ θέμενος, ἐστρατοπέδευσε. Καὶ τὸν ποταμὸν διαβαίνοντες ἱππομάχουν ἀλλήλοις ἀνὰ μέρη. Ἀθρόοις δὲ τοῖς στρατοῖς οὐ συνεπλέκοντο· Πομπήϊος μὲν, ἔτι γυμνάζων τοὺς νεοστρατεύτους· ὁ δὲ Καῖσαρ, τοὺς ἐκ Βρεντεσίου περιμένων. Νομίσας δ', ἔαρος μὲν αὐτοὺς ἐπὶ ὁλκάδων διαπλέοντας οὐ λήσειν τὰς τοῦ Πομπηΐου τριήρεις, θαμινὰ ἐς φυλακὴν ἀναπλεούσας· χειμῶνος δ' εἰ παραβάλλοιντο, ναυλοχούντων ἐς νήσους τῶν πολεμίων, λαθεῖν ἂν αὐτοὺς ἴσως, ἢ καὶ βιάσασθαι μεγέθει τε νεῶν καὶ πνεύματι· μετεπέμπετο κατὰ σπουδήν. Οὐκ ἀναγομένων δ' ἐκείνων, αὐτὸς ἔκρινεν ἐπὶ τὴν στρατιὰν διαπλεῦσαι λαθὼν, ὡς οὔ τινος αὐτὴν ἄλλου ῥᾳδίως ἐπαξομένου. Καὶ τὸ βούλευμα ἐπικρύψας, ἔπεμπε τρεῖς θεράποντας ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἀπὸ δυώδεκα σταδίων ὄντα, οἳ κελήτιον ὀξὺ καὶ κυβερνήτην τὸν ἄριστον, ὡς δή τινι πεμπομένῳ πρὸς Καίσαρος, ἔμελλον ἑτοιμάσειν.

LVII. Αὐτὸς δ' ἀπὸ διαίτης ὑπεχώρησε μὲν ὡς κάμνων τῷ σώματι, τοὺς φίλους ἔτι ἑστιᾶσθαι κελεύσας· ἐπιθέμενος δ' ἐσθῆτα ἰδιώτου, καὶ ὀχήματος εὐθὺς ἐπιβὰς, ἐξήλασεν ἐπὶ τὴν ναῦν, ὡς ὅδε ὢν ὁ πρὸς τοῦ Καίσαρος ἀπεσταλμένος· τά τε λοιπὰ διὰ τῶν θεραπόντων προσέτασσεν, ἐγκεκαλυμμένος τε καὶ ἐν νυκτὶ μάλιστα ἀγνοούμενος. Χειμερίου δὲ τοῦ πνεύματος ὄντος θαῤῥεῖν ἐκέλευόν οἱ θεράποντες τὸν κυβερνήτην, ὡς τῷδε μάλιστα λησόμενοι τοὺς πολεμίους ἐγγὺς ὄντας. Τὸν μὲν δὴ ποταμὸν ὁ κυβερνήτης εἰρεσίᾳ βιαζόμενος ἔπλει. Ὡς δ' ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς ἀφίκετο, καὶ ἡ θάλασσα σὺν κλυδωνίῳ καὶ πνεύματι τὸ ῥεῦμα ἀνέκοπτεν, ὁ μὲν, ἐπισπερχόντων αὐτὸν τῶν θεραπόντων, ἐβιάζετο, καὶ ὡς ἐς οὐδὲν προκόπτων ἀπέκαμνε καὶ ἀπεγίγνωσκεν. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἀποκαλυψάμενος ἐνεβόησεν αὐτῷ· Θαῤῥῶν ἴθι πρὸς τὸν κλύδωνα, Καίσαρα φέρεις, καὶ τὴν Καίσαρος τύχην. Ἐκπλαγέντων δὲ τῶν ἐρετῶν καὶ τοῦ κυβερνήτου, προθυμία πᾶσιν ἐνέπιπτε, καὶ ἡ ναῦς ὑπὸ βίας ἐξέπιπτε τοῦ ποταμοῦ. Τὸ πνεῦμα δ' αὐτὴν καὶ τὸ κῦμα μετέωρον ἐς τὰς ὄχθας διεῤῥίπτει· μέχρι, πλησιαζούσης ἡμέρας, οἱ μὲν ἐδεδοίκεσαν, ὡς ἐν φωτὶ κατάδηλοι τοῖς πολεμίοις ἐσόμενοι· ὁ δὲ Καῖσαρ, τῷ δαιμονίῳ χαλεψάμενος ὡς φθονερῷ, ἐφῆκε τὴν ναῦν

mum; hostem putantes, contendebant inter se, ut in cursus certamine, nec cibo nec somno satis sumentes temporis, et cum clamore ac festinatione urgentes se invicem, prælucentibus noctu facibus : unde multum subinde pavoris erat tumultusque, non aliter quam imminentibus continue hostibus. Præ lassitudine vero nonnulli abjiciebant sarcinas, aut clam se subducentes relinquebantur in vallibus; præsentem requiem pluris facientes, quam metum ab hostibus.

LVI. Inter has difficultates utriusque agminis, prior tamen Pompeius pervenit Dyrrhachium, et haud procul ab urbe castra posuit. Moxque missa classe, recepit Oricum, et mari diligentiorem custodiam adhibuit. Cæsar ex adverso Pompeii castra metatus est, interfluente Alore (*potius* Apso) flumine. Certatumque ibi aliquoties equestribus præliis, per occasionem his aut illis amnem transeuntibus. Sed totæ copiæ nunquam deductæ in aciem, quod Pompeius adhuc exerceret tironem militem, Cæsar exspectaret legiones Brundusii relictas. Qui cogitans, has, si primo vere trajiciant onerariis, non fore tutas a Pompeii triremibus, ipsarum causa frequenter vagantibus ad maris custodiam; hieme vero si periculum adirent, aut falli posse classem hostium in insularum stationibus, aut, etiam si deprehendantur, vi ventorum et exigua mole navium perrupturas; urgenter eas accersebat. Sed illis non solventibus, decrevit ipse clam ad eas deducendas trajicere, quod non facile per alium eas transductum iri existimaret. Itaque, celato consilio, ad fluvium, duodecim stadiis distantem, tres servos mittit, qui lembum ibi celerrimum expedirent, et gubernatorem dexterrimum juberent præsto esse, velut ad transvehendum nuncium aliquem a Cæsare missum.

LVII. Ipse Cæsar inter cœnam, languorem simulans, jussis amicis manere in convivio, e triclinio secessit : et privati hominis habitu vehiculum conscendens, contendit ad naviculam, quasi ille nuncius a Cæsare missus. De reliquo mandatis gubernatori per servos datis, ipse stragulis simul et noctis maxime caligine tectus, a nemine agnoscebatur. Cæterum hibernis ventis flantibus, servi hortabantur gubernatorem, bono esset animo, et ea potissimum occasione uteretur ad fallendos hostes, qui in proximo versarentur. Is igitur amnem quidem remorum vi enavigavit. Verum ubi ad ostia ventum est, quum fluctu marino ventisque repercuterentur fluenta, similiter quidem gubernator, instigantibus rursus servis, connitebatur in adversum totis viribus : sed quum nihil proficeret, deficiebat lassitudine, animumque cœpit despondere. Tum Cæsar, capite retecto, cum inclamat : « Perge contra tempestatem forti animo; Cæsarem vehis, et fortunam Cæsaris! » Qua voce attonitis una cum gubernatore remigibus, navis, magno ardore omnium eluctata, superavit fluminis ostium : sed mox ventorum vi atque fluctuum sublimis in littus rejecta est. Instante die, quum vererentur nautæ, ne conspicerentur ab hostibus, Cæsar iratus fortunæ, ut invidæ, permisit navi

ἐπανιέναι. Ἡ μὲν δὴ πνεύματι ταχεῖ τὸν ποταμὸν ἀνέπλει.

LVIII. Καίσαρα δ' οἱ μὲν ἐθαύμαζον τῆς εὐτολμίας, οἱ δ' ἐπεμέμφοντο, ὡς στρατιώτῃ πρέπον ἔργον εἰργασμένον, οὐ στρατηγῷ. Ὁ δ', οὐκέτι λήσεσθαι προσδοκῶν, Ποστούμιον ἀνθ' ἑαυτοῦ προσέταξε διαπλεῦσαί τε καὶ φράσαι Γαβινίῳ, τὸν στρατὸν εὐθὺς ἄγειν διὰ θαλάσσης· ἂν δ' ἀπειθῇ, ταῦτα προστάσσειν Ἀντωνίῳ· καὶ τρίτῳ μετὰ τὸν Ἀντώνιον Καληνῷ. Εἰ δ' οἱ τρεῖς ἀποκνοῖεν, ἐπιστολὴ πρὸς τὸν στρατὸν αὐτὸν ἐγέγραπτο ἄλλη, τὸν βουλόμενον αὐτῶν ἐπὶ τὰς ναῦς ἕπεσθαι τῷ Ποστουμίῳ, καὶ καταίρειν ἀναχθέντας ἐς χωρίον ἐς ὅ τι ὁ ἄνεμος ἐκφέρῃ, μηδὲν τῶν νεῶν φειδομένους· οὐ γὰρ νεῶν χρῄζειν Καίσαρα, ἀλλὰ ἀνδρῶν. Οὕτω μὲν, ἀντὶ λογισμῶν, ὁ Καῖσαρ ἐπεποίθει τῇ τύχῃ. Τάδε οὖν ὁ Πομπήϊος προλαβεῖν ἐπειγόμενος, ἐς μάχην διεσκευασμένος ἐπῄει. Καὶ δύο αὐτοῦ στρατιωτῶν ἐν μέσῳ τὸν ποταμὸν ἐρευνωμένων, ᾗ μάλιστα εἴη διαβατὸς, τῶν τις Καίσαρος εἷς ἐπιδραμὼν τοὺς δύο ἀνεῖλε· καὶ ὁ Πομπήϊος ἀνέζευξεν, οὐκ αἴσιον τὸ συμβὰν ἡγούμενος. Αἰτίαν δ' εἶχε παρὰ πᾶσι, καιρὸν ἄριστον ἐκλιπεῖν.

LIX. Ποστουμίου δὲ διαπλεύσαντος ἐς τὸ Βρεντέσιον, ὁ μὲν Γαβίνιος, οὐχ ὑποστὰς τὸ πρόσταγμα, ἦγε τοὺς βουλομένους διὰ τῆς Ἰλλυρίδος, οὐδαμοῦ διαναπαύων. Καὶ ἀνηρέθησαν ὑπὸ τῶν Ἰλλυριῶν σχεδὸν ἅπαντες· καὶ ὁ Καῖσαρ ἤνεγκεν, ὑπ' ἀσχολίας. Ὁ δ' Ἀντώνιος τοὺς ἑτέρους ἐπὶ τὰς ναῦς ἐπιβήσας, Ἀπολλωνίαν μὲν παρέπλευσεν, ἱστίοις ἐπιπνέοντος ἀνέμου. Χαλάσαντος δὲ τοῦ πνεύματος περὶ μεσημβρίαν, εἴκοσι τοῦ Πομπηΐου νῆες ἐπ' ἔρευναν τῆς θαλάσσης ἀναχθεῖσαι, καθορῶσι τοὺς πολεμίους, καὶ ἐδίωκον. Τοῖς δὲ, ὡς ἐν γαλήνῃ, δέος ἦν πολὺ, μὴ σφᾶς ἀνατρήσειαν ἢ καταδύσειαν αἱ μακραὶ τοῖς ἐμβόλοις. Καὶ τὰ εἰκότα παρεσκευάζοντο, σφενδόναι τε ἠφίεντο ἤδη καὶ βέλη· καὶ ὁ ἄνεμος ἄφνω μείζων ἢ πρότερον ἐπέρραξεν. Αἱ μὲν δὴ μεγάλοις αὖθις ἱστίοις ἐξ ἀέλπτου τὸ πνεῦμα ἐδέχοντο, καὶ διέπλεον ἀδεῶς· αἱ δ' ἀπελίποντο, ῥοθίῳ καὶ πνεύματι καὶ θαλάσσῃ κοίλῃ κακοπαθοῦσαι. Καὶ μόλις ἐς ἀλίμενα καὶ πετρώδη διερρίφησαν, δύο τινὰς ἐς τέλμα τῶν Καίσαρος κατενεχθείσας ἑλοῦσαι. Ἀντώνιος δὲ ταῖς λοιπαῖς ἐς τὸ καλούμενον Νυμφαῖον κατήχθη.

LX. Καὶ τῷ Καίσαρι σύμπας ὁ στρατὸς ἤδη παρῆν, παρῆν δὲ καὶ Πομπηΐῳ. Καὶ ἀντεστρατοπέδευον ἀλλήλοις ἐπὶ λόφων ἐν φρουρίοις πολλοῖς. Πεῖραί τε ἦσαν περὶ ἕκαστον φρούριον πυκναὶ, περιταφρευόντων καὶ περιτειχιζόντων ἀλλήλους, καὶ γιγνομένων ὁμοῦ καὶ ποιούντων ἐν ἀπόροις. Ἐν δὲ ταῖσδε ταῖς πείραις περί τι φρούριον ἡττωμένου τοῦ Καίσαρος στρατοῦ, λοχαγὸς, ᾧ Σκευᾶς ὄνομα ἦν, πολλὰ καὶ λαμπρὰ δρῶν, ἐς τὸν ὀφθαλμὸν ἐτρώθη βέλει· καὶ προπηδήσας, κατέσεισεν, ὡς εἰπεῖν τι βουλόμενος. Σιωπῆς δ' αὐτῷ γενομένης,

reditum: et ea quidem celeriter secundo vento fluvium retro subiit.

LVIII. Eam Cæsaris audaciam mirabantur alii; alii contra incusabant, ut non tam imperatori convenientem, quam militi. Cæsar, jam porro se latere posse, si idem rursus tentaret, desperans, Postumium pro se trajicere jussit, cum mandatis ad Gabinium, ut protinus exercitum mari committeret: aut, si is recusaret, ad Antonium; aut ad Calenum denique. Quod si horum trium nemo auderet imperata exsequi, literas alias dederat ad ipsum exercitum, significantes « ut, quotquot vellent, sequerentur Postumium, et ad quodcunque littus ventus ferret, appellerent, nil parcentes navibus: sibi enim non navigiis opus esse, sed viris. » Tanto plus fortunæ fidebat Cæsar, quam consiliis. Quamobrem Pompeius, non differendum ratus, instructam aciem adversus Cæsarem duxit. Sed, quum duo ex ejus militibus, medio fluminis alveo vada prætentantes, ab uno incurrente Cæsariano essent ambo occisi; Pompeius, omen ut infaustum aversatus, in castra reduxit copias; omnibus licet querentibus, pulcherrimam occasionem e manibus ab eo amitti.

LIX. Cæterum Brundusii Gabinius gravatim mandata ferens, quæ Postumius pertulerat, voluntarios duxit per Illyricum concitato itinere. Et hi quidem ab Illyriis fere ad unum omnes oppressi sunt: nec Cæsari, per negotia, vacavit ulcisci eam injuriam. Antonius vero, in naves impositis reliquis, vi ventorum Apolloniam plenis velis prætervectus est. Remittente vero flatu circa meridiem, a viginti Pompeianis navibus mare scrutantibus conspectus est et exagitatus. Eratque periculum, ne per illam maris tranquillitatem Antonianæ naves rostris longarum aut perforarentur aut demergerentur. Jamque ad pugnam sese instruebant, et præludebant funditores, telaque mittebantur, quum subito ventus validior quam ante irruit. Itaque Antonianæ naves ex improviso, magnis velis oppansis, cursum peragebant intrepide: hostiles vero, cum æstu ventoque in angusto mari conflictatæ, per importuosa et aspera littora disjectæ sunt, duabus tantum Cæsarianis captis, quæ in brevia inciderant. Cum reliquis omnibus navibus portum, qui vocatur Nymphæum, tenuit Antonius.

LX. Jamque Cæsari universus præsto fuit exercitus, æque ac Pompeio: et castris castra locis editis opposuerunt, frequentibus castellis distincta. Circa ea castella crebræ incidebant præliationes, dum circumvallare alteri conantur alteros, et in arctum cogere. In uno ex his præliis ad castellum aliquod commisso, quum succumberent Cæsariani, Scæva, centurio multis egregiis jam tum insignis facinoribus, in oculum telo percussus, ante ordines prosiliit, manu innuens silentium, ut dicturus aliquid: factoque silentio,

Πομπηΐου λοχαγὸν ἐπὶ ἀνδρίᾳ γνώριμον ἐκάλει· Σῶζε τὸν ὅμοιον σεαυτῷ, σῶζε τὸν φίλον, καὶ πέμπε μοι τοὺς χειραγωγήσοντας, ἐπεὶ τέτρωμαι. Προσδραμόντων δ' ὡς αὐτομολοῦντι δύο ἀνδρῶν, τὸν μὲν ἔφθασε κτείνας, τοῦ δὲ τὸν ὦμον ἀπέκοψε. Καὶ ὁ μὲν τάδε ἔπρασσεν, ἀπογιγνώσκων ἑαυτοῦ καὶ τοῦ φρουρίου· τοῖς δ' ἄλλοις αἰδὼς ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι καὶ ὁρμὴ προσέπιπτε· καὶ τὸ φρούριον περιεσώθη, πολλὰ καὶ τοῦ φρουράρχου Μινουκίου παθόντος· ᾧ γέ φασι τὴν μὲν ἀσπίδα ἑκατὸν καὶ εἴκοσιν ἀναδέξασθαι βέλη, τὸ δὲ σῶμα ἓξ τραύματα, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ὁμοίως ἐκκοπῆναι. Τούτους μὲν δὴ Καῖσαρ ἀριστείοις πολλοῖς ἐτίμησεν· αὐτὸς δ', ἐκ Δυρραχίου τινὸς αὐτῷ πρασσομένης προδοσίας, ἧκε μὲν, ὡς συνέκειτο, νυκτὸς σὺν ὀλίγοις ἐπὶ πύλας καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος. *** Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος ἄλλην στρατιὰν ἐκ Συρίας ἦγε Πομπηΐῳ ὁ κηδεστής· καὶ αὐτῷ Γάϊος Καλουΐσιος περὶ Μακεδονίαν συμβαλὼν, ἡσσᾶτο, καὶ τέλος ἓν αὐτοῦ κατεκόπη χωρὶς ὀκτακοσίων ἀνδρῶν.

LXI. Καίσαρι μὲν δὴ οὐδὲν ἦν ἐκ θαλάσσης, διὰ Πομπήϊον ναυκρατοῦντα· ἐλίμαινεν οὖν ὁ στρατὸς αὐτῷ, καὶ τὴν πόαν ἠρτοποίουν. Αὐτόμολοί τε Πομπηΐῳ τοιούσδε ἄρτους προσήνεγκαν, ὡς εὐφρανοῦντες ἰδόντα· ὁ δὲ οὐχ ἥσθη, ἀλλ' εἶπεν, Οἵοις θηρίοις μαχόμεθα. Ὁ μὲν δὴ Καῖσαρ ὑπ' ἀνάγκης τὸν στρατὸν ἅπαντα συνῆγεν, ὡς καὶ ἄκοντα Πομπήϊον βιασόμενος ἐς μάχην· ὁ δὲ αὐτοῦ τὰ πολλὰ τῶν φρουρίων ἐκ τοῦδε κεκενωμένα προσλαβὼν, ἡσύχαζε. Καὶ τῷδε μάλιστα ἀνιαθεὶς ὁ Καῖσαρ, ἐπετόλμησεν ἔργῳ δυσχερεῖ τε καὶ παραλόγῳ· πάντα Πομπηΐου τὰ στρατόπεδα, ἑνὶ τείχει περιλαβὼν, ἐκ θαλάσσης ἐς θάλασσαν ἀποτειχίσαι· ὡς μεγάλην, εἰ καὶ διαμάρτοι, δόξαν οἰσόμενος ἐπὶ τῷ τολμήματι. Στάδιοι γὰρ ἦσαν διακόσιοι καὶ χίλιοι. Καὶ ὁ μὲν ἐνεχείρει τοσῷδε ἔργῳ. Πομπήϊος δ' αὐτὸν ἀνταπετάφρευε καὶ ἀντῳκοδόμει· καὶ μάταια τὰ ἔργα ἀλλήλοις ἐποίουν. Γίγνεται δ' αὐτοῖς ἀγὼν εἷς μέγας, ἐν ᾧ Πομπήϊος τρέπεταί τε τοὺς Καίσαρος πάνυ λαμπρῶς, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον ἐδίωκε φεύγοντας. Σημεῖά τε πολλὰ εἷλεν αὐτῶν· καὶ τὸν αἰετὸν (ὃ δὴ κυριώτατόν ἐστι Ῥωμαίοις) μόλις ἔφθασεν ὁ φέρων ὑπὲρ τὸ χαράκωμα τοῖς ἔνδον ῥῖψαι.

LXII. Γενομένης δὲ τῆς τροπῆς λαμπρᾶς, ὁ Καῖσαρ ἑτέρωθεν ἦγεν ἄλλον στρατὸν, οὕτω δή τι καὶ τοῦτον περίφοβον, ὡς, Πομπηΐου μακρόθεν ἐπιφανέντος, μήτε στῆναι, περὶ τὰς πύλας ὄντας ἤδη, μήτε ἐσελθεῖν ἐν κόσμῳ, μήτε πεισθῆναι τοῖς προστάγμασιν, ἀλλὰ φεύγειν ἕκαστον ὅπῃ τύχοιεν ἀμεταστρεπτὶ, χωρὶς αἰδοῦς, καὶ παραγγέλματος, καὶ λογισμοῦ. Καίσαρος δ' αὐτοὺς περιθέοντός τε καὶ σὺν ὀνείδει μακρὰν ἔτι τὸν Πομπήϊον ὄντα ἐπιδεικνύοντος, καὶ ἐφορῶντος, τὰ σημεῖα ἀπεῤῥίπτουν καὶ ἔφευγον. Οἱ δὲ μόλις ὑπ' αἰδοῦς κατέκυπτον ἐς τὴν γῆν ἄπρακτοι. Τοσοῦτος αὐτοῖς τάραχος ἐνεπεπτώκει. Εἷς δὲ καὶ στρέψας τὸ σημεῖον ἀνέτεινε τὸν οὐρίαχον ἐς τὸν αὐτοκράτορα· καὶ τόνδε μὲν οἱ Καίσαρος ὑπασπισταὶ κατέκοπτον. Οἱ δ', ἐσελ-

Pompeianum centurionem, virtute nobilem, appellavit: « Serva tui similem, serva amicum; mitte qui me manu ducant saucium! » Quumque, tamquam ad transfugam, duo viri accurrissent, alterum occidit priusquam dolum sentiret, alterius abscidit humerum. Id postquam Scæva, et de se et de castello desperans, fecit, tum vero cæteros pudor novusque ardor incessit, et castellum servatum est; cujus etiam præfectus Minucius tanta fortitudine vim hostium sustinuit, ut scutum ejus centum viginti telis ferant fuisse confixum, ipsum vero sex accepisse vulnera, et oculum pariter amisisse. Quos Cæsar ambos multis donis honoravit militaribus. Ipse vero, quum occupandi per proditionem Dyrrhachii spes ei esset ostensa, ex composito ad portam ædi Dianæ vicinam cum paucis est profectus. * * * Eadem hieme alium exercitum e Syria Pompeio adducebat socer: cum quo C. Calvisius in Macedonia congressus victusque unam legionem amisit, elapsis tantum octingentis militibus.

LXI. Jam vero Cæsaris exercitus, cui a mari, classibus hostium obsesso, nihil commeatus poterat subvehi, fame cœpit laborare; ita quidem, ut ex herbarum radicibus panem conficere cogerentur. Cujus generis panes quum a transfugis offerrentur Pompeio, jucundum ei spectaculum fore existimantibus, ille, nihil lætatus, Cum qualibus bestiis, inquit, nobis bellum est! Tum Cæsar, necessitate compulsus, omnes suas copias contraxit, vel cum invito Pompeio conflicturus. At ille, occupatis plerisque ex castellis, quæ a Cæsare per hanc occasionem erant vacua relicta, quietum se tenuit. Quod Cæsar ægerrime ferens, ausus est opus aggredi difficillimum et vix credibile, universa hostium castra una munitione a mari ad mare ducta circumvallare: etiamsi molimini successus non responderet, ipsius saltem conatus magnifici laturus laudem; erat enim ambitus MCC (*forte*, CXX) stadiorum. Cæsaris autem operibus alias fossas munitionesque objiciebat Pompeius: atque ita alter alterius eludebat operam. Semel tamen magno prælio certatum est; in quo Pompeius Cæsarianos egregie repulit, versosque in fugam ad castra usque persecutus est; multis quoque signis, et aquila pæne ipsa (quod Romanis præcipuum signum est, in summa veneratione habitum) potitus, ni commode eam signifer, summa vi connisus, per vallum intus projecisset.

LXII. Dum sic effuse fugiunt Cæsariani, Cæsar ab alia parte cum alia militum manu succurrit: sed et hos ipsos tantus pavor invasit, ut, procul conspicati Pompeium, neque sisti potuerint, quamvis portis castrorum proximi, neque servatis ordinibus introduci, neque ullo modo ad imperata facienda commoveri; sed ut abjecto omni pudore pro se quisque, quocunque fors ferret, citato cursu se proriperet, nec alieno hortatu juvante, nec ratione propria. Et ipso Cæsare discursante, et cum opprobriis longinquum etiam tum Pompeium ostendente; nihilominus alii, projectis in conspectu imperatoris signis, fugæ se mandarunt; alii ægre restiterunt, segnes inertesque, vultibus præ pudore in terram defixis. Tanta eos occupaverat consternatio. Unus etiam signifer, converso signo, cuspidem imperatori ausus est intentare; quem quidem Cæsaris satellites mox

θόντες, οὐδ' ἐπὶ τὰς φυλακὰς ἀπήντων, ἀλλὰ μεθειμένα πάντα ἦν, καὶ τὸ χαράκωμα ἀφύλακτον· ὥστε αὐτὸ δοκεῖ συνεσπεσὼν ἂν τότε ὁ Πομπήϊος ἑλεῖν κατὰ κράτος, καὶ τὸν πόλεμον ἑνὶ τῷδε ἔργῳ πάντα ἐξεργάσασθαι· εἰ μὴ Λαβιηνὸς αὐτὸν, θεοῦ παράγοντος, ἐπὶ τοὺς φεύγοντας ἔπειθε τραπῆναι· καὶ αὐτὸς ἅμα ὤκνησεν, ἢ τὴν ἀφυλαξίαν τοῦ χαρακώματος, ὡς ἐνέδραν, ὑφορώμενος, ἢ ὡς ἤδη κεκριμένου τοῦ πολέμου καταφρονήσας. Ἐπὶ δὲ τοὺς ἔξω τραπεὶς, ἑτέρους τε ἔκτεινε πολλοὺς, καὶ σημεῖα τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἔλαβεν ἐν ταῖς δύο μάχαις ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, καὶ δεύτερον τόνδε καιρὸν ἐντελοῦς ἔργου μεθῆκεν. Ὃ καὶ τὸν Καίσαρα φασὶν εἰπεῖν, ὅτι σήμερον ἂν ὁ πόλεμος ἐξείργαστο τοῖς πολεμίοις, εἰ τὸν νικᾷν ἐπιστάμενον εἶχον.

LXIII. Ὁ δὲ Πομπήϊος τήν τε νίκην ὑπερεπαίρων, ἐπέστελλε βασιλεῦσι καὶ πόλεσι πάσαις· καὶ τὸν στρατὸν αὐτίκα τὸν Καίσαρος ἤλπιζε πρὸς ἑαυτὸν μεταβαλεῖσθαι, λιμῷ τε πεπεισμένον, καὶ ὑπὸ τῆς ἥττης καταπεπληγμένον· μάλιστα δὲ τοὺς ἡγεμόνας αὐτοῦ, τὸ σφέτερον ἁμάρτημα φοβουμένους. Οἱ δὲ, θεοῦ σφᾶς ἐπὶ μετάνοιαν ἄγοντος, τὸ ἁμάρτημα ᾐδοῦντο· καὶ τοῦ Καίσαρος αὐτοῖς ἐπιμεμφομένου τε πρᾴως, καὶ συγγνώμην διδόντος, ἔτι μᾶλλον ἠρεθίζοντο καθ' ἑαυτῶν· καὶ, ἐκ παραδόξου μεταβολῆς, ἐκέλευον τῷ πατρίῳ νόμῳ διακληρώσαντα αὐτοὺς, τὸ δέκατον μέρος ἀναιρεῖν. Οὐ πειθομένου δὲ τοῦ Καίσαρος, μᾶλλον ᾐδοῦντο, καὶ συνεγίγνωσκον αὐτὸν οὐκ ἀξίως ὑπὸ σφῶν ἠδικῆσθαι· καὶ τοὺς φέροντας τὰ σημεῖα κτείνειν ἐπεβόων, ὡς οὐκ ἂν αὐτοί ποτε φυγόντες, εἰ μὴ τὰ σημεῖα προαπεστράφη. Ὡς δὲ ὁ Καῖσαρ, οὐδὲ τοῦτ' ἀνασχόμενος, ὀλίγους μόλις ἐκόλασεν, αὐτίκα πᾶσιν αὐτοῦ πρὸς τὴν μετριοπάθειαν ὁρμὴ τοσήδε ἐνέπιπτεν, ὡς εὐθὺς αὐτὸν ἄγειν ἀξιοῦν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Καὶ ἐνέκειντο σφόδρα προθύμως, παρακαλοῦντές τε καὶ ὑπισχνούμενοι διορθώσεσθαι τὸ ἁμάρτημα νίκῃ καλῇ· κατά τε σφᾶς ἐπιστρεφόμενοι πρὸς ἀλλήλους ἰλαδὸν, κατὰ μέρη συνώμνυντο, ἐφορῶντος αὐτοῦ Καίσαρος, μὴ ἐπανήξειν ἐκ τῆς μάχης, εἰ μὴ κρατοῖεν.

LXIV. Ὅθεν αὐτὸν οἱ μὲν φίλοι παρεκάλουν, ἀποχρήσασθαι τοιᾷδε μετανοίᾳ καὶ προθυμίᾳ στρατοῦ. Ὁ δ' ἐς μὲν τὸ πλῆθος εἶπεν, ὅτι μετὰ βελτιόνων καιρῶν αὐτοὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἄξει, καὶ μεμνῆσθαι τῆσδε τῆς προθυμίας διεκελεύσατο. Τοὺς δὲ φίλους ἀνεδίδασκεν, ὅτι χρὴ καὶ τῶνδε προεξελεῖν τὸν φόβον τῆς ἥσσης, πολὺν αὐτοῖς ἐγγενόμενον, καὶ τῶν πολεμίων τὸ φρόνημα ἀκμάζον προκαθελεῖν. Ὡμολόγει τε, μεταγιγνώσκειν πρὸς Δυῤῥαχίῳ στρατοπεδεύσας, ἔνθα ἐστὶν ἡ παρασκευὴ πᾶσα Πομπηΐῳ, δέον ἀποσπᾶν αὐτὸν ἑτέρωθι ἐς ὁμοίας ἀπορίας. Καὶ τάδε εἰπὼν, ἐς Ἀπολλωνίαν εὐθὺς μετῄει, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἐς Θεσσαλίαν νυκτὸς ὑπεχώρει λανθάνων· Γόμφους τε, πόλιν μικρὰν, οὐ δεχομένην αὐτὸν, ἐξεῖλεν ὑπὸ ὀργῆς, καὶ ἐπέτρεψε τῷ στρατῷ διαρπάσαι. Οἱ δ' ὡς ἐκ λιμοῦ πάντων ἐνεπίπλαντο ἀθρόως, καὶ ἐμεθύσκοντο ἀπρεπῶς· καὶ μάλιστα

conciderunt. Qui vero in castra se receperant, ne ad custodias quidem præsto fuerunt: sed remissa erant omnia, et vallum nullis firmatum stationibus. Et potuerat omnium opinione Pompeius tunc una cum fugientibus in castra irrumpere, debellatumque fuerat; ni Labienus ei, deo mentem adimente, persuasisset, ut fugientibus potius instaret: quum et ipse dubius fuisset, an castra aggrederetur, sive quod vallum incustoditum suspectum haberet, tanquam insidias ab hoste paratas, sive quod, consummatam victoriam putans, accessionem illam contemneret. Cæterum conversus in eos qui extra vallum erant, aliam magnam stragem edidit, eoque die duobus illis præliis viginti octo signa militaria cepit; occasionem autem absolvendæ victoriæ jam altera vice e manibus dimisit. Quod ne Cæsar quidem dissimulasse dicitur, eum diem finem allaturum fuisse bello, si hostis scisset uti victoria.

LVIII. Eam victoriam Pompeius magnificis verbis regibus civitatibusque omnibus per literas significavit; sperabatque, confestim ad se transiturum exercitum Cæsaris, et fame pressum, et illa clade perterritum, ac præsertim tribunos errati conscientia pavidos. Illi vero, divinitus tacti pœnitentia, peccatum cum pudore agnoscebant; et imperatore clementer eos incusante, ultroque dante veniam, tanto minus sibi ignoscebant: mirumque in modum mutati, deposcebant ipsi decimationis ex more patrio supplicium. Quod quum remitti sibi a Cæsare viderent, eo magis pudebat admissi dedecoris in cujus minime oportebat injuriam: expetebantque ad necem signiferos, qui nisi conversis signis fugæ initium fecissent, nemo unquam de fuga cogitasset. Ut vero, ne hoc quidem passus Cæsar, vix in paucos animadvertit; ad hanc ejus moderationem tanta exorta est omnium alacritas studiumque, ut conclamarent, protinus adversus hostem sese duceret. Instabantque summo studio, orantes, pollicentesque, egregia victoria ignominiam se abolituros. Tum ad se mutuo conversi, per centurias atque manipulos conjurabant, inspectante imperatore, non nisi victores se redituros e prælio.

LXIV. Quapropter hortabantur Cæsarem amici, abuteretur in rem suam tali pœnitentia et promptitudine exercitus. Sed ille coram multitudine respondit, opportuniore tempore in hostem eos se ducturum; hortatusque est, ut essent hujus promptitudinis memores. Cæterum amicos privatim monuit, eximendum prius militi pavorem ex recenti clade contractum, exspectandumque, dum mora languescat hostium ferocia: fassusque est suum erratum, quod ad Dyrrhachium castra posuisset, ubi Pompeio parata essent omnia; quum alio eum abstrahere, et similibus implicare difficultatibus debuisset. Quibus dictis, protinus Apolloniam Cæsar repetiit, indeque in Thessaliam clam noctu profectus est. Ibi mox Gomphos, modicum oppidum, quod portas ipsi clauserat, expugnavit iratus, diripiendumque præbuit militibus. Qui famelici explebant se affatim, et vino ingurgitabant; insigni præ cæteris et ridicula Germanorum

αὐτῶν οἱ Γερμανοὶ γελοιότατοι κατὰ τὴν μέθην ἦσαν. Ὥστε δοκεῖ καὶ τότε ἂν ὁ Πομπήϊος ἐπελθὼν ἐργάσασθαί τι λαμπρὸν, εἰ μὴ διώκειν ὅλως ὑπερεῖδεν ἐκ καταφρονήσεως· μέχρι Καῖσαρ ἑπτὰ συντόνως ἡμέραις ὁδεύσας, ἐστρατοπέδευσε περὶ Φάρσαλον. Λέγεται δ' ἐν τοῖς Γόμφοις γενέσθαι παθήματα γενναῖα, καὶ νεκροὺς τῶν ἐπιφανῶν γερόντων ἐν ἰατρείῳ φανῆναι, κυλίκων αὐτοῖς παρακειμένων ἀτρώτοις, εἴκοσι μὲν, ὡς ἐς μέθην κατακεκλιμένους ἐπὶ τὸ ἔδαφος· ἕνα δ' ἐπὶ θρόνου παρακαθεζόμενον, οἷα ἰατρὸν, ὃς τὸ φάρμακον αὐτοῖς ἄρα παρέσχε.

LXV. Πομπήϊος δ' ἐπὶ τῇ Καίσαρος ἀναζεύξει βουλὴν προὐτίθει· καὶ Ἀφρανίῳ μὲν ἐδόκει, τὸ ναυτικὸν, ᾧ δὴ καὶ πολὺ προὔχεν, ἐπιπέμπειν Καίσαρι, καὶ ἐνοχλεῖν θαλασσοκρατοῦντας ἀλωμένῳ καὶ ἀποροῦντι· τὸ δὲ πεζὸν αὐτὸν Πομπήϊον ἄγειν κατὰ σπουδὴν ἐς τὴν Ἰταλίαν, εὔνουν τε πρὸς αὐτὸν οὖσαν, καὶ πολεμίων ἔρημον. Κρατυνάμενον δ' αὐτήν τε καὶ Γαλατίαν καὶ Ἰβηρίαν, ἐξ οἰκείας καὶ ἡγεμονίδος γῆς αὖθις ἐπιχειρεῖν Καίσαρι. Ὁ δὲ καὶ ταῦτα, ἄριστα ἂν οἱ γενόμενα, παριδὼν, ἐπείθετο τοῖς λέγουσιν, αὐτίκα τὸν Καίσαρος στρατὸν μεταθήσεσθαι πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, ἢ οὐ πολὺ σφίσιν ἔσεσθαι τὸ ἔτι λοιπὸν ἐπὶ τῇ κατὰ Δυῤῥάχιον γενομένῃ νίκῃ· τὸ δ' ἐναντίον αἴσχιστον εἶναι, καταλιπεῖν φεύγοντα Καίσαρα, καὶ τοῖς ἡττηθεῖσιν ὁμοίως τὸν νικῶντα φεύγειν. Ὁ μὲν δὴ τοῖσδε προσθέμενος, αἰδοῖ μάλιστα τῶν ἑῴων ἐθνῶν ἐς αὐτὸν ἀφορώντων, καὶ φειδοῖ Λευκίου Σκιπίωνος, μή τι περὶ Μακεδονίαν ὢν ἔτι πάθοι· μάλιστα δ', ἐς ἀγῶνα χρήσασθαι θαῤῥοῦντι τῷ στρατῷ διανοούμενος· ἐπῆλθε, καὶ ἀντεστρατοπέδευσε τῷ Καίσαρι περὶ Φάρσαλον, καὶ τριάκοντα σταδίους ἀλλήλων ἀπεῖχον.

LXVI. Ἀγορὰ δὲ Πομπηΐῳ μὲν ἦν πανταχόθεν· οὕτω γὰρ αὐτῷ προδιῴκηντο καὶ ὁδοὶ καὶ λιμένες καὶ φρούρια, ὡς ἔκ τε γῆς ἀεὶ φέρεσθαι, καὶ διὰ θαλάσσης πάντα ἄνεμον αὐτῷ φέρειν. Καῖσαρ δὲ μόνον εἶχεν ὅ τι μόλις εὕροι καὶ λάβοι κακοπαθῶν. Καὶ οὐδ' ὡς αὐτὸν ἀπέλειπεν οὐδεὶς, ἀλλὰ σπουδῇ δαιμονίῳ συνενεχθῆναι τοῖς πολεμίοις ὠρέγοντο· καὶ ἡγοῦντο, πολέμῳ μὲν εἶναι παρὰ πολὺ ἀμείνους νεοστρατεύτων ἔτι ὄντων, δέκα ἔτεσιν ἠσκημένοι· ἐς δὲ ταφρείας ἢ περιτειχίσεις ἢ σιτολογίας ἐπιπόνους ἀσθενέστεροι, διὰ γῆρας. Ὅλως τε κάμνουσιν αὐτοῖς ἐδόκει δρᾶν τι μετ' ἀνδρίας, ἢ μετ' ἀργίας λιμῷ διαφθαρῆναι. Ὧν ὁ Πομπήϊος αἰσθανόμενος, ἐπικίνδυνον μὲν ἡγεῖτο, γεγυμνασμένοις καὶ ἀπογιγνώσκουσιν αὐτῶν ἀνδράσι, καὶ τύχῃ Καίσαρος λαμπρᾷ, περὶ τῶν ὅλων συνενεχθῆναι δι' ἑνὸς ἔργου· δυνατώτερον δὲ καὶ ἀκινδυνότερον, ἐκτρῦσαι ταῖς ἀπορίαις αὐτοὺς, οὔτε γῆς εὐπόρου κρατοῦντας, οὔτε θαλάσσῃ χρωμένους, οὔτε ναῦς ἐς φυγὴν ταχεῖαν ἔχοντας. Ὁ μὲν δὴ κρατίστῳ λογισμῷ τρίβειν τὸν πόλεμον ἐγνώκει, καὶ ἐς λιμὸν ἐκ λιμοῦ τοὺς πολεμίους περιφέρειν.

LXVII. Πολὺ δ' ἀμφ' αὐτὸν πλῆθος ἀνδρῶν ἀπό τε τῆς βουλῆς ὁμοτίμων οἱ, καὶ τῶν καλουμένων ἱππέων

ebrietate. Quare videtur tunc quoque Pompeius occasionem rei bene gerendæ amisisse, contemtum hostem non insecutus, donec Cæsar, septem diebus continuato itinere castra circa Pharsalum metatus est. Gomphis autem, inter alios casus, calamitatem oppidanorum illustrantes, repertos fuisse aiunt in officina medici mortuos senes nobiles viginti, humi recumbentes, calicibus juxta positis, veluti ad compotationem, nullo vulnere affectos, unumque in sella assidentem, qui ceu medicus potionem cæteris porrexisset.

LXV. Pompeius, post discessum Cæsaris, adhibuit amicos in consilium. Ex his Afranius censebat, navalibus copiis, quibus ipsi præpollerent, urgendum infestandumque Cæsarem vagum et inopem; terrestres vero copias, ductu ipsius Pompeii, propere trajiciendas in Italiam, faventem ipsius partibus, et milite vacuam : confirmata autem Italia et Gallia Hispaniaque, tum vero domo et ex ea regione, quæ sedes esset imperii, rursus aggrediendum Cæsarem. Sed hoc consilium, quamvis saluberrimum, non placuit Pompeio; cui arridebat magis sententia eorum, qui aiebant, fore ut Cæsaris exercitus, fame coactus, mox ab eo deficeret; aut saltem non multum superesse ad absolvendam victoriam, post prosperam ad Dyrrhachium pugnam; contra turpissimum esse, omitti fugientem Cæsarem, et victorem haud secus atque victum fugam capessere. Horum igitur sententiæ accedens Pompeius, pudore maxime ductus gentium Orientis, quarum erant oculi in eum conversi; tum vero respectu L. Scipionis, cui, in Macedonia etiam tum versanti, timebat ne quam cladem acciperet; ante omnia vero, quod utendum esse arbitraretur fiducia ardoreque militum; insecutus est Cæsarem, et castra castris ejus ad Pharsalum, ex IV M. passuum intervallo, opposuit.

LXVI. Commeatus autem Pompeio suggerebantur undique. Sic enim et portus et vias et castella ante munierat instruxeratque, ut et terra continue subveherentur, et mari quivis venti ei conferrent. Cæsar vero id solum habebat, quod quotidianis ægre parabatur laboribus. At ne sic quidem a quoquam suorum desertus est, sed divino quodam instinctu in hostes ferebantur pugnæ cupidi; ut qui se, veteranos et decem annorum militiam expertos, longe præstantiores armis tractandis, quam Pompeianos illos tirones, ducerent. Quod si operibus bellum trahendum esset, munitionibusque ac laboriosis frumentationibus, ibi se inferiores fore ob ætatem jam vergentem, fatebantur. Et omnino morarum pertæsi, censebant, rem potius semel armis fortiter decernendam, quam ignave ferendam famis injuriam. Quod et Pompeius intelligens, periculosum judicabat, cum viris exercitatis, et nunc desperatione etiam nihil non ausuris congredi, et de summa rerum dimicare, præsertim ductu felicissimi Cæsaris : tutius vero ac facilius posse eos rerum omnium egestate atteri opprimique, quum nec agrum teneant fertilem, nec importationibus utantur maritimis, ac ne naves quidem ad propere effugiendum habeant. Itaque prudentissimo consilio Pompeius protrahere bellum decreverat, et hostem fame jam exagitatum fame porro enecare.

LXVII. Sed quum esset circa Pompeium magnus numerus senatorum dignitate parium, et equitum Romanorum

οἱ διαφανέστατοι, βασιλεῖς τε πολλοὶ καὶ δυνάσται, οἱ μὲν ὑπ' ἀπειρίας, οἱ δ' ἀμέτρως τοῖς περὶ τὸ Δυῤῥάχιον εὐπραγήμασιν ἐπηρμένοι, εἰσὶ δ' οἳ καὶ τῷ πλέονες εἶναι τῶν πολεμίων, οἱ δὲ καὶ κάμνοντες ὅλως τῷ πολέμῳ τὴν κρίσιν ταχυτέραν μᾶλλον ἢ πρέπουσαν ἐπειγόμενοι γενέσθαι, πάντες ἐξώτρυνον αὐτὸν ἐς τὴν μάχην· ἐπιδεικνύοντες ἀεὶ τὸν Καίσαρα παρατάττοντά τε καὶ προκαλούμενον. Ὁ δ' ἐξ αὐτοῦ μάλιστα τοῦδε αὐτοὺς ἀνεδίδασκεν, ὅτι Καίσαρι μὲν τοῦτ' ἐξ ἀπορίας ἀναγκαῖον ἦν, σφίσι δὲ καὶ διὰ τοῦτ' εὔκαιρον ἡσυχάζειν, ὅτι Καῖσαρ ὑπ' ἀνάγκης ἐπείγοιτο. Ἐνοχλούμενος δὲ ὑπό τε τοῦ στρατοῦ παντὸς, ἐπηρμένου τοῖς περὶ τὸ Δυῤῥάχιον ἀμέτρως, καὶ τῶν ἐπ' ἀξιώσεως, αὐτὸν ἐπιτωθαζόντων ἐς φιλαρχίαν, ὡς ἑκόντα βραδύνοντα, ἵνα ἀνδρῶν ὁμοτίμων τοσῶνδε ἄρχοι, καὶ ἐπὶ τῷδε αὐτὸν βασιλέα τε βασιλέων καὶ Ἀγαμέμνονα καλούντων, ὅτι κἀκεῖνος βασιλέων διὰ τὸν πόλεμον ἦρχεν· ἐξέστη τῶν οἰκείων λογισμῶν, καὶ ἐνέδωκεν αὐτοῖς, θεοῦ βλάπτοντος ἤδη καὶ τἆλλα παρ' ὅλον τόνδε τὸν πόλεμον. Νωθής τε γὰρ καὶ βραδὺς παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἐν ἅπασι γεγονὼς, παρεσκευάζετο ἄκων ἐς μάχην ἐπὶ κακῷ τε αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτὸν ἀναπειθόντων.

LXVIII. Καίσαρι δὲ τῆς νυκτὸς ἐκείνης τρία μὲν ἐπὶ σιτολογίαν ἐξῄει τέλη· τὸν γὰρ Πομπήϊον ἐπαινῶν τῆς βραδυτῆτος, καὶ οὐδαμοῦ νομίζων μεταθήσεσθαι τοῦ βουλεύματος, περιέπεμπεν ἐπὶ σῖτον. Πυθόμενος δὲ τῆς παρασκευῆς, ἥσθη τε τῆς ἀνάγκης ἣν εἴκαζεν ἠναγκάσθαι Πομπήϊον ὑπὸ τοῦ στρατοῦ, καὶ τὸν ἑαυτοῦ τάχιστα ἀνεκάλει πάντα, καὶ ἀντιπαρεσκευάζετο. Θυόμενός τε νυκτὸς μέσης, τὸν Ἄρη κατεκάλει, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πρόγονον Ἀφροδίτην (ἐκ γὰρ Αἰνείου καὶ Ἴλου τοῦ Αἰνείου τὸ τῶν Ἰουλίων γένος, παρενεχθέντος τοῦ ὀνόματος, ἡγεῖτο εἶναι)· νεών τε αὐτῇ νικηφόρῳ χαριστήριον ἐν Ῥώμῃ ποιήσειν εὔχετο κατορθώσας. Ὡς δὲ καὶ σέλας ἐξ οὐρανοῦ διαπτὰν ἀπὸ τοῦ Καίσαρος ἐς τὸ Πομπηΐου στρατόπεδον ἐσβέσθη, οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Πομπήϊον ἔσεσθαί τι λαμπρὸν αὐτοῖς ἔφασαν ἐκ τῶν πολεμίων· ὁ δὲ Καῖσαρ, σβέσειν αὐτὸς ἐμπεσὼν τὰ Πομπηΐου. Αὐτῷ δὲ τῷ Πομπηΐῳ τῆς αὐτῆς νυκτός τινα τῶν ἱερείων ἐκφυγόντα οὐ συνελήφθη, καὶ μελισσῶν ἑσμὸς ἐπὶ τοῖς βωμοῖς ἐκάθισε, ζῴου νωχελοῦς. Μικρόν τε πρὸ ἕω, πανικὸν ἐνέπεσεν αὐτοῦ τῷ στρατῷ· καὶ τόδε περιδραμὼν αὐτὸς καὶ καταστήσας, ἀνεπαύετο σὺν ὕπνῳ βαθεῖ.

LXIX. Περιεγειράντων δ' αὐτὸν τῶν φίλων, ὄναρ ἔφασκεν ἄρτι νεὼν ἐν Ῥώμῃ καθιεροῦν Ἀφροδίτῃ Νικηφόρῳ. Καὶ τόδε μὲν, ἀγνοίᾳ τῆς Καίσαρος εὐχῆς, οἵ τε φίλοι καὶ ὁ στρατὸς ἅπας, πυθόμενοι, ἥδοντο· καὶ τἆλλα ἀλόγως σὺν ὁρμῇ καὶ καταφρονήσει χωροῦντες ἐπὶ τὸ ἔργον, ὡς ἐπὶ ἕτοιμον. Ὧν γε πολλοὶ καὶ τὰς σκηνὰς δάφναις ἀνέστεφον ἤδη, συμβόλῳ νίκης· καὶ οἱ θεράποντες αὐτοῖς δαῖτα λαμπροτάτην ἐπόρσυνον. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ περὶ τῆς Καίσαρος ἀρχιερωσύνης ἐς ἀλλήλους ἤδη διήριζον. Ἅπερ ὁ Πομπήϊος, οἷα πολέμων ἐμπει-

nobilissimus quisque, ad hæc reges multi ac dynastæ; hi, partim ob imperitiam belli, partim quod supra modum elati essent Dyrrhachina victoria, alii freti qua præstabant multitudine, nonnulli etiam bello omnino fessi, et celeritatem magis probantes quam recta consilia; cuncti ad pugnam eum incitabant, ostendentes Cæsarem semper instructa acie provocantem. At Pompeius, id ipsum argumentum in illos retorquens, aiebat : « Cæsarem inopia coactum id facere; sibi vero eo magis quiescendum, quo majore ille necessitate prematur. » Sed quum totus exercitus, victoria Dyrrhachina tumens, flagitaret prælium, et honoratiores quique cavillarentur in Pompeium, quod, imperio præsenti sibi placens, ideo de industria cunctaretur, quo inter tot viros dignitate alioquin ei pares, emineret diutius; jamque Regem Regum per jocum eum vocarent, et Agamemnonem, quod et ipse, sicut Agamemnon, durante bello regibus imperitaret; tandem a proposito se moveri passus, deo jam exitium ejus properante, concessit illorum voluntati. Quemadmodum et alias per totum illud bellum contra naturam suam, tardus fuerat et veluti torpidus; sic nunc quoque contra suam voluntatem parabat se ad prælium, cum suo malo, tum eorum qui id suaserant.

LXVIII. Ea nocte Cæsar tres legiones frumentatum emiserat : laudens enim Pompeii cunctationem, et ratus permansurum in eo consilio, frumentum undecunque convehi curabat. Sed ubi hostem sensit ad pugnam se parare, gavisus illud pervicacia militum, ut conjiciebat, expressum; celeriter revocatis omnibus, ipse quoque suos paratos esse jussit. Tum de media nocte sacra faciens, Martem invocavit, et, Venerem progenitricem suam (nam ab Ænea et ab Ilo, Æneæ filio, ortam gentem Juliam, paullulum diducto nomine, putabat) : ædemque vovit deæ in Urbe sacrandam, si propitia juvaret victoriam. Ut vero igneus fulgor de cœlo a Cæsarianis castris ad Pompeiana delatus est, ibique demum exstinctus, Pompeiani sibi illustrem inde pollicebantur de adversariis victoriam; at Cæsar sic interpretatus est, exstincturum se uno impetu gloriam adversarii atque potentiam. Pompeio vero, eadem nocte sacrificanti, elapsæ victimæ comprehendi nequiverunt; et examen apum insedit altari, animantium tardarum invalidarumque; et paulo ante lucem panicus terror in exercitum incidit: quem ille postquam circumcursando sedavit, quieti se dedit, et in somnum incidit profundum.

LXIX. Excitatus deinde ab amicis Pompeius, per somnium, ait, ædem se in Urbe dedicasse Veneri Victrici. Idem votum a Cæsare conceptum nescientes amici et milites, omnes audito somnio gaudebant : et rati, se jam rem factam habere, contemtim omnia et inconsiderato impetu agebant; adeo ut et multi tentoria lauro coronarent, quod est insigne victoriæ, et servi epulas eis pararent splendidissimas, inventique sint etiam qui de summo pontificatu Cæsaris inter se jam tunc contenderent. Quæ Pompeius,

ρος, ἀπεστρέφετο, καὶ νεμεσῶν ἐπ' αὐτοῖς, ἐνεκαλύπτετο· κατεσιώπα δ' ὅλως ὑπὸ ὄκνου καὶ δέους, ὥσπερ οὐ στρατηγῶν ἔτι, ἀλλὰ στρατηγούμενος, καὶ πάντα πράσσων ὑπὸ ἀνάγκης παρὰ γνώμην. Τοσοῦτον ἀνδρὶ μεγαλουργῷ, καὶ παρὰ πᾶν ἔργον ἐς ἐκείνην τὴν ἡμέραν εὐτυχεστάτῳ γενομένῳ, τὸ δύσθυμον ἐνεπεπτώκει· εἴτε ὅτι τὰ συμφέροντα κρίνων οὐκ ἔπειθεν, ἀλλ' ἐπὶ κύβον ἐχώρει πλήθους ἀνδρῶν τοσῶνδε σωτηρίας, καὶ τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἐς τότε ἀησσήτου· εἴτε τι καὶ μαντικώτερον αὐτὸν, πλησιάζοντος ἤδη τοῦ κακοῦ, συνετάρασσε, μέλλοντα τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐκ δυναστείας τοσῆσδε ἀθρόως ἐκπεσεῖσθαι. Τοσοῦτον δ' οὖν εἰπὼν τοῖς φίλοις, ὅτι ἥδε ἡ ἡμέρα, ὁπότερος ἂν ἐπικρατήσοι, μεγάλων ἐς ἀεὶ Ῥωμαίοις ἄρξει κακῶν, παρέτασσεν ἐς τὴν μάχην. Ὧ δὴ καὶ μάλιστα αὐτοῦ τὴν διάνοιαν προπεσεῖν τινες ἐν τῷ φόβῳ νομίζοντες, ἡγοῦντο οὐδ' ἂν Πομπήϊον, κρατήσαντα, μεθεῖναι τὴν μοναρχίαν.

LXX. Στρατιὰ δ' ἦν (ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πολλῶν ἀμφίλογα εἰπόντων, ἑπομένῳ μάλιστα Ῥωμαίων τοῖς τὰ πιθανώτατα γράφουσι περὶ τῶν ἐξ Ἰταλίας ἀνδρῶν· οἷς δὴ καὶ μάλιστα θαῤῥοῦντες, τὰ συμμαχικὰ οὐκ ἀκριβοῦσιν, οὐδὲ ἀναγράφουσιν, ὡς ἀλλότρια, καὶ ὀλίγην ἐν αὐτοῖς ἐς προσθήκην χώραν ἔχοντα) Καίσαρι μὲν, ἐς δισχιλίους ἐπὶ δισμυρίοις, καὶ τούτων ἱππεῖς ἦσαν ἀμφὶ τοὺς χιλίους· Πομπηΐῳ δὲ, ὑπὲρ τὸ διπλάσιον, καὶ τούτων ἱππεῖς ἐς ἑπτακισχιλίους. Ὧδε μὲν τοῖς τὰ πιθανώτατα λέγουσι δοκεῖ, μυριάδας ἑπτὰ ἀνδρῶν Ἰταλῶν συμπεσεῖν ἀλλήλοις ἐς μάχην· οἱ δ' ὀλιγωτέρους ἑξακισμυρίων φασίν· οἱ δ', ὑπερεπαίροντες, τεσσαράκοντα μυριάδας γενέσθαι λέγουσι. Καὶ τούτων οἱ μὲν ἡμιόλιον, οἱ δὲ ἐκ τριῶν νομίζουσιν ἀμφὶ τὰ δύο τῷ Πομπηΐῳ γενέσθαι μέρη. Τοσάδε μὲν ἀμφιγνοοῦσι περὶ τοῦ ἀκριβοῦς. Ὅπως δ' οὖν εἶχε, τοῖσδε μάλιστα τοῖς ἐξ Ἰταλίας ἑκάτερος αὐτῶν ἐθάῤῥει. Τὸ δὲ συμμαχικὸν ἦν, Καίσαρι μὲν, ἱππεῖς τε Κελτοὶ, καὶ Κελτῶν τῶν ὑπὲρ Ἄλπεις ἀριθμὸς ἄλλος· Ἑλλήνων δ' ἐπέλταζον αὐτῷ Δόλοπες, Ἀκαρνᾶνες, Αἰτωλοί. Τοσοίδε μὲν τῷ Καίσαρι συνεμάχουν. Πομπηΐῳ δὲ, πάντα τὰ ἑῷα ἔθνη κατὰ πλῆθος, οἱ μὲν, ἐξ ἵππων, οἱ δὲ, πεζοί· ἀπὸ μὲν τῆς Ἑλλάδος, Λάκωνες, ὑπὸ τοῖς ἰδίοις βασιλεῦσι τασσόμενοι, καὶ ἡ ἄλλη Πελοπόννησος, καὶ Βοιωτοὶ μετ' αὐτῶν. Ἐστράτευον δὲ καὶ Ἀθηναῖοι, κηρυξάντων μὲν αὐτοὺς ἑκατέρων μὴ ἀδικεῖν τὸν στρατὸν, ὡς ἱερεῖς τῶν Θεσμοφόρων· πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἄρα τοῦ πολέμου τραπέντες, ὡς ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀγωνιούμενοι.

LXXI. Ἐπὶ δὲ τοῖς Ἕλλησιν, ὀλίγου πάντες, ὅσοι περιιόντι τὴν ἐν κύκλῳ θάλασσαν ἐπὶ τὴν ἕω, Θρᾷκές τε καὶ Ἑλλησπόντιοι, καὶ Βιθυνοὶ, καὶ Φρύγες, καὶ Ἴωνες, Λυδοί τε καὶ Παμφύλιοι, καὶ Πισίδαι, καὶ Παφλαγόνες, καὶ Κιλικία, καὶ Συρία, καὶ Φοινίκη, καὶ τὸ Ἑβραίων γένος, καὶ Ἄραβες οἱ τούτων ἐχόμενοι, Κύπριοί τε καὶ Ῥόδιοι, καὶ Κρῆτες σφενδονῆται, καὶ ὅσοι ἄλλοι νησιῶται. Παρῆσαν δὲ καὶ βασιλεῖς

ut rei militaris peritus, aversabatur, et clam indignabatur de illis; neque omnino verbum ullum emisit, præ torpore metuque, velut non jam imperator amplius, sed imperata accipiens, et omnia præter animi sui sententiam facere coactus. Adeo virum præclarissimis rebus gestis eminentem, et ad eam diem felicissimum, tunc languor quidam et ægritudo animi occupaverat; sive illum male habebat, quod spernerentur ipsius quamvis utilissima consilia, et cogeretur aleam jacere de salute tot hominum, de suaque ad id tempus invicta gloria; sive mens, propinqui mali præsaga, terrebat amissurum uno momento tantam potentiam. Hoc unum apud amicos prolocutus, eam diem, uterlibet vinceret, populo Romano magnarum calamitatum initium, aciem struere cœpit. Quo verbo, per trepidationem elapso, patefactum viri consilium existimantes nonnulli, ne Pompeium quidem, putabant, si vicisset, temperaturum fuisse a tyrannide.

LXX. Fuerunt autem copiæ (ut, omissis aliis, parum inter se consentientibus, gravissimos ex Romanis potissimum scriptoribus sequar; qui Italici nominis milites, ceu robur exercitus, diligenter percensent, auxiliorum neglectim mentionem facere soliti, tanquam peregrinorum, et exiguum ad summum rei momentum conferentium), Cæsari quidem ad viginti duo millia, et in his mille circiter equites: Pompeio vero plusquam duplum, et in his equitum ad millia septem. Atque ita quidem auctores fide dignissimi produnt, LXX Italorum millia conflixisse hoc prælio: alii pauciores LX millibus numerant: alii, exaggerantes multitudinem, millia CCCC [CXL?] fuisse contendunt. Ex his alii Pompeianorum numerum sesquialtera parte majorem fuisse aiunt: alii, Cæsarianos tertiam tantum partem complevisse. Tanta est de exacta veritate dissensio. Utcumque se res habuit, in his Italici generis militibus uterque totam collocabat fiduciam. Auxilia vero Cæsari aderant equites Galli, et alius transalpinorum Gallorum numerus; Græcique levis armaturæ, Dolopes, Arcananes, Ætoli. Pompeio vero præsto erat multitudo gentium Orientalium, pars equites, pars pedites: ex Græcia, Lacones cum suis regibus, et reliqui Peloponnesii, cum eisque Bœoti. Quin et Athenienses venerunt in hanc militiam; quamvis utraque pars per præconem edixerat, ne quis eos læderet, ut sacerdotes Legiferæ Cereris: attamen verterunt se ad tanti belli gloriam, quasi pugnaturi pro imperio Romani populi.

LXXI. Præter Græcos, aderant inter Pompeii auxilia, omnes ferme nationes quotquot versus Orientem per circuitum mare accolunt: Thraces, Hellespontii, Bithyni, Phryges, Iones, Lydi, Pamphylii, Pisidæ, Paphlagones, Cilices, Syri, Phœnices, Hebræi, contiguique his Arabes, Cyprii, Rhodii, Cretenses funditores, et insulani cæteri. Aderant et reges dynastæque cum suis auxiliis, Dejotarus

καὶ δυνάσται στρατὸν ἄγοντες· Δηϊόταρος μὲν, τετράρχης Γαλατῶν τῶν ἑῴων, Ἀριαράθης δὲ, Καππαδοκῶν βασιλεύς. Ἀρμενίους δὲ ἦγε τοὺς ἐντὸς Εὐφράτου στρατηγὸς Ταξίλης, καὶ Ἀρμενίους τοὺς ὑπὲρ Εὐφράτην Μεγαβάτης, ὕπαρχος Ἀρτάπα τοῦ βασιλέως. Ἄλλοι τε μικροὶ δυνάσται συνεπελαμβάνοντο τοῦ πόνου. Λέγονται δὲ καὶ ἀπ' Αἰγύπτου νῆες ἑξήκοντα αὐτῷ παραγενέσθαι παρὰ τῶν Αἰγύπτου βασιλέων, Κλεοπάτρας τε καὶ τοῦ ἀδελφοῦ παιδὸς ἔτι ὄντος. Ἀλλ' αἵδε μὲν οὐ συνεμάχησαν· οὐδὲ γὰρ τὸ ἄλλο ναυτικὸν, ἀλλ' ἐπὶ ἀργίας ἐν Κερκύρᾳ κατέμενε. Καὶ δοκεῖ Πομπήϊος τόδε μάλιστα ἀφρόνως ἐργάσασθαι, τῶν μὲν νεῶν καταφρονήσας· αἷς δὴ πολὺ προὔχων, ἐδύνατο πανταχοῦ τὴν ἐπακτὸν ἀγορὰν τοὺς πολεμίους ἀφαιρεῖσθαι· ἐν δὲ ἀγῶνι πεζῷ συνενεχθεὶς ἀνδράσιν ἐκ πόνου πολλοῦ μεγαλαύχοις τε καὶ θηριώδεσιν ἐς μάχας γενομένοις. Ἀλλ' αὐτὸν, αὐτοὺς φυλαξάμενον περὶ Δυρράχιον, θεοβλάβεια δοκεῖ παραγαγεῖν, ἐν καιρῷ μάλιστα δὴ πάντων ἥδε τῷ Καίσαρι γενομένη. Διὰ γὰρ αὐτὴν ὁ στρατὸς ὁ τοῦ Πομπηΐου κουφόνως μάλα ἐπήρθη, καὶ τοῦ στρατηγοῦ σφῶν κατεκράτησαν, καὶ ἐς τὸ ἔργον ἀπειροπολέμως ἐτράποντο. Ἀλλὰ τάδε μὲν ᾠκονόμει θεὸς ἐς ἀρχὴν τῆσδε τῆς νῦν ἐπεχούσης τὰ πάντα ἡγεμονίας.

LXXII. Τότε δ' αὐτῶν τὴν στρατιὰν ἑκάτερος συναγαγὼν, ἐπώτρυνε. Πομπήϊος μὲν, τοιάδε λέγων· « Ὑμεῖς, ὦ συστρατιῶται, στρατηγεῖτε τοῦ πόνου μᾶλλον, ἢ στρατεύεσθε. Αὐτοὶ γὰρ, ἐμοῦ τὰ Καίσαρος ἐκτρύχειν ἔτι βουλομένου, τὸν ἀγῶνα τόνδε προὐκαλέσασθε. Ὡς οὖν ἀγωνοθέται τῆς μάχης, χρήσασθε μὲν, ὡς ἐλάττοσι πολὺ πλείονες· καταφρονεῖτε δὲ ὡς ἡσσημένων νενικηκότες, καὶ γερόντων νέοι, καὶ πολλὰ κεκμηκότων ἀκμῆτες ἄνδρες· οἷς ὑπάρχει δύναμις τοσήδε καὶ παρασκευὴ, καὶ τὸ συνειδὸς αὐτὸ τῆς αἰτίας. Ὑπὲρ γὰρ ἐλευθερίας καὶ πατρίδος ἀγωνιζόμεθα, μετὰ νόμων καὶ δόξης ἀγαθῆς, καὶ τοσῶνδε ἀνδρῶν, τῶν μὲν ἀπὸ βουλῆς, τῶν δ' ἱππέων, πρὸς ἄνδρα ἕνα λῃστεύοντα τὴν ἡγεμονίαν. Ἴτε οὖν, ὡς ἠξιοῦτε, μετ' ἀγαθῆς ἐλπίδος· ἐν ὄψει τιθέμενοι τήν τε φυγὴν αὐτῶν τὴν περὶ τὸ Δυρράχιον γενομένην, καὶ ὅσα σημεῖα μιᾶς ἡμέρας κρατοῦντες αὐτῶν ἐλάβομεν. » Ὁ μὲν δὴ Πομπήϊος ὧδε ἔλεγεν.

LXXIII. Ὁ δὲ Καῖσαρ τοῖς ἰδίοις τοιάδε· « Τὰ μὲν δυσχερέστερα ἤδη νενικήκαμεν, ὦ φίλοι· ἀντὶ γὰρ λιμοῦ καὶ ἀπορίας, ἀνδράσι μαχούμεθα. Ἥδε δ' ἡ ἡμέρα κρινεῖ πάντα. Μέμνησθέ μοι τῆς περὶ τὸ Δυρράχιον ἐπαγγελίας, καὶ ὧν ἐφορῶντος ἐμοῦ συνώμνυσθε ἀλλήλοις, μὴ νικῶντες οὐδ' ἐπανήξειν. Οἵδε εἰσὶν, ὦ ἄνδρες, ἐφ' οὓς ἐξ Ἡρακλείων στηλῶν ἤλθομεν· οἵδε οἱ περιφυγόντες ἡμᾶς ἐξ Ἰταλίας· οἳ τοὺς δέκα ἔτεσιν ἀθλοῦντας ἡμᾶς, καὶ πολέμους τοσούσδε καὶ νίκας δυσαριθμήτους ἀνύσαντας, καὶ Ἰβήρων καὶ Κελτῶν καὶ Βρεττανῶν ἔθνη τετρακόσια περιποιήσαντας τῇ πατρίδι, διέλυον ἀγεράστους ἄνευ θριάμβου τε καὶ δωρεᾶς. Καὶ οὐδ' ἐς τὰ δίκαια αὐτοὺς ἐγὼ προκαλούμενος ἔπει-

tetrarcha Gallogræcorum, et Ariarathes rex Cappadocum. Armenios ciseuphratenos ducebat Taxiles : transeuphratenses Megabates, legatus Artapæ regis. Alii quoque minores dynastæ adjutabant pro viribus. Fertur et ex Ægypto naves LX ei missas a regibus Cleopatra fratreque hujus, etiam tunc puero : verum hæ non interfuere prælio, sicut nec cætera classis, sed otiose stabant ad Corcyram. Videturque Pompeius parum prudenter fecisse, quod contemtis classibus, quibus tantum præpollebat, ut posset undique prohibere quominus commeatus adveherentur hosti, terrestri pugna decertavit cum viris ob exhaustos multos labores magnanimis et ferocibus ad prælia. Sed quum ad Dyrrachium ab eis cavisset, nunc infausto quodam fato hoc fecisse putandus est; quod quidem opportunissime tunc maxime Cæsari accidit. Nam, deo mentem Pompeianorum pervertente, factum est, ut temere admodum inflati et contra suum imperatorem pervicaces sint redditi, et imperite ad certamen ferrentur. Verum id dei consilium fuit, ut nasceretur potentissimum hoc, quod nunc omnia continet, imperium.

LXXII. Jam vero convocatis in concionem copiis, suos uterque ad pugnam hortatus est. Et Pompeius quidem verbis usus hujusmodi : « Vos, commilitones, ad hunc laborem acceditis imperantes magis, quam imperatoris mandata facientes. Vos enim ipsi, quum ego fame atterere Cæsarem maluerim, hoc certamen poposcistis. Itaque, ut ipsimet dispensatores et arbitri hujus prælii, sic rem gerite, tanquam plures cum paucioribus : sic contemnite hostem, ut par est contemni victos a victoribus, senes a juvenibus, fessos a recentibus, quibus et tanti apparatus tantæque vires adsunt, et quibus ipsa præterea bonæ causæ conscientia robur addidit. Nam pro libertate dimicamus et pro patria, et a nostris partibus stant leges et honesta fama, et tot viri senatorii equestrisque ordinis, contra unum ad dominatum grassantem per latrocinium. Ite igitur, quo ipsi voluistis, cum bona spe, memores fugæ eorum ad Dyrrhachium; cogitantesque, quot tunc signa uno die ab his capta retulerimus. » Talis Pompeii fuit oratio.

LXXIII. Cæsar apud suos hoc maxime modo concionatus est : « Difficilior pars laboris, amici, jam profligata est. Jam enim non cum fame inopiaque, sed cum hominibus pugnabimus. Hic autem ipse dies decernet omnia. Memineritis modo, quid ad Dyrrhachium sitis polliciti; quove pacto, me inspectante, conjuraveritis, non redituros vos nisi victores ex acie! Hi sunt, commilitones, contra quos ab Herculis columnis venimus : hi, qui nos non sustinentes profugerunt ex Italia : hi, qui nos, per decennium cum hoste conflictatos, post innumeras victorias, post quadringentas Hispanorum et Gallorum Britannorumque nationes patrio imperio adjectas, debitis honoribus et triumpho cæterisque præmiis privare voluerunt. Quos neque propositis æquissimis pacis conditionibus ad saniora consilia reducere, ne-

θον, οὐδὲ χάρισιν ἐξήνυον. Ἴστε, οὓς μεθῆκα καὶ ἀπαθεῖς, ἐλπίσας ἡμῖν τι παρ' αὐτῶν ἔσεσθαι δίκαιον. Τῶνδε οὖν μοι τήμερον ἀθρόων ἀνενέγκατε· καὶ τῆς ἐμῆς πρὸς ὑμᾶς, εἴ τι σύνιστέ μοι, κηδεμονίας ἢ πίστεως, ἢ δωρεῶν μεγαλοφροσύνης.

LXXIV. Ἔστι δὲ οὐ δυσχερὲς, νεοστρατεύτων καὶ ἀπειροπολέμων ἔτι πολυπόνους ἀγωνιστὰς περιγενέσθαι· ἄλλως τε, καὶ μειρακιωδῶς ἐς ἀταξίαν καὶ δυσπείθειαν τοῦ στρατηγοῦ τραπέντων. Ὃν ἐγὼ πυνθάνομαι δεδιότα καὶ ἄκοντα χωρεῖν ἐπὶ τὸ ἔργον, τύχῃ τε παρακμάζοντα ἤδη, καὶ νωθῆ καὶ βραδὺν ἐς ἅπαντα γεγενημένον, καὶ οὐδὲ στρατηγοῦντα ἔτι μᾶλλον ἢ στρατηγούμενον. Καὶ τάδε μοι περὶ μόνων ἐστὶ τῶν Ἰταλῶν. Ἐπεὶ τῶν γε συμμάχων μηδὲ φροντίζετε, μηδ' ἐν λόγῳ τίθεσθε, μηδὲ μάχεσθε ὅλως ἐκείνοις. Ἀνδράποδα ταῦτ' ἐστὶ Σύρια καὶ Φρύγια καὶ Λυδὰ, φεύγειν ἀεὶ καὶ δουλεύειν ἕτοιμα· οἷς, ἐγὼ σαφῶς οἶδα, καὶ ὑμεῖς δὲ αὐτίκα ὄψεσθε, οὐδὲ Πομπήϊον αὐτὸν τάξιν ἐγγυῶντα πολέμου. Ἔχεσθε οὖν μοι τῶν Ἰταλῶν μόνων, κἂν οἱ σύμμαχοι δίκην κυνῶν περιθέωσιν ὑμᾶς καὶ θορυβοποιῶσι. Τρεψάμενοι δ' αὐτοὺς, τῶνδε μὲν ὡς συγγενῶν φειδώμεθα, τοὺς δὲ συμμάχους ἐς τὴν τῶνδε κατάπληξιν ἐξεργάσασθε. Πρὸ δὲ πάντων, ὡς ἂν εἰδείην ὑμᾶς ἔγωγε ὧν συνετίθεσθε μεμνημένους τε, καὶ νίκην πάντως ἢ θάνατον αἱρουμένους, καθέλετέ μοι προϊόντες ἐπὶ τὴν μάχην τὰ τείχη τὰ σφέτερα αὐτῶν, καὶ τὴν τάφρον ἐγχώσατε· ἵνα μηδὲν ἔχωμεν, ἂν μὴ κρατῶμεν· ἴδωσι δ' ἡμᾶς ἀσταθμεύτους οἱ πολέμιοι, καὶ συνῶσιν ὅτι πρὸς ἀνάγκης ἐστὶν ἡμῖν ἐν τοῖς ἐκείνων σταθμεῦσαι. »

LXXV. Ὁ μὲν, τοσάδε εἰπὼν, φυλακὴν ὅμως τῶν σκηνῶν κατέπεμπε δισχιλίους τοὺς πάνυ γέροντας. Οἱ δ' ἐξιόντες τὸ τεῖχος ἤρειπον μετὰ σιωπῆς βαθυτάτης, καὶ ἐς τὴν τάφρον αὐτὸ ἐνεχώννυον. Ὁρῶν δ' ὁ Πομπήϊος, ἡγουμένων τινῶν ἐς φυγὴν αὐτοὺς συσκευάζεσθαι, συνίει τοῦ τολμήματος, καὶ ἔστενε καθ' αὑτὸν, ὅτι χωροῦσιν ἐς χεῖρας θηρίοις, λιμὸν ἔχοντες, ἄξιον θηρίων φάρμακον. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἦν ἀναδῦναι ἔτι, τῶν πραγμάτων ὄντων ἐπὶ ξυροῦ. Διὸ δὴ καὶ τετρακισχιλίους τῶν Ἰταλῶν φύλακας τοῦ στρατοπέδου καταλιπὼν, παρέτασσε τοὺς λοιποὺς, ἐς τὸ μεταξὺ Φαρσάλου τε πόλεως καὶ Ἐνιπέως ποταμοῦ, ἔνθα καὶ ὁ Καῖσαρ ἀντιδιεκόσμει· τοὺς μὲν Ἰταλοὺς ἑκάτερος αὐτῶν ἐς τρία διαιρῶν ἐπὶ μετώπου, μικρὸν ἀλλήλων διεστῶτας, καὶ τοὺς ἱππέας ἐπὶ τοῖς κέρασι τοῖς κατὰ μέρη τάσσων. Τοξόται δὲ πᾶσιν ἀναμεμίχατο καὶ σφενδονῆται. Καὶ τὸ μὲν Ἰταλικὸν οὕτω κεκόσμητο, ᾧ δὴ καὶ μάλιστα αὐτῶν ἑκάτερος ἐθάῤῥει. Τὰ συμμαχικὰ δ' ἦγον ἐφ' ἑαυτῶν, ὡς ἐς ἐπίδειξιν. Πολύθρουν δὲ ἦν τὸ Πομπηΐου συμμαχικὸν καὶ πολύγλωσσον· καὶ αὐτῶν ὁ Πομπήϊος Μακεδόνας μὲν καὶ Πελοποννησίους καὶ Βοιωτοὺς καὶ Ἀθηναίους, ἀποδεξάμενος τῆς εὐταξίας καὶ σιωπῆς, παρεστήσατο τῇ φάλαγγι τῇ Ἰταλικῇ· τοὺς δὲ ἄλλους φυλὰς (ὅπερ ὁ Καῖσαρ εἴκαζεν) ἔξω τάξεως ἐκέλευσε κατὰ ἐφεδρεύοντας, ὅταν ἐν χερσὶν ὁ ἀγὼν γένηται, κυκλοῦ-

que beneficiis potui expugnare. Nostis enim ipsi, quos dimiserim etiam incolumes; sperans, me ab eis æquum aliquid impetraturum. Hæc omnia vobis hodie simul in memoriam revocate; tum si quam a me experti estis erga vos fidem ac benevolentiam, si quam liberalitatem ac munificentiam!

LXXIV. « Neque vero difficile est, a veteranis exercitatisque viris vinci tirones et imperitos artium militarium; qui præsertim pueriliter tumultuando voluntatem imperatoris sui spernunt. Quem ego intelligo timentem et invitum prodire in aciem, fortuna ejus jam senescente, ipsum quoque segnem ac tardum redditum; nec tam imperantem, quam parentem alienis imperiis. Et hoc quidem de solis loquor Italis. Nam de auxiliaribus ne cogitare quidem vos velim, nec ullo hos in numero ponere, nec in eos omnino impetum facere. Mancipia hæc sunt Syra Lydaque et Phrygia, ad fugam tantum et servitutem nata : quibus, sat scio, moxque ipsi videbitis, ne Pompeius quidem locum ullum assignabit in acie. Vos mihi solos urgete Italos, quamvis auxiliares more canum discursando perturbare vos voluerint. Sed illos postquam in fugam conjecerimus, tum vero a cæde, ut cognatorum, abstineamus; in hos vero sæviamus ad terrorem incutiendum cæteris. Ante omnia vero, ut sciam, vos pollicitorum memores, aut mortem optare aut victoriam, exituri jam vallum vestrum convellite ipsi, fossasque complete aggere; ut nihil nobis reliquum sit, nisi vicerimus, et ut hostes, castris nos carere videntes, necessario suis nos usuros intelligant. »

LXXV. Hæc Cæsar locutus, tamen ad impedimentorum custodiam reliquit II M. seniorum maxime : reliqui, in aciem progressuri, vallum prosternebant magno silentio, et in fossam congerebant. Id ubi Pompeius animadvertit, putantibus nonnullis fugam eos parare, intellexit audaciam, et intra se ingemuit, quod pugnandum esset cum bestiis; quum præsto sibi habuissent famem, dignum adversus bestias remedium. Sed enim gradum jam non licebat referre, rebus (ut est in proverbio) adductis ad novaculam. Quapropter, relictis quatuor millibus legionariorum, qui castris essent præsidio, cæteros in aciem Pompeius deduxit, inter Pharsalum et Enipeum fluvium : ubi et ex adverso Cæsar suos instruxit. Uterque in fronte Romanas legiones collocavit, in tres partes divisas, modicis spatiis distantes; cornua alæ equitum protegebant; sagittarii funditoresque intermixti erant omnibus. Ita legionibus utrinque instructis, in quibus erat tota fiducia; auxilia seorsim, ad ostentationem magis quam ad usum, collocata sunt. Erant autem Pompeio confusa ex linguis dissonis auxilia : e quibus ille secretos Macedonas, Peloponnesios, Bœotos, Athenienses-que, ut melius assuetos servandis per silentium ordinibus, collocavit prope phalangem Italicam; cæteros, quod et Cæsar conjectura præceperat, extra aciem jussit nationem quam-

σθαι τοὺς πολεμίους, καὶ διώκειν, ὅσα δύναιντο βλάπτοντας, καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτὸ Καίσαρος, ἀχαράκωτον ὂν, διαρπάζειν.

LXXVI. Ἡγοῦντο δὲ τῆς φάλαγγος, Πομπηΐῳ μὲν, ὁ κηδεστὴς Σκιπίων ἐν μέσῳ, καὶ ἐπὶ τοῦ λαιοῦ Δομίτιος, ἐπὶ δὲ τοῦ δεξιοῦ Λέντλος· Ἀφράνιος δὲ καὶ Πομπήϊος τὸ στρατόπεδον ἐφύλαττον. Καίσαρι δ' ἐστρατήγουν μὲν Σύλλας καὶ Ἀντώνιος καὶ Δομίτιος· αὐτὸς δ' ἐπικαίρως συνετάσσετο τῷ δεκάτῳ τέλει, καθάπερ ἦν ἔθος αὐτῷ. Καὶ τοῦτ' ἰδόντες οἱ πολέμιοι, μετήγαγον ἐπ' αὐτὸ τοὺς ἀρίστους τῶν ἱππέων, ἵνα πλέονες ὄντες, εἰ δυνηθεῖεν, κυκλώσαιντο. Συνεὶς δὲ ὁ Καῖσαρ, τρισχιλίους εὐτολμοτάτους πεζοὺς ἐνήδρευσεν, οἷς ἐκέλευσεν, ὅταν αἴσθωνται τοὺς πολεμίους περιθέοντας, ἀναπηδᾷν, καὶ τὰ δόρατα ἐσπηδῶντας ἀνίσχειν ὀρθὰ ἐς τὰ πρόσωπα τῶν ἀνδρῶν· οὐ γὰρ οἴσειν ἀπείρους καὶ νέους, ὡραϊζομένους ἔτι, τὸν ἐς τὰ πρόσωπα κίνδυνον. Οἱ μὲν δὴ τοιάδε κατ' ἀλλήλων ἐμηχανῶντο, καὶ περιῄεσαν ἑκάστους, καθιστάμενοι τά τε ἐπείγοντα, καὶ ἐς εὐτολμίαν παρακαλοῦντες, καὶ τὰ συνθήματα ἀναδιδόντες, ὁ μὲν Καῖσαρ, Ἀφροδίτην νικηφόρον· ὁ δὲ Πομπήϊος, Ἡρακλέα ἀνίκητον.

LXXVII. Ὡς δὲ σφίσιν ἕτοιμα πάντα ἦν, ἐπὶ πολὺ καὶ ὣς ἀνέμενον ἐν βαθείᾳ σιωπῇ· μέλλοντες ἔτι, καὶ ὀκνοῦντες, καὶ ἐς ἀλλήλους ἀποβλέποντες, ὁπότερος ἄρξει τῆς μάχης. Τό τε γὰρ πλῆθος ᾤκτειρον (οὐδενός πω τοσοῦδε Ἰταλοῦ στρατοῦ ἐς ἕνα κίνδυνον συνελθόντος), καὶ τὴν ἀρετὴν (ἐκκρίτων ὄντων ἑκατέρων) ἠλέουν, καὶ μάλιστα ὅτε ἴδοιεν Ἰταλοὺς Ἰταλοῖς συμφερομένους. Ἐγγύς τε τοῦ κακοῦ γιγνομένου αὐτοῖς, ἡ μὲν ἐκκαίουσα καὶ τυφλοῦσα πάντας φιλοτιμία ἐσβέννυτο, καὶ μετέβαλλεν ἐς δέος· ὁ δὲ λογισμὸς ἐκαθάρευε δοξοκοπίας, καὶ τὸν κίνδυνον ἐμέτρει, καὶ τὴν αἰτίαν· ὅτι περὶ πρωτείων δύο ἄνδρε ἐρίζοντε ἀλλήλοιν, αὐτώ τε κινδυνεύετον ἀμφὶ τῇ σωτηρίᾳ, μηδ' ἐσχάτω πάντων ἡσσηθέντε ἔτι εἶναι, καὶ τοσόνδε πλῆθος ἀνδρῶν ἀγαθῶν δι' αὐτούς. Ἐσῄει δὲ σφᾶς, ὅτι φίλοι καὶ κηδεσταὶ τέως ὄντες, καὶ πολλὰ συμπράξαντες ἀλλήλοις ἐς ἀξίωμα καὶ δύναμιν, ξίφη νῦν φέρουσι κατ' ἀλλήλων, καὶ τοὺς ὑποστρατευομένους ἐς ὁμοίας ἀθεμιστίας ἄγουσιν ὁμοεθνεῖς τε ὄντας ἀλλήλοις, καὶ πολίτας καὶ φυλέτας καὶ συγγενεῖς, ἐνίους δὲ καὶ ἀδελφούς. Οὐδὲ γὰρ ταῦτα ἐνέλειπεν ἐκείνῃ τῇ μάχῃ· ἀλλ', ὡς ἐν τοσαῖσδε μυριάσιν ἐξ ἑνὸς ἔθνους ἐπ' ἀλλήλας ἰούσαις, πολλὰ τὰ παράδοξα συνέπιπτεν· ὧν ἐνθυμούμενος ἑκάτερος, μετανοίας τε οὐ δυνατῆς ἔτι ἐν τῷ παρόντι ἐνεπίμπλατο, καὶ, ὡς ἐσόμενος ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἐπὶ γῆς ἢ πρῶτος ἢ τελευταῖος, ὤκνει τοσῆσδε ἀμφιβολίας ἄρξαι. Καί φασιν αὐτῶν ἑκάτερον καὶ δακρῦσαι.

LXXVIII. Μέλλουσι δ' ἔτι, καὶ ἐς ἀλλήλους ἀποβλέπουσιν, ἡ ἡμέρα προὔκοπτε. Καὶ τὸ μὲν Ἰταλικὸν ἅπαν εὐσταθῶς ἐφ' ἡσυχίας ἀκριβοῦς ἀνέμενε· τὸ δὲ συμμαχικὸν ὁ Πομπήϊος αὐτοῦ ταρασσόμενον ὁρῶν

que separatim subsiderc; ut commisso prælio circumvenirent hostem, profligarentque pro viribus; et castra Cæsariana vallo jam nudata diriperent.

LXXVI. Cæterum aciem Pompeii mediam curabat socer Scipio, lævum cornu L. Domitius, dextrum Lentulus: Afranius cum Pompeio substitit in castrorum præsidio. Apud Cæsarianos præerant Sylla, Antonius, Cn. Domitius, ipse Cæsar opportuno loco in decima legione ex more constitit. Quo animadverso, hostes traduxerunt contra eum fortissimos equitum, ut numero superiores illum circumvenirent. Cæsar contra, re intellecta, tria millia peditum audacissimorum collocavit in subsidiis, jussos, ut, quamprimum sentirent hostem circumvectum accurrere, coorirentur, et infestis hastis facies maxime hostium peterent: non enim subituros juvenes imperitos, et forma sibi placentes, ejus deformationis periculum. Atque ita utrique artibus utebantur adversus alteros. Jamque duces ordines obibant, quidquid opus esset porro providentes, suosque ad rem fortiter gerendam cohortantes, et tesseram dantes, Cæsarianis, Venerem victricem, Pompeianis, invictum Herculem.

LXXVII. Instructos utrinque diu silentium altum tenuit, cunctabundos, et exspectantes ut ab adversa parte fieret pugnæ initium. Miserebat enim, tantas copias Italici nominis, quantas nunquam antea, præsertim utrinque lectissimas, semel subire aleam ancipitem, et Romanos quidem cum Romanis conflictari. Et quo propius aberat periculum, eo magis remittente se ambitione, qua hactenus incensi cæcatique fuerant, et in vicem ejus redeunte timore; ratio, remoto jam insano appetitu gloriæ, reputabat et magnitudinem periculi et ipsam causam belli: « duos viros, de principatu inter se contendentes, non solum ipsos salutis quoque propriæ adire periculum, ut is, qui victus esset, ne extremo quidem loco posset manere; sed et, propter eosdem, tantam egregiorum virorum multitudinem in commune periculum pertrahi. » In mentem veniebat et illud: « nuper amicos et affines, multis mutuis beneficiis in tuenda dignitate amplificandaque potentia adjutos, nunc gladios in se invicem stringere; et utrumque milites suos, tanta necessitudine inter se conjunctos, cives, tribules, consanguineos, atque adeo fratres quoque nonnullos, ad eosdem nefarios conatus adducere. » Nam ne hoc quidem deerat, ut fratres contra fratres in diversis aciebus starent: et, ut inter tot millia ex eadem gente infestis signis concurrentia, multa inaudita accidebant. Talia cogitantem utrumque imperatorem subibat sera nunc pœnitentia: et, quod ille dies aut primum aut extremum omnium mortalium redditurus esset, pigebat negotium tam dubium aggredi priorem. Ferturque illacrymasse utrumque.

XLXVIII. Inter has moras, dum observant alteri alteros, die procedente, legiones quidem universæ constanter suo loco quiescebant: sed auxilia sua quum videret Pompeius parum servare ordines, moræ tædio, veritus, ne illa exem-

ὑπὸ τῆς μελλήσεως, καὶ δείσας μὴ πρὸ τοῦ ἀγῶνος ἀταξίας κατάρξειεν, ὑπεσήμαινε πρῶτος, καὶ ἀντήχησε Καῖσαρ. Αὐτίκα δ' αἵ τε σάλπιγγες αὐτοὺς ἐξώτρυνον ὀρθίοις κλαγγαῖς, ὡς ἐν τοσῷδε πλήθει πολλαὶ κατὰ μέρη· καὶ οἱ κήρυκες καὶ οἱ ἐπιστάται περιθέοντες ἤπειγον. Οἱ δὲ σοβαρῶς ἀλλήλοις ἐπῄεσαν, μετά τε θάμβους καὶ σιωπῆς βαθυτάτης, ὡς πολλῶν ἀγώνων τοιῶνδε ἐμπειροπόλεμοι. Πλησιάζουσι δ' αὐτοῖς ἤδη, τόξα καὶ λίθοι πρῶτον ἦν, καὶ τῶν ἱππέων βραχὺ τὰ πεζὰ προλαβόντων πεῖραί τε καὶ ἐπελάσεις ἐπ' ἀλλήλους. Καὶ προύχοντες οἱ τοῦ Πομπηΐου, τὸ δέκατον τέλος ἐκυκλοῦντο. Καίσαρος δὲ τὸ σημεῖον τοῖς ἐφεδρεύουσιν ἄραντος, οἱ μὲν, ἐξαναστάντες, ἐς τοὺς ἵππους ἐχώρουν, ὀρθοῖς ἄνω τοῖς δόρασιν ἐς τὰ πρόσωπα τύπτοντες τοὺς ἐπικαθημένους. Οἱ δ', οὐκ ἐνεγκόντες αὐτῶν οὔτε τὴν ἀπόνοιαν, οὔτε τὰς ἐπὶ στόμα καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς πληγὰς, ἔφευγον ἀκόσμως. Καὶ τὸ ἐνταῦθα πεζὸν, εὐθὺς ἱππέων ἔρημον γενόμενον, ἐκυκλοῦντο οἱ τοῦ Καίσαρος ἱππεῖς, αὐτοὶ δείσαντες περικύκλωσιν.

LXXIX. Πομπήϊος δὲ, πυθόμενος, ἐκέλευε τοῖς πεζοῖς, μήτ' ἐπεκθεῖν ἔτι, μήτ' ἐκτρέχειν ἐκ τῆς φάλαγγος, μηδ' ἀκοντίζειν, ἀλλ' ἐν προβολῇ διαστάντας ἀμύνεσθαι διὰ χειρὸς τοῖς δόρασι τοὺς ἐπιόντας. Καὶ τόδε τινὲς αὐτοῦ τὸ στρατήγημα ἐπαινοῦσιν, ὡς ἄριστον ἐν περικυκλώσει· ὁ δὲ Καῖσαρ ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς καταμέμφεται. Τάς τε γὰρ πληγὰς ὑπὸ τῆς βολῆς εὐτονωτέρας γίγνεσθαι, καὶ τοὺς ἄνδρας ὑπὸ τοῦ δρόμου προθυμοτέρους· ἑστῶτας δ' ἀποψύχεσθαί τε, καὶ τοῖς ἐπιθέουσιν εὐβλήτους δι' ἀτρεμίαν, οἷα σκοποὺς, εἶναι. Ὃ καὶ τότε γενέσθαι. Τὸ γὰρ δέκατον τέλος σὺν αὐτῷ περιδραμεῖν τὰ λαιὰ τοῦ Πομπηΐου, ἔρημα ἱππέων γενόμενα, καὶ πανταχόθεν ἀτρεμοῦντας ἐς τὰ πλευρὰ ἐσακοντίζειν· μέχρι θορυβουμένοις ἐμπεσόντας βίᾳ τρέψασθαι, καὶ τῆς νίκης κατάρξαι. Κατὰ δὲ τὸ ἄλλο πλῆθος ἦν ἔτι τραυμάτων καὶ φόνων ἔργα πολλὰ καὶ ποικίλα· βοὴ δὲ οὐδεμία ἐκ τοσῆσδε φάλαγγος τοιᾶσδε δρώσης, οὐδ' οἰμωγαὶ τῶν ἀναιρουμένων ἢ πλησσομένων· ἀλλὰ βρυχήματα μόνα καὶ στόνοι, πιπτόντων, ἔνθα συνετάχθησαν, εὐσχημόνως. Οἱ σύμμαχοι δὲ, καθάπερ ἀγῶνα πολέμου θεώμενοι, κατεπλήσσοντο τὴν εὐταξίαν, καὶ οὔτε ἐς τὰς σκηνὰς τοῦ Καίσαρος ἐτόλμων, ὑπὸ θαύματος, ὀλίγων αὐτὰς καὶ πρεσβυτέρων ἀνδρῶν φυλασσόντων, περιδραμεῖν, οὔτε τι ἄλλο ἢ ἑστῶτες ἐθάμβουν.

LXXX. Ὡς δὲ ἐνέδωκε τὸ λαιὸν τοῦ Πομπηΐου, αὐτοὶ μὲν καὶ τότε βάδην ὑπεχώρουν ἅμα καὶ συνεπλέκοντο· οἱ δὲ σύμμαχοι προτροπάδην ἔφευγον ἄπρακτοι, βοῶντες, Ἡσσήμεθα· καὶ τὰς σκηνὰς σφῶν αὐτοὶ καὶ τὰ χαρακώματα ὡς ἀλλότρια προλαβόντες, διέσπων καὶ διήρπαζον ἐς τὴν φυγὴν ὅ τι δύναιντο ἐπάγεσθαι. Ἤδη δὲ καὶ τὸ ἄλλο τῶν Ἰταλῶν ὁπλιτικὸν τῆς ἐπὶ τάδε ἥσσης αἰσθανόμενον, ὑπεχώρει κατὰ πόδα, πρῶτον ἐν κόσμῳ, καὶ ἔτι ἐκ τῶν δυνατῶν ἀμυνόμενοι· ἐπικειμένων δ' αὐτοῖς, ὡς ἐν εὐπραξίᾳ, τῶν πολεμίων,

plo suo ante initium pugnæ turbarent cæterorum ordines, jussit prior signa canere : et idem ex adverso fecit Cæsar. Jamque concinentes magno sonitu tubæ, quæ ut in tantis exercitibus plurimæ aderant, acuebant militum animos; et discursantes caduceatores et præfecti eos cohortabantur. Et illi magno animo adversus se invicem progrediebantur, nec minori silentio, ut sæpe versati in hujusmodi certaminibus. Ut vero intra teli jactum ventum est, orto a ferentariis prælio, procurrerunt etiam equites paullulum, factoque utrinque virtutis periculo, Pompeiani, numero potiores, circumvenire legionem decimam cœperunt. Tum vero Cæsar signum dat subsidiariis : et illi coorti, infestis hastis facies equitum fodiunt; qui, ferociam desperatorum ictusque in ora oculosque directos minime ferentes, turbatis ordinibus in fugam se proripiunt. Moxque nudatas eo latere hostium legiones Cæsariani equites circumiere, qui prius, ne ipsi circumvenirentur, timuerant.

LXXIX. Quo cognito, Pompeius jussit pedites cursum sistere, nec amplius in adversam aciem incurrere, nec tela conjicere; sed laxatis ordinibus stantes impetum irruentium hostium excipere. Quod quidem stratagema Pompeii laudant nonnulli, ut in circumventione commodissimum, sed Cæsar in suis Epistolis improbat : jactu enim, inquit, ictus fieri vehementiores, et cursu viris augeri animum, contra languescere stantibus : quos et facilius attingant emissa tela, quum metarum instar sint immobiles. Idque ipsum, ait, tunc usu venisse. Namque decimam legionem secum sinistrum Pompeianum cornu ab equitibus desertum circumivisse, illudque in vestigio hærens telis a latere missis obruisse; denique hostes ea ratione turbatos, impressione fortiter facta, in fugam vertisse, adeoque victoriæ fecisse initium. Cæteris aciei partibus edebantur variæ vulnerum ac cædis species : clamor autem nullus audiebatur in tot legionum tam acri conflictu, ne sauciorum quidem aut occumbentium, sed fremitus tantum et gemitus eorum, qui quo quisque loco constiterat honeste cadebant. Auxiliares interim, veluti spectatores ludorum speciem pugnæ referentium, mirabantur tam accurate servatos ordines; et præ stupore ne tentoria quidem Cæsariana, a paucis custodita senioribus, invadere ausi, stabant tantum attonitis similes.

LXXX. Ut vero sinistrum Pompeianorum cornu inclinare cœpit; legiones ipsæ sensim primum referebant pedem, ita ut nihilo secius pugnare simul pergerent; sed auxiliares, nullo vulnere accepto, victos se esse conclamantes, effusa fuga castra sua petebant; et convulsis direptisque hostiliter propriis tabernaculis, quidquid quisque poterat in fugam secum abstulerunt. Jamque cæteræ quoque legiones, ut cladem ab hac parte acceptam sensere, pedem referebant : primo servatis ordinibus, et repugnantes pro viribus : verum, hoste, ut in rebus prosperis acrius instante, tandem

ἐστράφησαν ἐς φυγήν. Καὶ ὁ Καῖσαρ εὐμηχάνως δὴ τότε μάλιστα, ἵνα μὴ συνέλθοιεν αὖθις, μηδὲ τὸ ἔργον γένοιτο μάχης μιᾶς, ἀλλὰ παντὸς τοῦ πολέμου, κήρυκας ἐς τὰς τάξεις πανταχοῦ περιέπεμπεν, οἳ τοῖς νικῶσιν ἐκέλευον ἀψαυστεῖν τῶν ὁμοεθνῶν, ἐπὶ δὲ τοὺς συμμάχους μόνους χωρεῖν. Καὶ τοῖς ἡσσωμένοις προσεπέλαζον, παραινοῦντες ἀδεῶς ἑστάναι. Ἀνήρ τε παρ' ἀνδρὸς ἐκμανθάνων τὸ κήρυγμα, εἱστήκει· καὶ σύμβολον ἤδη τοῦτο τῶν Πομπηΐου στρατιωτῶν ἦν, τὸ ἀδεῶς ἑστάναι· τὰ ἄλλα, ὡς Ἰταλῶν, ὁμοιοτρόπως ἐσκευασμένων τε καὶ φωνὴν ὁμοίαν ἀφιέντων. Διεκθέοντες δ' αὐτοὺς οἱ τοῦ Καίσαρος, τοὺς συμμάχους οὐ δυναμένους ἀντέχειν ἀνῄρουν· καὶ ὁ πλεῖστος ἐνταῦθα ἐγίγνετο φόνος.

LXXXI. Πομπήϊος δ' ἐπειδὴ τὴν τροπὴν εἶδεν, ἔκφρων αὑτοῦ γενόμενος, ἀπῄει βάδην ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ παρελθὼν ἐς τὴν σκηνὴν, ἐκαθέζετο ἄναυδος· οἷόν τι καὶ τὸν Τελαμῶνος Αἴαντά φασιν ἐν Ἰλίῳ παθεῖν, ἐν μέσοις πολεμίοις, ὑπὸ θεοβλαβείας. Τῶν δ' ἄλλων ὀλίγοι πάνυ ἐσῄεσαν ἐς τὸ στρατόπεδον. Τὸ γὰρ κήρυγμα τοῦ Καίσαρος ἑστάναι τε ἀκινδύνως ἐποίει, καὶ παραδραμόντων τῶν πολεμίων, διεσκίδνη κατὰ μέρος. Ληγούσης δὲ τῆς ἡμέρας, ὁ Καῖσαρ τὸν στρατὸν ἀσχέτως που περιθέων, ἱκέτευε προσπονῆσαι, μέχρι καὶ τὸν χάρακα τοῦ Πομπηΐου λάβοιεν· ἐκδιδάσκων, ὅτι, εἰ συσταῖεν αὖθις οἱ πολέμιοι, μίαν ἡμέραν ἔσονται νενικηκότες· εἰ δὲ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν ἕλοιεν, τὸν πόλεμον ἑνὶ τῷδε ἔργῳ κατωρθωκότες ἂν εἶεν. Τάς τε οὖν χεῖρας αὐτοῖς ὤρεγε, καὶ πρῶτος ἐξῆρχε δρόμου. Τοῖς δὲ τὰ μὲν σώματα ἔκαμνε, τὴν δὲ ψυχὴν ὅ τε λογισμὸς καὶ ὁ αὐτοκράτωρ συντρέχων ἐκούφιζεν. Ἠώρει δὲ καὶ ἡ τῶν γεγονότων εὐπραξία καὶ ἐλπὶς, ὅτι καὶ τὸν χάρακα αἱρήσουσι καὶ πολλὰ τὰ ἐν αὐτῷ. Ἥκιστα δ' ἐν ἐλπίσιν ἢ εὐτυχίαις ἄνθρωποι καμάτων αἰσθάνονται. Οἱ μὲν δὴ καὶ τῷδε προσπεσόντες, ἐπεχείρουν σὺν πολλῇ πρὸς τοὺς ἀπομαχομένους καταφρονήσει. Ὁ δὲ Πομπήϊος μαθὼν, ἐξ ἀλλοκότου σιωπῆς τοσοῦτον ἀπέῤῥηξεν· Οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τὸν χάρακα ἡμῶν; Καὶ εἰπὼν, τήν τε στολὴν ἐνήλλαξε, καὶ ἵππου ἐπιβὰς σὺν φίλοις τέσσαρσιν, οὐκ ἀνέσχε δρόμου, πρὶν ἀρχομένης ἡμέρας ἐν Λαρίσσῃ γενέσθαι. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ὡς ἐπηπείλησε παρατάσσων, ἐν τῷ Πομπηΐου χάρακι ἐστάθμευσε, καὶ αὐτός τε τὴν ἐκείνου βρῶμην, καὶ ὁ στρατὸς ἅπας τὴν τῶν πολεμίων ἐδαίσαντο.

LXXXII. Ἀπέθανον δὲ ἑκατέρων, τῶν γε Ἰταλῶν (οὐ γὰρ δὴ τῶν γε συμμάχων οὐδ' ἐξαρίθμησις ἐγένετο, ὑπὸ πλήθους καὶ καταφρονήσεως) ἐκ μὲν τοῦ Καίσαρος στρατοῦ, τριάκοντα λοχαγοὶ, καὶ ὁπλῖται διακόσιοι, ἢ (ὡς ἑτέροις δοκεῖ) χίλιοι καὶ διακόσιοι· ἐκ δὲ τῶν Πομπηΐου, βουλευταὶ μὲν δέκα, ὧν ἦν καὶ Λεύκιος Δομίτιος, ὁ αὐτῷ Καίσαρι πεμφθεὶς ἐπὶ τὴν Γαλατίαν διάδοχος· τῶν δὲ καλουμένων ἱππέων, ἀμφὶ τεσσαράκοντα τῶν ἐπιφανῶν· ἐκ δὲ τῆς ἄλλης στρατιᾶς, οἱ μὲν ἐπαίροντές φασι δισμυρίους ἐπὶ πεντακισχιλίοις· Ἀσί-

in fugam versæ sunt. Tum Cæsar, consilio prudentissimo, ne rursum illi instaurarent ordines, utque non prælio tantum vinceret, sed bellum etiam conficeret, dimissis circumquaque præconibus, edixit, parcerent civibus, et in sola sævirent auxilia. Itaque victores victis accurrentes, jubebant stare securos : atque ita viritim propagata edicti notitia, hoc ipsum Pompeianis cœpit esse pro tessera, ut securi consisterent; quum alioquin, ut Romani, neque armis, neque reliquo cultu, neque lingua, a Cæsarianis differrent. Ita Cæsariani, præteritis civibus, in auxiliares versi, cædebant ad resistendum invalidos : et horum præcipue plurima strages est edita.

CXLI. Οἱ δὲ ὑμῖν τὰ τῶν ὑμετέρων ὁμοεθνῶν διένεμον, τῶν ἐπὶ Κελτοὺς ὑμᾶς αὐτῷ Καίσαρι στρατευσάντων, καὶ προπεμψάντων, καὶ εὐξαμένων πολλὰ κατὰ τῶν ὑμετέρων νικητηρίων. Καὶ συνῴκιζον ὑμᾶς ἐς ταῦτα ἀθρόους ὑπὸ σημείοις καὶ συντάξει στρατιωτικῇ· μήτε εἰρηνεύειν δυναμένους, μήτε ἀδεεῖς εἶναι τῶν ἐξελαθέντων. Ὁ γὰρ ἀλώμενος καὶ τῶν ὄντων ἀφῃρημένος, ἔμελλεν ὑμῖν περὶ πολλῶν ἐφεδρεύειν καιροφυλακῶν. Τοῦτο δ' ἦν ὅπερ οἱ τύραννοι μάλιστα ἐβούλοντο· οὐ γῆν ὑμᾶς λαβεῖν, ἣν δὴ καὶ ἑτέρωθεν εἶχον παρασχεῖν· ἀλλ' ὅπως ἐχθροὺς ἐφεδρεύοντας ἔχοντες ἀεὶ, βέβαιοι φύλακες ἦτε τῆς ἀρχῆς τῆς ταῦτα ὑμῖν συναδικούσης. Εὔνοια γὰρ ἐς τυράννους γίγνεται δορυφόρων, ἐκ τοῦ συναδικεῖν καὶ συνδεδιέναι. Καὶ τοῦτο, ὦ θεοὶ, συνοικισμὸν ἐκάλουν, ᾧ θρῆνος ὁμοφύλων ἀνδρῶν ἐπῆν, καὶ ἀνάστασις οὐδὲν ἀδικούντων.

quibus calumniis conantur vos exasperare; si qui adestis aut jam deducti in colonias, aut deducendi, hoc mihi quæso gratificamini, ut mihi vos significetis. »

CXL. Quumque multi signum fecissent: « Bene factum, inquit, quod cum aliis huc venistis civibus. Convenit autem, ut vos, qui debitos honores præmiaque estis a patria consecuti, eidem, quæ vos emisit, quod æquum est rependatis. Vos populus Romanus attribuit Cæsari contra Gallos Britannosque; et re feliciter gesta, meriti estis militaria dona atque præmia. At ille vos, novo sacramento præreptos, duxit invitos contra patriam, duxit æque invitos contra optimos cives in Africam. Quam igitur in hisce bellis navastis operam, ejus præmia petere pudet vos fortasse. Sed quoniam nec nunc invidia, nec posthac tempus ullum aut oblivio poterit egregia illa facinora, Gallicis bellis Britannicisque a vobis edita, obliterare; horum vos manent præmia, qualia et olim populus Romanus dare militibus consuevit: non cum injuria eorum qui nihil peccarunt, nec aliis adempta dividendo aliis, et injustam prædam vertendo in præmia. Sed hostes devictos majores nostri agris solebant mulctare; nec tamen omnibus, sed parte tantum; in quam emeritos deducerent, custodes futuros reipublicæ contra eos, qui arma adversus eamdem tulerant. Quod si quando non sufficeret ager armis quæsitus, addebatur portio de publico agro, aut emebatur alius ex publica pecunia. Ita populus sine cujusquam injuria vos in colonias olim deducebat. Sed Sylla et Cæsar, vi et armis hostiliter oppressa republica, quum contra ipsam patriam opus haberent custodibus et satellitio, neque dimiserunt vos in suam quemque patriam, neque agros vobis emerunt, aut eos qui ex bonis civium publicatis publici erant facti diviserunt, neque pristinos illorum dominos pretio reddito solati sunt; quamvis multum pecuniarum haberent ex ærario, multum item ex publicatis civium bonis. Sed in ipsa Italia, nihil commerita, non jure belli, sed more latrocinii, veteribus possessoribus ademerunt agros, domos, sepulcra, fana; quæ ne externis quidem hostibus devictis adimimus, quibus nonnisi decimas fructuum solvendas imponimus.

CXLI. « At isti diviserunt vobis agros vestrorum popularium, quorum jussu vos Gallicam expeditionem auspiciis Cæsaris suscepistis, qui iidem votis pro victoria vestra nuncupatis vos erant prosecuti. Et in hujusmodi colonias illi vos deduxerunt sub signis, instructos militariter; ut qui nec pace ibi frui, nec secure agere possetis ab his qui coacti sunt agris vobis cedere. Pulsus enim quisque et bonis exutus, non poterat non insidiari vobis, opportunum tempus captando. Atque id ipsum erat, quod tyranni voluerant maxime: non ut agros haberetis, quos aliunde vobis dare poterant: sed ut, metu inimicorum semper solliciti, firmi custodes essetis potestatis in communi vobiscum hærentis invidia. Tyrannis enim suos satellites commune maleficium communisque metus conciliat. Atque huic instituto, pro Dii, nomen coloniarum deducendarum est inditum; quod institutum conjunctum esset cum lamentis popularium, et expulsione hominum nihil commeritorum. Sed enim hoc illi

Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὑμᾶς ἐξεπίτηδες ἐχθροὺς ἐποίουν τοῖς ὁμοεθνέσιν ὑπὲρ τοῦ σφετέρου συμφέροντος. Ἡμεῖς δὲ, οὓς οἱ νῦν τῆς πατρίδος προστάται φασὶν ἐλέῳ περισώζειν, τήν τε γῆν ὑμῖν τήνδε αὐτὴν ἐσαεὶ βεβαιοῦμεν καὶ βεβαιώσομεν, καὶ μάρτυρα τὸν θεὸν τόνδε ποιούμεθα. Καὶ ἔχετε καὶ ἕξετε, ἃ εἰλήφατε· καὶ οὐ μή τις ὑμᾶς ἀφέληται ταῦτα, οὐ Βροῦτος, οὐ Κάσσιος, οὐχ οἵδε πάντες, οἳ τῆς ὑμετέρας ἐλευθερίας προεκινδυνεύσαμεν. Ὃ δ' ἐν τῷ ἔργῳ μόνον ἐστὶν ἐπίμεμπτον, ἰασόμεθα ἡμεῖς, διαλλακτήριον ὑμῖν ἅμα ἐς τοὺς ὁμοεθνεῖς ἐσόμενον, καὶ ἥδιστον ἤδη πυθομένοις, οἷς τὴν τιμὴν τῆσδε τῆς γῆς τοῖς ἀφῃρημένοις ἡμεῖς ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων εὐθὺς ἐκ πρώτης ἀφορμῆς ἀποδώσομεν· ἵνα μὴ βέβαιον ἔχητε μόνον ὑμεῖς τὴν κληρουχίαν, ἀλλὰ καὶ ἄφθονον. »

CXLII. Τοιαῦτα τοῦ Βρούτου λέγοντος, ἀκροώμενοί τε ἔτι πάντες, καὶ διαλυόμενοι κατὰ σφᾶς ἐπῄνουν ὡς δικαιότατα· καὶ τοὺς ἄνδρας, ὡς ἀκαταπλήκτους δὴ, καὶ μάλιστα φιλοδήμους, ἐν θαύματι ἐποιοῦντο, καὶ ἐς εὔνοιαν πρὸς αὐτοὺς μετετίθεντο, καὶ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν αὐτοῖς συμπράξειν ἔμελλον. Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ οἱ μὲν ὕπατοι τὸ πλῆθος ἐς ἐκκλησίαν συνεκάλουν· καὶ ἀνεγιγνώσκετο αὐτοῖς τὰ δόξαντα, καὶ Κικέρων πολὺ τῆς ἀμνηστίας ἐγκώμιον ἐπέλεγεν. Οἱ δὲ, ἡδόμενοι, κατεκάλουν ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοὺς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον· καὶ οἵδε ἀναπέμπειν αὐτοῖς ἐν τοσῷδε ὅμηρα ἐκέλευον, καὶ ἀνεπέμποντο οἱ παῖδες Ἀντωνίου τε καὶ Λεπίδου. Ὀφθέντων δὲ τῶν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον, κρότος ἦν καὶ βοή. Καὶ τῶν ὑπάτων εἰπεῖν τι βουλομένων, οὐκ ἀνασχόμενοι, δεξιώσασθαι αὐτοὺς καὶ συναλλαγῆναι πρότερον ἐκέλευον· καὶ γίγνεται μὲν οὕτως. Καὶ διεσείετο μάλιστα τοῖς ὑπάτοις ἡ γνώμη ὑπὸ δέους ἢ φθόνου, ὡς τῶν ἀνδρῶν καὶ τὰ ἄλλα αὐτοὺς ὑπεροισόντων ἐν τῇ πολιτείᾳ.

CXLIII. Διαθῆκαι δὲ τοῦ Καίσαρος ὤφθησαν φερόμεναι, καὶ εὐθὺς αὐτὰς τὸ πλῆθος ἐκέλευον ἀναγιγνώσκειν. Θετὸς μὲν δὴ τῷ Καίσαρι παῖς ἐγίγνετο ἐν αὐταῖς, ὁ τῆς ἀδελφῆς θυγατριδοῦς Ὀκταούϊος· τῷ δήμῳ δὲ ἦσαν ἐνδιαίτημα οἱ κῆποι δεδομένοι. Καὶ κατ' ἄνδρα Ῥωμαίων τῶν ὄντων ἔτι ἐν ἄστει, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα Ἀττικαὶ δραχμαί. Καὶ ὑπεσαλεύετο αὖθις ἐς ὀργὴν ὁ δῆμος, τυράννου μὲν κατηγορίας προπεπωμένοι, διαθήκας δὲ φιλοπόλιδος ἀνδρὸς ὁρῶντες. Οἴκτιστον δὲ ἐφάνη μάλιστα αὐτοῖς, ὅτι τῶν ἀνδροφόνων Δέκμος ὁ Βροῦτος ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς. Ἔθος γάρ τι Ῥωμαίοις, παραγράφειν τοῖς κληρονόμοις ἑτέρους, εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι. Ἐφ' ᾧ δὴ καὶ μᾶλλον συνεταράσσοντο, καὶ δεινὸν καὶ ἀθέμιστον ἡγοῦντο, καὶ Δέκμον ἐπιβουλεῦσαι Καίσαρι, παῖδα αὐτῷ γεγραμμένον εἶναι. Ἐπεὶ δὲ καὶ Πείσωνος τὸ σῶμα φέροντος ἐς τὴν ἀγορὰν πλῆθός τε ἄπειρον ἐς φρουρὰν συνέδραμον σὺν ὅπλοις, καὶ μετὰ βοῆς καὶ πομπῆς δαψιλοῦς ἐπὶ τὰ Ἔμβολα προὐτέθη· οἰμωγή τε καὶ θρῆνος ἦν αὖθις ἐπὶ πλεῖστον, καὶ

spectarunt, ut vestræ cum ejusdem nationis hominibus inimicitiæ in ipsorum cederent utilitatem. Nos vero, quibus hi, qui nunc præsunt reipublicæ, salutem se aiunt ex commiseratione concedere, possessionem eorumdem agrorum ratam firmamque vobis et nunc volumus esse, et in posterum eamdem confirmabimus : idque deum, in cujus fano nunc sumus, testamur. Et nunc habete et in futurum omne tempus, quæ accepistis, nec quisquam unquam vobis, quæ vestra sunt, auferet; non Brutus certe, non Cassius, nemo ex his omnibus, qui pro vestra libertate non gravati sumus subire periculum. Sed quæ res una in hoc negotio potest incusari, ei rei afferemus remedium, pacis vobis futurum vinculum cum popularibus vestris, et his ipsis jam nunc auditu gratissimum : veteribus namque possessoribus pretium ademtorum agrorum primo quoque tempore ex publica pecunia restituemus; quo fiet, ut in posterum non solum firma sit, sed etiam invidia careat, vestra possessio. »

CXLII. Hæc Bruti dicta, et dum adhuc ille concionatur, universe omnes, et soluta concione, singuli per se laudabant, ut æquissima : mirabanturque viros illos, ut intrepidos et singulariter amantes reipublicæ; atque ita in benevolentiam eorum versi, operam suam eisdem in diem crastinum sunt polliciti. Qui dies postquam illuxit, advocata concione per consules, recitata sunt senatusconsulta pridie facta; et Cicero in laudem oblivionis injuriarum multa disseruit. Quibus libenter auditis, populus Cassium cum sociis vocavit e Capitolio : eisque, obsides interim sibi dari postulantibus, missi sunt Antonii Lepidique filii. Jamque ubi cum Cassio Brutus in conspectum venit, plausus cum acclamatione est exortus : et quum consules aliquid vellent dicere, conclamatum est « reconciliarentur prius, et cives suos reciperent in gratiam : » id quod ita factum est. Et timor quidem atque invidia concussit consulum animos, quasi conjurati jam in reliquis rebus, quæ ad rempublicam pertinerent, potiores essent futuri.

CXLIII. Jam vero testamentum afferebatur Cæsaris. Quo conspecto, protinus recitari illud jussit populus. In eo igitur filius a Cæsare adoptatus erat sororis nepos Octavius. Horti in usum populi publicati; et viritim plebi urbanæ legati erant treceni sestertii. Quæ res denuo commovit indignationem civium, dum ex testamento amatorem patriæ agnoscunt, quibus modo propinatum fuerat, ut tyrannum eumdem appellarent. Sed maxime miserationem movit, quod Decimus Brutus, is qui in numero percussorum fuerat, inter secundos hæredes scriptus esset filius. Solent enim Romani alteros hæredes adscribere, si forte contingat priores hæreditatem non adire. Id vero ut nefarium imprimis facinus omnes exhorruerunt, conjurasse in Cæsaris caput eum quoque qui adoptatus sit in filium. Postquam autem a Pisone corpus etiam Cæsaris in forum est delatum, et cum armis infinita multitudo accurrit ad ejus custodiam, et magnifico apparatu corpus pro Rostris est depositum cum multis prosequentium acclamationibus : ibi vero comploratio lamentaque renovata diu tenuerunt, ar-

τὰ ὅπλα ἐπατάγουν οἱ ὡπλισμένοι, καὶ κατὰ μικρὸν ἐν μετανοίᾳ τῆς ἀμνηστίας ἐγίγνοντο. Καὶ ὁ Ἀντώνιος ὧδε ἔχοντας ἰδὼν, οὐ μεθῆκεν, ἀλλὰ ᾑρημένος εἰπεῖν τὸν ἐπιτάφιον, οἷα ὕπατος ὑπάτου, καὶ φίλος φίλου, καὶ συγγενὴς συγγενοῦς (ἦν γὰρ δὴ Καίσαρι κατὰ μητέρα συγγενὴς) ἐτέχναζεν αὖθις, καὶ ἔλεγεν ὧδε.

CXLIV. « Οὐκ ἄξιον, ὦ πολῖται, τοσοῦδε ἀνδρὸς ἐπιτάφιον ἔπαινον παρ' ἐμοῦ μᾶλλον, ἑνὸς ὄντος, ἢ παρὰ τῆς πατρίδος ὅλης, αὐτῷ γενέσθαι. Ὅσα δὴ, τῆς ἀρετῆς αὐτὸν ἡμεῖς ἀγάμενοι πάντες ὁμαλῶς, ἥ τε βουλὴ καὶ μετ' αὐτῆς ὁ δῆμος, ἔτι περιόντι ἐψηφίσασθε, ὑμετέραν, καὶ οὐχ Ἀντωνίου τάδε φωνὴν εἶναι τιθέμενος, ἀναγνώσομαι. » Καὶ ἀνεγίγνωσκε τῷ μὲν προσώπῳ σοβαρῷ καὶ σκυθρωπῷ, τῇ φωνῇ δ' ἐνσημαινόμενος ἕκαστα, καὶ ἐφιστάμενος οἷς μάλιστα αὐτὸν ἐν τῷ ψηφίσματι ἐξεθείαζον, ἱερὸν καὶ ἄσυλον, ἢ πατέρα πατρίδος, ἢ εὐεργέτην, ἢ προστάτην, οἷον οὐχ ἕτερον, ὀνομάζοντες. Ἐφ' ἑκάστῳ δὲ τούτων ὁ Ἀντώνιος τὴν ὄψιν καὶ τὴν χεῖρα ἐς τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος ἐπιστρέφων, ἐν παραβολῇ τοῦ λόγου τὸ ἔργον ἐπεδείκνυ. Ἐπεφθέγγετο δέ που τι καὶ βραχὺ ἑκάστῳ, μεμιγμένον οἴκτῳ καὶ ἀγανακτήσει. Ἔνθα μὲν τὸ ψήφισμα εἴποι Πατέρα πατρίδος, ἐπιλέγων· Τοῦτο ἐπιεικείας ἐστὶ μαρτυρία. Ἔνθα δ' ἦν ἱερὸς καὶ ἄσυλος, καὶ ἀπαθὴς καὶ ὅστις αὐτῷ καὶ ἕτερος προσφύγοι· « Οὐχ ἕτερος, ἔφη, τῷδε προσφεύγων, ἀλλ' αὐτὸς ὑμῖν ὁ ἄσυλος καὶ ἱερὸς, ἀνῄρηται, οὐ βιασάμενος οἷα τύραννος λαβεῖν τάσδε τὰς τιμὰς, ἃς οὐδὲ ᾔτησεν. Ἀνελευθερώτατοι δὲ ἄρα ἡμεῖς, οἳ τοιάδε τοῖς ἀναξίοις οὐδὲ αἰτοῦσι δίδομεν. Ἀλλ' ὑμεῖς ἡμῶν ὑπεραπολογεῖσθε ὡς οὐκ ἀνελευθέρων, ὦ πιστοὶ πολῖται, τοιαύτῃ καὶ νῦν πρὸς τεθνεῶτα χρώμενοι τιμῇ. »

CXLV. Καὶ αὖθις ἀνεγίγνωσκε τοὺς ὅρκους, ἦ μὴν φυλάξειν Καίσαρα καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος σῶμα παντὶ σθένει πάντας· ἢ, εἴ τις ἐπιβουλεύσειεν, ἐξώλεις εἶναι τοὺς οὐκ ἀμύναντας αὐτῷ. Ἐφ' ὅτῳ δὴ μάλιστα τὴν φωνὴν ἐπιτείνας, καὶ τὴν χεῖρα ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνασχὼν, « Ἐγὼ μὲν, εἶπεν, ὦ Ζεῦ πάτριε καὶ θεοὶ, ἕτοιμος ἀμύνειν, ὡς ὤμοσα καὶ ἠρασάμην. Ἐπεὶ δὲ τοῖς ὁμοτίμοις δοκεῖ συνοίσειν τὰ ἐγνωσμένα, συνενεγκεῖν εὔχομαι. » Θορύβου δ' ἐκ τῆς βουλῆς ἐπὶ τῷδε μάλιστα, προφανῶς ἐς αὐτὴν εἰρημένῳ, γενομένου· ἐπικαταψήχων αὐτὴν ὁ Ἀντώνιος, καὶ παλινῳδῶν, ἔφη· « Ἔοικεν, ὦ πολῖται, τὰ γεγενημένα ἀνδρῶν μὲν οὐδενὸς, ἀλλά του δαιμόνων, ἔργα εἶναι. Καὶ χρὴ τὸ παρὸν σκοπεῖν μᾶλλον, ἢ τὸ γεγενημένον· ὡς ἐν ἀκμῇ μεγάλων ἐστὶ κινδύνων ἡμῖν τὰ μέλλοντα, ἢ τὰ ὄντα, μὴ ἐς τὰς προτέρας στάσεις ὑπαχθῶμεν, καὶ ἐκτριφθῇ πᾶν ὅ τι λοιπόν ἐστιν εὐγενὲς τῇ πόλει. Προπέμπωμεν οὖν τὸν ἱερὸν τόνδε ἐπὶ τοὺς εὐδαίμονας, τὸν νενομισμένον ὕμνον αὐτῷ καὶ θρῆνον ἐπᾴδοντες. »

CXLVI. Τοιάδε εἰπὼν, τὴν ἐσθῆτα οἷά τις ἔνθους ἀνεσύρατο, καὶ περιζωσάμενος ἐς τὸ τῶν χειρῶν εὔκολον, τὸ λέχος ὡς ἐπὶ σκηνῆς περιέστη· κατακύπτων τε

matis interim scuta complodentibus; atque paullatim animos populi tentabat pœnitentia decreti, quod de oblivione injuriarum erat factum. Id animadvertens Antonius, non cessavit : sed, quum constituisset oratione funebri defunctum laudare, consul quippe consulem, amicum amicus, cognatum cognatus (nam et cognatione ipsum materno genere attingebat); rursum ad solitas artes conversus, in hunc modum est locutus :

CXLIV. « Non est æquum, Quirites, ut tanti viri funebris laudatio a me uno potius peragatur, quam ab universa simul patria. Quapropter quos illi honores virtutis ergo S. P. Q. R. de communi consensu decrevit viventi, illos publica magis vestrum omnium, quam privata mea voce, recitabo. » Moxque recitare cœpit vultu gravi, et ad mœstitiam composito; significanter singula pronuncians, immoransque ei maxime parti decretorum, qua supra humanam sortem Cæsar fuerat elatus; qua sacrosanctum, inviolabilem, patrem patriæ, singulariter meritum, principem nulli alii conferendum, eumdem appellaverant. Et per hæc singula Antonius faciem manumque vertens ad corpus Cæsaris, verba gestu adjuvabat; et ad singulas has appellationes addebat aliquot voces, ex miseratione mixtas ac indignatione. Veluti, ubi decretum Patrem patriæ eum nominabat, En, inquit, clementiæ testimonium, Cæsari exhibitum! Ubi, sacrosanctum et inviolabilem, et aliis etiam, quicunque ad ejus fidem se recepissent, tutum refugium; ibi Antonius subjunxit : « Atqui non alius ad hunc refugiens, sed ipse sacrosanctus, occisus est; qui honores hosce a vobis non extorserat, et ne concupiverat quidem. Pudenda autem et servilis ista fuerit senatus adulatio, si indignis talia decrevimus, et quidem non petentibus! Sed ab ea nota ipsi vos nos liberatis, fideles Quirites, hoc tam eximio et honorifico studio, quo nunc etiam defunctum prosequimini. »

CLXV. Tum reversus est Antonius ad recitandum sacramentum, custodituros Cæsarem Cæsarisque corpus omnes omnibus viribus : et si quis illi struat insidias, exsecrabilem fore qui eum non defenderit. Ad quæ verba potissimum vocem intendens, manusque versus Capitolium attollens, ait : « Equidem, Jupiter, hujus urbis custos, diique cæteri! paratus sum ulcisci, sicut juravi exsecratione addita. Sed quoniam senatui magistratibusque visum est, e republica fore hæc quæ ab illis nunc decreta sunt, precor, ut ea esse e republica velitis! » Tumultuantibus vero inde maxime senatoribus, ob dictum hoc manifeste ad se pertinens, ad eos deliniendos Antonius recantans dixit : « Sed videtur, Quirites, casus hic non tam ad mortalium ullum, quam ad deorum aliquem, qui ita voluerit, referendus. Et oportet præsentia magis curare, quam præterita : quandoquidem summum imminet aut jam adest periculum, ne ad pristinas revolvamur seditiones, et absumatur quidquid nobilitatis est in Urbe reliquum. Deducamus igitur hunc consecratum ad beatorum sedes, accinendo cum lamentis laudes ei more solenni debitas! »

CXLVI. His dictis, quasi fanaticus, vestem subductam accinxit, quo esset manibus expeditior; et ad ipsum lectulum, velut in scena quadam, adstans, capite mox ad le-

ἐς αὐτὸ καὶ ἀνίσχων, πρῶτα μὲν ὡς θεὸν οὐράνιον ὕμνει, καὶ ἐς πίστιν θεοῦ γενέσεως τὰς χεῖρας ἀνέτεινεν, ἐπιλέγων ὁμοῦ σὺν δρόμῳ φωνῆς πολέμους αὐτοῦ, καὶ μάχας, καὶ νίκας, καὶ ἔθνη ὅσα προσποιήσειε τῇ πατρίδι, καὶ λάφυρα ὅσα πέμψειεν, ἐν θαύματι αὐτῶν ἕκαστα ποιούμενος, καὶ συνεχῶς ἐπιβοῶν· Μόνος ὅδε ἀήττητος ἐκ πάντων τῶν ἐς χεῖρας αὐτῷ συνελθόντων. Σὺ δ', ἔφη, καὶ μόνος ἐκ τριακοσίων ἐτῶν ὑβρισμένῃ τῇ πατρίδι ἐπήμυνας, ἄγρια ἔθνη τὰ μόνα ἐς Ῥώμην ἐμβαλόντα, καὶ μόνα ἐμπρήσαντα αὐτὴν, ἐς γόνυ βαλών. Πολλά τε ἄλλα ἐπιθειάσας, τὴν φωνὴν ἐς τὸ θρηνῶδες ἐκ τοῦ λαμπροτέρου μετεποίει, καὶ ὡς φίλον ἄδικα παθόντα ὠδύρετο καὶ ἔκλαιε, καὶ ἠρᾶτο τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐθέλειν ἀντιδοῦναι τῆς Καίσαρος. Εὐφορώτατα δὲ ἐς τὸ πάθος ἐκφερόμενος, τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος ἐγύμνου, καὶ τὴν ἐσθῆτα ἐπὶ κοντοῦ φερομένην ἀνέσειε, λελακισμένην ὑπὸ τῶν πληγῶν, καὶ πεφυρμένην αἵματι αὐτοκράτορος. Ἐφ' οἷς ὁ δῆμος, οἷα χορὸς, αὐτῷ πενθιμώτατα συνωδύρετο, καὶ ἐκ τοῦ πάθους αὖθις ὀργῆς ἐνεπίμπλατο. Ὡς δ' ἐπὶ τοῖς λόγοις ἕτεροι θρῆνοι μετὰ ᾠδῆς κατὰ πάτριον ἔθος ὑπὸ χορῶν ἐς αὐτὸν ᾖδοντο, καὶ τὰ ἔργα αὖθις αὐτοῦ καὶ τὸ πάθος κατέλεγον, καί που τῶν θρήνων αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐδόκει λέγειν, ὅσους εὖ ποιήσειε τῶν ἐχθρῶν ἐξ ὀνόματος, καὶ περὶ τῶν σφαγέων αὐτῶν ἐπέλεγεν ὥσπερ ἐν θαύματι, Ἐμὲ δὲ καὶ τούσδε περισῶσαι τοὺς κτενοῦντάς με; Οὐκ ἔφερεν ἔτι ὁ δῆμος, ἐν παραλόγῳ ποιούμενος τὸ πάντας αὐτοῦ τοὺς σφαγέας, χωρὶς μόνου Δέκμου, αἰχμαλώτους ἐκ τῆς Πομπηΐου στάσεως γενομένους, ἀντὶ κολάσεων ἐπὶ ἀρχὰς καὶ ἡγεμονίας ἐθνῶν καὶ στρατοπέδων προαχθέντας, ἐπιβουλεῦσαι· Δέκμον δὲ καὶ παῖδα αὐτῷ θετὸν ἀξιωθῆναι γενέσθαι.

CXLVII. Ὧδε δὲ αὐτοῖς ἔχουσιν ἤδη, καὶ χειρῶν ἐγγὺς οὖσιν, ἀνέσχε τις ὑπὲρ τὸ λέχος ἀνδρείκελον αὐτοῦ Καίσαρος ἐκ κηροῦ πεποιημένον· τὸ μὲν γὰρ σῶμα, ὡς ὕπτιον ἐπὶ λέχους, οὐχ ἑωρᾶτο. Τὸ δὲ ἀνδρείκελον ἐκ μηχανῆς ἐπεστρέφετο πάντῃ, καὶ σφαγαὶ τρεῖς καὶ εἴκοσιν ὤφθησαν, ἀνά τε τὸ σῶμα πᾶν καὶ ἀνὰ τὸ πρόσωπον θηριωδῶς ἐς αὐτὸν γενόμεναι. Τήνδε οὖν τὴν ὄψιν ὁ δῆμος οἰκτίστην σφίσι φανεῖσαν οὐκέτι ἐνεγκὼν, ἀνῴμωξάν τε, καὶ διαζωσάμενοι, τὸ βουλευτήριον, ἔνθα ὁ Καῖσαρ ἀνῄρητο, κατέφλεξαν· καὶ τοὺς ἀνδροφόνους, ἐκφυγόντας πρὸ πολλοῦ, περιθέοντες ἐζήτουν, οὕτω δὴ μανιωδῶς ὑπὸ ὀργῆς τε καὶ λύπης, ὥστε τὸν δημαρχοῦντα Κίνναν ἐξ ὁμωνυμίας τοῦ στρατηγοῦ Κίννα, τοῦ δημηγορήσαντος ἐπὶ τῷ Καίσαρι, οὐκ ἀνασχόμενοί τι περὶ τῆς ὁμωνυμίας οὐδ' ἀκοῦσαι, διέσπασαν θηριωδῶς, καὶ οὐδὲν αὐτοῦ μέρος ἐς ταφὴν εὑρέθη. Πῦρ δ' ἐπὶ τὰς τῶν ἄλλων οἰκίας ἔφερον, καὶ καρτερῶς αὐτοὺς ἐκείνων τε ἀμυνομένων, καὶ τῶν γειτόνων δεομένων, τοῦ μὲν πυρὸς ἀπέσχοντο, ὅπλα δ' ἠπείλησαν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν οἴσειν.

CXLVIII. Καὶ οἱ μὲν σφαγεῖς ἐξέφυγον ἐκ τῆς πόλεως διαλαθόντες. Ὁ δὲ δῆμος ἐπὶ τὸ λέχος τοῦ

ctulum inclinato, mox iterum erecto, primum quidem ut cœlesti alicui deo hymnum Cæsari cecinit : et, quo inter divos relatum esse faceret fidem, manibus ad cœlum porrectis, celeri vocis cursu, recensuit bella, prælia, victorias, additas imperio provincias, manubiasque Romam missas, ad miraculum usque extollens singula, et iterum iterumque exclamans; « Tu solus invictus discessisti ex omnibus præliis! Tu vero etiam solus patriam vindicasti ab injuriis, quas per trecentos annos perpessa est, fractis devictisque ferocissimis gentibus, quæ solæ Urbem captam incenderant. » Hæc et alia multa velut divino impetu locutus Antonius, vocem inde ex elatiori ad lugubrem modum flexit; et multa de indigna morte amici multo cum fletu conquestus, precatus est, ut vitam Cæsaris sibi liceret sua anima redimere : ampliusque indulgens affectibus, eo est provectus, ut Cæsaris corpus detegeret, ejusque vestem conto sublatam explicaret, ut erat ictibus perfossa et lacera et sanguine imperatoris inquinata. Ita provocata plebs, quasi chorus præcentorem, sequebatur lamentationibus, et ex commiseratione ad iram rursus accendebatur. Ut vero consulis orationem aliud lugubre carmen excepit more patrio, choris concinentibus, quo Cæsaris res gestæ miserandusque exitus denuo exponebantur, et ex persona ipsius Cæsaris nominatim quoque memorabantur, quotquot ex inimicis in gratiam receptos beneficiis insuper ornasset, et, ad conjuratos sermone verso, velut per admirationem exclamans Cæsar inducebatur, « Men' servasse, ut essent qui me perderent! » id vero non amplius tulit populus; quippe cui dirum imprimis inauditumque videbatur, interfectores Cæsaris cunctos, uno Decimo Bruto excepto, ex eorum esse numero, qui, postquam ex Pompeiana factione captivi in manus victoris pervenerant, pœnarum loco ad honores et ad provinciarum exercituumque præfecturas fuissent promoti; et cum his fecisse Decimum Brutum, qui adoptione etiam a Cæsare esset dignatus.

CXLVII. Sic affectis plerisque, et ad vim jam spectantibus, unus quispiam ceream Cæsaris effigiem super lectulum extulit : nam cadaver, supinum quippe in lectulo, non erat conspicuum. Illa effigies ex machina quadam in omnes partes convertebatur; et conspiciebantur in ea notæ viginti trium vulnerum, per totum corpus et partim etiam in faciem immaniter Cæsari inflictarum. Tam miserandum aspectum minime jam ferens populus, congemuit; moxque præcinctis togis, curiam incendit, in qua Cæsar occisus est : et homicidas, qui mature diffugerant, discurrendo perquisivit; eo furoris progressus præ ira mœstitiaque, ut Cinnam tribunum plebis propter similitudinem nominis, pro Cinna prætore, qui pro concione in Cæsarem fuerat invectus, nihil morati excusantem nominis errorem, tam immaniter discerpserint, ut nullum ejus membrum ad sepulturam sit inventum. Deinde, arreptis ex incendio curiæ torribus, in ædes conjuratorum fecerunt impetum : sed partim domesticis fortiter propugnantibus, partim deprecantibus vicinis, ab igne quidem temperarunt; in crastinum autem minati sunt cum armis se redituros.

CXLVIII. Jam igitur percussores clam ex Urbe profugerunt. Plebs vero ad lectum Cæsaris reversa, deferebat

Καίσαρος ἐπανελθών, ἔφερον αὐτὸ ἐς τὸ Καπιτώλιον ὡς εὐαγὲς, θάψαι τε ἐν ἱερῷ, καὶ μετὰ θεῶν θέσθαι. Κωλυόμενοι δὲ ὑπὸ τῶν ἱερέων, ἐς τὴν ἀγορὰν αὖθις ἔθεσαν, ἔνθα τὸ πάλαι Ῥωμαίοις ἐστὶ βασίλειον, καὶ ξύλα αὐτῷ καὶ βάθρα ὅσα πολλὰ ἦν ἐν ἀγορᾷ, καὶ εἴ τι τοιουτότροπον ἄλλο, συνενεγκόντες, καὶ τὴν πομπὴν δαψιλεστάτην οὖσαν ἐπιβαλόντες, στεφάνους τε ἔνιοι παρ' ἑαυτῶν, καὶ ἀριστεῖα πολλὰ ἐπιθέντες, ἐξῆψαν, καὶ τὴν νύκτα πανδημεὶ τῇ πυρᾷ παρέμενον. Ἔνθα βωμὸς πρῶτος ἐτέθη, νῦν δ' ἐστὶ νεὼς αὐτοῦ Καίσαρος, θείων τιμῶν ἀξιούμενος. Ὁ γάρ τοι θετὸς αὐτῷ παῖς Ὀκταούϊος, τό τε ὄνομα ἐς τὸν Καίσαρα μεταβαλὼν, καὶ κατ' ἴχνος ἐκείνου τῇ πολιτείᾳ προσιὼν, τήν τε ἀρχὴν τὴν ἐπικρατοῦσαν ἔτι νῦν, ἐῤῥιζωμένην ὑπ' ἐκείνου, μειζόνως ἐκρατύνατο, καὶ τὸν πατέρα τιμῶν ἰσοθέων ἠξίωσεν· ὧν δὴ καὶ νῦν, ἐξ ἐκείνου πρώτου, Ῥωμαῖοι τὸν ἑκάστοτε τὴν ἀρχὴν τήνδε ἄρχοντα, ἢν μὴ τύχῃ τυραννικὸς ὢν ἢ ἐπίμεμπτος, ἀποθανόντα ἀξιοῦσιν, οἳ πρότερον οὐδὲ περιόντας αὐτοὺς ἔφερον καλεῖν Βασιλέας.

CXLIX. Οὕτω μὲν δὴ Γάϊος Καῖσαρ ἐτελεύτησεν ἐν ἡμέραις αἷς καλοῦσιν Εἰδοῖς Μαρτίαις, Ἀνθεστηριῶνος μάλιστα μέσου· ἥντινα ἡμέραν αὐτὸν ὁ μάντις οὐ περιοίσειν προὔλεγεν. Ὁ δ' ἐπισκώπτων αὐτὸν, ἔφη περὶ τὴν ἕω, Πάρεισιν αἱ Εἰδοί· καὶ ὁ μὲν, οὐδὲν καταπλαγεὶς, ἀπεκρίνατο, Ἀλλ' οὐ παρεληλύθασιν. Ὁ δὲ καὶ τοιῶνδε προαγορεύσεων αὐτῷ σὺν τοσῷδε τοῦ μάντεως θάρσει γενομένων, καὶ σημείων ὧν προεῖπον ἑτέρων, ὑπεριδὼν, προῆλθε καὶ ἐτελεύτησεν, ἔτος ἄγων ἕκτον ἐπὶ πεντήκοντα. Ἀνὴρ ἐπιτυχέστατος ἐς πάντα καὶ δαιμόνιος καὶ μεγαλοπράγμων, καὶ εἰκότως ἐξομοιούμενος Ἀλεξάνδρῳ. Ἄμφω γὰρ ἐγενέσθην φιλοτιμοτάτω τε πάντων καὶ πολεμικωτάτω, καὶ τὰ δόξαντα ἐπελθεῖν ταχυτάτω, πρός τε κινδύνους παραβολωτάτω, καὶ τοῦ σώματος ἀφειδεστάτω, καὶ οὐ στρατηγίᾳ πεποιθότε μᾶλλον, ἢ τόλμῃ καὶ τύχῃ. Ὧν ὁ μὲν ἄνυδρόν τε πολλὴν ἐς Ἄμμωνος ὥδευεν ὥρᾳ καύματος· καὶ τὸν Παμφύλιον κόλπον, τῆς θαλάσσης ἀνακοπείσης, διέτρεχε δαιμονίως· τὸ πέλαγος αὐτῷ τοῦ δαίμονος κατέχοντος ἔστε παρέλθοι, καὶ καθ' ὁδὸν ὁδεύοντι ὕοντος. Ἀπλώτου τε θαλάσσης ἐν Ἰνδοῖς ἀπεπείρασε, καὶ ἐπὶ κλίμακα πρῶτος ἀνέβη, καὶ ἐς πολεμίων τεῖχος ἐσήλατο μόνος, καὶ τρισκαίδεκα τραύματα μόνος ὑπέστη· καὶ ἀήσσητος ἀεὶ γενόμενος, ἐνὶ σχεδὸν ἢ δύο ἔργοις ἕκαστον πόλεμον ἐξήνυσε· τῆς μὲν Εὐρώπης πολλὰ βάρβαρα ἑλὼν, καὶ τὴν Ἑλλάδα χειρωσάμενος, δυσαρκτότατον ἔθνος καὶ φιλελεύθερον, καὶ οὐδενὶ πρὸ αὐτοῦ πλὴν Φιλίππῳ κατ' εὐπρέπειαν ἐς ἡγεμονίαν πολέμου δόξασαν ὑπακούειν ἐπ' ὀλίγον· τὴν δὲ Ἀσίαν σχεδὸν εἰπεῖν ὅλην ἐπέδραμε. Καὶ ὡς λόγῳ τὴν Ἀλεξάνδρου τύχην καὶ δύναμιν εἰπεῖν, ὅσην εἶδε γῆν, ἐκτήσατο, καὶ περὶ τῆς λοιπῆς ἐνθυμούμενός τε καὶ διανοούμενος ἀπέθανε.

CL. Καίσαρι δὲ ἥ τε Ἰόνιος θάλασσα εἶξε, χειμῶνος

illum in Capitolium, sepelitura, velut jam consecratum, in templo inter deorum imagines. Sed prohibentibus id sacerdotibus, in forum retulerunt funus, quo loco regum quondam Romanorum fuerat palatium; congestisque subselliis et quidquid lignorum ad manus in foro erat, in rogum imposuerunt; et funeris pompam longe splendidissimam, nonnulli privatim etiam coronas donaque militaria, injecerunt; subjectoque igne, pernoctavit circa rogum universus populus. Quo loco deinde ara primum exstructa est, nunc templum est ipsius Cæsaris, ubi divinis honoribus colitur. Nam adoptivus ejus filius Octavius, mutato nomine Cæsar, postquam per illius vestigia ad rerum administrationem accessit, et principatum hunc hodieque manentem, cujus ille fundamenta jacerat, confirmavit auxitque, divinos honores patri exhibendos instituit. Quo exemplo nunc quoque Romani suos imperatores, nisi quis aut tyrannicus sit, aut alioqui criminum causa invisus, post mortem consecrant, qui prius ne vivos quidem vel reges appellari tulerant.

CXLIX. Hunc vitæ finem invenerat C. Cæsar Idibus Martiis, quæ in medium fere mensem Anthesterionem incidunt. Quem ipsum diem quum prædixisset vates fatalem fore Cæsari, illudens ille mane ejus diei vati dixit, Adsunt Idus: et vates nihil territus, respondit, At non præterierunt. At Cæsar ne hac quidem vatis confidentia motus, contemtis et cæteris, de quibus dixi, prodigiis, in publicum progressus, occubuit, annum agens sextum supra quinquagesimum. Vir per omnia singulariter fortunatus, maximisque rebus gestis memorabilis, et merito cum Alexandro conferendus. Ambo enim fuere hominum omnium laudis cupidissimi, bellicosissimique, in consiliis exsequendis celerrimi, in periculis aggrediendis audacissimi, minime parcentes suo corpori, nec magis imperatoriis artibus freti quam fortuna et audacia. Quorum alter per arida loca longissimum iter ad Hammonis oraculum fecit tempore ferventissimo; et intimum Pamphylium sinum, vadis vento nudatis, transcurrit feliciter; fortuna interim marinas undas cohibente, sicut antea iter facienti æstum pluvia temperaverat. Idem in India ignotum mare pertentavit navibus; primusque scalis ascendit mœnia, et inde solus in hostes desiliit, et tredecim accepit vulnera; et semper invictus, unumquodque bellum uno alterove absolvebat prælio: in Europa multorum barbarorum domitor, et Græcorum gentis subjugator, impatientissimæ imperii, et libertatis amantissimæ, quæ nemini ante paruisse gloriabatur præterquam Philippo, idoque brevi, et sub decoro imperatoris titulo; Asiam vero ferme universam mira celeritate pervagatus: et, ut compendio fortunam Alexandri atque potentiam complectar, quidquid terrarum vidit, id subegit; ac de reliquo etiam invadendo cogitantem mors intercepit.

CL. Cæsari vero et Adriaticum mare naviganti media

μέσου πλωτὴ καὶ εὔδιος γενομένη· καὶ τὸν Ἑσπέριον ὠκεανὸν ἐπὶ Βρεττανοὺς διέπλευσεν, οὔπω γενόμενον ἐν πείρᾳ, κρημνοῖς τε τῶν Βρεττανῶν τοὺς κυβερνήτας ἐποκέλλοντας ἐκέλευε τὰς ναῦς περιαγνύναι· καὶ πρὸς ἄλλον κλύδωνα μόνος ἐν σκάφει σμικρῷ νυκτὸς ἐβιάζετο, καὶ τὸν κυβερνήτην ἐκέλευε προχέαι τὰ ἱστία, καὶ θαρρεῖν τῇ Καίσαρος τύχῃ μᾶλλον, ἢ τῇ θαλάσσῃ· ἔς τε πολεμίους προεπήδησε μόνος ἐκ πάντων δεδιότων πολλάκις· καὶ τριακοντάκις αὐτὸς ἐν Κελτοῖς μόνοις παρετάξατο, μέχρι τετρακόσια αὐτῶν ἐχειρώσατο ἔθνη· οὕτω δή τι Ῥωμαίοις ἐπίφοβα, ὡς νόμῳ τῷ περὶ ἀστρατείας, ἱερέων καὶ γερόντων ἐγγραφῆναι, Πλὴν εἰ μὴ Κελτικὸς πόλεμος ἐπίοι· τότε δὲ καὶ γέροντας καὶ ἱερέας στρατεύεσθαι. Περί τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν πολεμῶν, καὶ ἀπολειφθεὶς ἐπὶ γεφύρας μόνος καὶ κακοπαθῶν, τὴν πορφύραν ἀπέῤῥιψε, καὶ ἐς τὴν θάλασσαν ἐξήλατο· καὶ ζητούμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐν τῷ μυχῷ διενήχετο λανθάνων ἐπιπολὺ, μόνην ἐκ διαστήματος ἀνίσχων τὴν ἀναπνοήν· μέχρι φιλίᾳ νηῒ προσπελάσας, ὤρεξε τὰς χεῖρας, καὶ ἑαυτὸν ἔδειξε, καὶ περιεσώθη. Ἐς δὲ τὰ ἐμφύλια τάδε, ἢ διὰ δέος, καθάπερ αὐτὸς ἔλεγεν, ἢ ἀρχῆς ἐπιθυμίᾳ συμπεσὼν, στρατηγοῖς τοῖς καθ' αὑτὸν ἀρίστοις συνηνέχθη, καὶ στρατοῖς πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις, οὐ βαρβάρων ἔτι, ἀλλὰ Ῥωμαίων, ἀκμαζόντων μάλιστα εὐπραξίαις καὶ τύχαις· καὶ ἁπάντων ἐκράτησε, διὰ μιᾶς καὶ ὅδε πείρας ἑκάστων, ἢ διὰ δύο. Οὐ μὴν ἀησσήτου, καθάπερ Ἀλεξάνδρῳ, τοῦ στρατοῦ γενομένου· ἐπεὶ καὶ ὑπὸ Κελτῶν ἡσσῶντο λαμπρῶς, ὅτε ἡ μεγάλη σφᾶς συμφορὰ κατέλαβε, Κόττα καὶ Τιτυρίου στρατηγούντων· καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ Πετρήϊος αὐτοὺς καὶ Ἀφράνιος συνέκλεισαν, οἷα πολιορκουμένους· ἔν τε Δυῤῥαχίῳ καὶ Λιβύῃ λαμπρῶς ἔφευγον· ἐν καὶ Ἰβηρίᾳ Πομπήϊον τὸν νέον κατεπλάγησαν. Ὁ δὲ Καῖσαρ αὐτὸς ἦν ἀκατάπληκτος, καὶ ἐς παντὸς πολέμου τέλος ἀήττητος· τήν τε Ῥωμαίων ἰσχὺν, γῆς ἤδη καὶ θαλάσσης ἐκ δύσεων ἐπὶ τὸν ποταμὸν Εὐφράτην κρατοῦσαν, ἐχειρώσατο βίᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ, πολὺ βεβαιότερον καὶ πολὺ ἐγκρατέστερον Σύλλα· βασιλέα τε αὑτὸν ἀπέφηνεν ἀκόντων, εἰ καὶ τὴν προσηγορίαν οὐκ ἐδέχετο· καὶ πολέμους ἄλλους καὶ ὅδε διανοούμενος ἀνῃρέθη.

CLI. Συνέβη δ' αὐτοῖς καὶ τὰ στρατόπεδα ὁμοίως πρόθυμα μὲν ἐς ἄμφω καὶ μετὰ εὐνοίας γενέσθαι, καὶ ἐς μάχας θηριώδεσιν ἐοικότα· δυσπειθῆ δὲ πολλάκις ἑκατέρῳ καὶ πολυστασίαστα, διὰ τοὺς πόνους. Ἀποθανόντας γε μὴν ὁμοίως ὠδύραντο καὶ ἐπεπόθησαν, καὶ θείων τιμῶν ἠξίωσαν. Ἐγένοντο δὲ καὶ τὰ σώματα εὐφυεῖς ἄμφω καὶ καλοί. Καὶ τὸ γένος ἐκ Διὸς ἤστην ἑκάτερος, ὁ μὲν Αἰακίδης τε καὶ Ἡρακλείδης, ὁ δὲ ἀπὸ Ἀγχίσου τε καὶ Ἀφροδίτης. Φιλονεικότεροι δὲ τοῖς ἐξερίζουσιν ὄντες, ταχύτατοι πρὸς διαλύσεις ἦσαν, καὶ συγγνώμονες τοῖς ἁλοῦσιν· ἐπὶ δὲ τῇ συγγνώμῃ καὶ εὐεργέται, καὶ οὐδὲν ἢ κρατῆσαι μόνον ἐνθυμούμενοι. Καὶ τάδε μὲν ἐς τοσοῦτον συγκεκρίσθω· καίπερ οὐκ ἐξ ἴσης δυνάμεως ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὁρμήσαντος αὐτῶν ἑκα-

bruma tranquillum cessit; Britannicumque oceanum trajecit idem, nunquam tentatum antea, et gubernatores ad Britannica saxa appulsas naves frangere jussit; aliaque tempestate solus in exigua navicula contra fluctus nitens, gubernatorem vela dare ventis jussit, et Cæsaris fortunam pluris quam maris undas facere. Nec semel in hostem prosiliit solus, cæteris trepidantibus, et tricies in sola Gallia ipse præsens signa cum hoste contulit, donec quadringentos Gallorum subegit populos; Romanis tam formidabiles, ut in lege, qua immunitas militiæ concedebatur sacerdotibus et natu grandioribus, excepta diserte fuerint bella Gallica; quorum tempore nec senibus nec sacerdotibus militiæ sese subtrahere liceret. Alexandrino autem bello solus in ponte relictus, premente hoste, abjecit purpuram et in mare desiliit : insectantesque regios diu sub aquis natans latuit, per intervalla tantum exserto ore respirans, donec amicam navem attingens, porrectis manibus sese ostendit, et servatus est. Ad hæc vero Civilia bella, sive metu, ut ipse aiebat, sive ambitione delatus, cum imperatoribus sui seculi præstantissimis congressus est, cum multisque ac magnis exercitibus, non jam barbarorum, sed Romanorum, cum viribus tum rebus gestis florentissimorum; eosque omnes hic pariter, ut ille, devicit, uno aut altero prælio singulos. Quanquam non, ut Alexandri, sic Cæsaris exercitus perpetuo invictus fuit : nam et a Gallis insignem cladem milites Cæsaris acceperunt ductu Titurii Cottæque, legatorum; et in Hispania a Petreio Afranioque sic cincti sunt undique, ut ab obsessis nihil differrent, ad Dyrrhachium vero et in Africa palam fugam corripuerunt; et in Hispania coram Pompeio trepidarunt in acie. Verum Cæsar ipse semper interritus, bello certe nullo victus est; et imperium Romanum, ab Euphrate ad occidentalem usque oceanum jam tum patens, partim vi, partim beneficentia, suæ subjecit potestati, firmius multo quam Sylla validiusque; et in invitos regnum obtinuit, quanquam nomine abstinuit regis : denique et haud secus quam Alexander, dum alia bella parat, e medio sublatus est.

CLI. Jam e utrique contigerat, exercitus habere promtos ad omnia, et ut benevolentissimos in imperatores, sic ad pugnas ferocissimos; interdum tamen contumaces et seditiosos, continui laboris tædio : sed utrumque certe suus defunctum luxit ac desideravit pariter, et divinis dignatus est honoribus. Ambo etiam pulchri fuere et eximiis corporis dotibus a natura præditi. Genus uterque a Jove derivabat : Alexander per Æaci Herculisque stemmata, Cæsar per Anchisen et Venerem. Uterque quam acer ad contendendum cum adversariis, tam erga victos erat facilis ad veniam et ad gratiam, et beneficus insuper; sola contentus victoria. Atque hactenus quadrat collatio : nisi quod non

τέρου, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἐκ βασιλείας ἠσκημένης ὑπὸ Φιλίππῳ, τοῦ δ' ἐξ ἰδιωτείας, εὐγενοῦς μὲν καὶ περιφανοῦς, χρημάτων δὲ πάνυ ἐνδεοῦς.

CLII. Ἐγένοντο δὲ καὶ σημείων τῶν ἐπὶ σφίσιν ἑκάτερος ὑπερόπτης, καὶ τοῖς μάντεσι τὴν τελευτὴν προειποῦσιν οὐκ ἐχαλέπηναν, καὶ τὰ σημεῖα αὐτὰ ὅμοιά τε πολλάκις, καὶ ἐς τὸ ὅμοιον, ἀμφοῖν συνηνέχθη. Ἐγένετο γὰρ ἑκατέρῳ δὶς ἄλοβα. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα κίνδυνον σφαλερὸν ὑπέδειξεν· Ἀλεξάνδρῳ μὲν ἐν Ὀξυδράκαις, ἐπὶ τὸ τῶν ἐχθρῶν τεῖχος ἀναβάντι πρὸ τῶν Μακεδόνων, καὶ, τῆς κλίμακος συντριβείσης, ἀπολειφθέντι τε ἄνω, καὶ ὑπὸ τόλμης ἐς τὸ ἐντὸς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐξαλομένῳ, καὶ πληγέντι τὰ στέρνα χαλεπῶς καὶ ἐς τὸν τράχηλον ὑπέρῳ βαρυτάτῳ, καὶ πίπτοντι ἤδη, καὶ περισωθέντι μόλις ὑπὸ τῶν Μακεδόνων, ἀναῤῥηξάντων τὰς πύλας ὑπὸ δέους· Καίσαρι δὲ ἐν Ἰβηρίᾳ, τοῦ στρατοῦ περιφόβου τε ὄντος ἐπὶ Πομπηΐῳ τῷ νέῳ, καὶ ὀκνοῦντος ἐς μάχην ἰέναι, προδραμόντι πάντων ἐς τὸ μεταίχμιον, καὶ διακόσια ἀναδεξαμένῳ δόρατα ἐς τὴν ἀσπίδα, μέχρι καὶ τόνδε ὁ στρατὸς ἐπιδραμὼν ὑπὸ αἰδοῦς καὶ φόβου περιέσωσεν. Οὕτω μὲν αὐτοῖς τὰ πρῶτα ἄλοβα ἐς κίνδυνον ἦλθε θανάτου· τὰ δεύτερα δὲ ἐς τὸν θάνατον αὐτόν. Πειθαγόρας τε γὰρ ὁ μάντις, Ἀπολλοδώρῳ δεδοικότι Ἀλέξανδρόν τε καὶ Ἡφαιστίωνα, θυόμενος εἶπε, μὴ δεδιέναι, ἐκποδὼν γὰρ ἀμφοτέρους αὐτίκα ἔσεσθαι. Καὶ τελευτήσαντος εὐθὺς Ἡφαιστίωνος, ὁ Ἀπολλόδωρος ἔδεισε μή τις ἐπιβουλὴ γένοιτο κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐξήνεγκεν αὐτῷ τὰ μαντεύματα. Ὁ δὲ ἐπεμειδίασε, καὶ Πειθαγόραν αὐτὸν ἤρετο, ὅ τι λέγοι τὸ σημεῖον. Τοῦ δὲ εἰπόντος, ὅτι τὰ ὕστατα λέγει, αὖθις ἐπεμειδίασε, καὶ ἐπῄνεσεν ὅμως Ἀπολλόδωρόν τε τῆς εὐνοίας, καὶ τὸν μάντιν τῆς παῤῥησίας.

CLIII. Καίσαρι δ' ἐς τὸ ἔσχατον βουλευτήριον ἐσιόντι, καθά μοι πρὸ βραχέος εἴρηται, τὰ αὐτὰ σημεῖα γίγνεται· καὶ χλευάσας, ἔφη, τοιαῦτά οἱ καὶ περὶ Ἰβηρίαν γεγονέναι. Τοῦ δὲ μάντεως εἰπόντος, καὶ τότε αὐτὸν κινδυνεῦσαι, καὶ νῦν ἐπιθανατώτερον ἔχειν τὸ σημεῖον, ἐνδούς τι πρὸς τὴν παῤῥησίαν, ἐθύετο ὅμως αὖθις, μέχρι βραδυνόντων αὐτῷ τῶν ἱερῶν δυσχεράνας, ἐσῆλθε καὶ ἀνῃρέθη. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Ἀλεξάνδρῳ συνέπεσεν. Ἐπανιόντα γὰρ ἐξ Ἰνδῶν ἐς Βαβυλῶνα μετὰ τοῦ στρατοῦ, καὶ πλησιάζοντα ἤδη, παρεκάλουν οἱ Χαλδαῖοι, τὴν εἴσοδον ἐπισχεῖν ἐν τῷ παρόντι. Τοῦ δὲ τὸ ἰαμβεῖον εἰπόντος, ὅτι « μάντις ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς· » δεύτερα γοῦν οἱ Χαλδαῖοι παρεκάλουν, μὴ ἐς δύσιν ὁρῶντα μετὰ τῆς στρατιᾶς ἐσελθεῖν, ἀλλὰ περιοδεῦσαι, καὶ τὴν πόλιν λαβεῖν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. Ὁ δ' ἐς τοῦτο μὲν ἐνδοῦναι λέγεται, καὶ ἐπιχειρῆσαι περιοδεῦσαι· λίμνῃ δὲ καὶ ἕλει δυσχεραίνων, καταφρονῆσαι καὶ τοῦ δευτέρου μαντεύματος, καὶ ἐσελθεῖν ἐς δύσιν ὁρῶν. Ἐσελθών γε μὴν, καὶ πλέων κατὰ τὸν Εὐφράτην ἐπὶ ποταμὸν Παλλακότταν, ὃς τὸν Εὐφράτην ὑπολαμβάνων, ἐς ἕλη καὶ λίμνας ἐκφέρει, καὶ κωλύει τὴν Ἀσσυρίδα γῆν ἄρδειν καὶ ἐπιπλέειν· ἐπινοοῦντα

a paribus initiis exorsi sunt; sed ille a regno, jam exculto exercitatoque per Philippum; hic a privata conditione, licet nobili ac illustri, pecuniarum tamen admodum indiga.

CLII. Prodigiorum ad se pertinentium uterque contemtor fuit; neuter succensens vatibus mortem prædicentibus : atque enim ipsa prodigia plus semel eadem utrique sunt oblata, eventu quoque simili. Nam utrique bis exta visa sunt sine capite; primo quidem periculum anceps portendentia : Alexandro in Oxydracis, ubi, ante alios conscensis mœnibus, et scala post eum fracta, in muro a suis destitutus, et in hostem desilire ausus, in pectus graviter sauciatus, inflicta in cervicem quoque clava, dum in eo erat ut concideret, ægre tandem a Macedonibus, refracta ob metum porta, servatus est : Cæsari vero in Hispania, ubi, suis trepide contra juniorem Pompeium in aciem progressis, ante omnes in medium procurrens, tela ducenta excepit clypeo, donec et hunc exercitus, pudore tactus et vitæ imperatoris metuens, impressione in hostem ocius facta, servavit. Atque ita priora sine capite exta extremum periculum eis significarunt : secunda vero præsens exitium. Nam Pithagoras vates Apollodoro, Alexandrum et Hephæstionem metuenti, extis inspectis, auctor fuit bene sperandi, utrumque enim brevi e medio iri sublatum. Moxque Hephæstione defuncto, Apollodorus, timens ne qua contra regem aleretur conspiratio, præsagium id ei prodidit. Et subridens Alexander, ex ipso Pithagora quæsivit, quidnam indicarent exta : qui ubi respondit, extremum diem significari, rursus arridens ille, et Apollodori studium laudavit, et vatis vocem liberam.

CLIII. Cæsari vero extremum in senatum eunti, ut paulo ante dixi, idem prodigium rursus oblatum est; quod ille irridens, ait, idem sibi in Hispania quoque obtigisse : quumque aruspex respondisset, tunc quoque magnum eum adiisse discrimen capitis, nunc vero lethalius etiam ipsi signum esse; cedens nonnihil tam confidenter monenti, denuo sacrificavit, donec moram sacrorum pertæsus, curiam ingressus periit. Idem et Alexandro accidit. Repetentem enim Babylonem cum exercitu ex India, jamque appropinquantem urbi, Chaldæi monebant, differret in præsenti introitum : respondit ille vulgato proverbio, « Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum. » Tum Chaldæi denuo hortabantur, saltem non Occidentem spectans introduceret exercitum; sed ita circumductis copiis, ut a fronte urbem et Orientem solem habeat. Ferturque ille hactenus paruisse, ut cœperit circumducere; sed offensus via cœnosa palustrique, posteriora quoque contemsisse vatum monita, atque ita introgressum obversa in Occidentem facie. Nec multo post secundo Euphrate navigavit ad Pallacottam (*vel* Pallacopam) fluvium, qui Euphratem excipiens in paludes et stagna devehit; atque ita impedit quominus Assyriam regionem irriget perfluatque. Hunc igitur fluvium munire

δὴ τοῦτον διατειχίσαι τὸν ποταμὸν, καὶ ἐπὶ τοῦτο ἐκπλέοντα, φασὶν ἐπιτωθάσαι τοῖς Χαλδαίοις, ὅτι σῶος ἐς Βαβυλῶνα ἐσέλθοι τε καὶ ἐκπλέοι. Ἔμελλε δ' ἐπανελθὼν αὐτίκα ἐν αὐτῇ τεθνήξεσθαι. Ἐπετώθασε δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ ὅμοια· τοῦ γὰρ μάντεως αὐτῷ τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς προειπόντος, ὅτι μὴ περιοίσει τὰς Μαρτίας Εἰδούς· ἐλθούσης τῆς ἡμέρας, ἔφη, τὸν μάντιν χλευάζων, ὅτι Πάρεισιν αἱ Εἰδοί· καὶ ἐν αὐταῖς ὅμως ἀπέθανεν. Οὕτω μὲν δὴ καὶ σημεῖα τὰ περὶ σφῶν ἐχλεύασαν ὁμοίως, καὶ τοῖς προειποῦσιν αὐτὰ μάντεσιν οὐχ ἐχαλέπηναν, καὶ ἑάλωσαν ὅμως ὑπὸ τῷ λόγῳ τῶν μαντευμάτων.

CLIV. Ἐγένοντο δὲ καὶ ἐς ἐπιστήμην τῆς ἀρετῆς, τῆς τε πατρίου καὶ Ἑλληνικῆς καὶ ξένης, φιλόκαλοι· τὰ μὲν Ἰνδῶν Ἀλέξανδρος ἐξετάζων τοὺς Βραχμᾶνας, οἳ δοκοῦσιν Ἰνδῶν εἶναι μετεωρολόγοι τε καὶ σοφοὶ, καθὰ Περσῶν οἱ μάγοι· τὰ δὲ Αἰγυπτίων ὁ Καῖσαρ, ὅτε ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενος καθίστατο Κλεοπάτραν. Ὅθεν ἄρα καὶ τῶν εἰρηνικῶν πολλὰ Ῥωμαίοις διωρθώσατο· καὶ τὸν ἐνιαυτὸν, ἀνώμαλον ἔτι ὄντα διὰ τοὺς ἔσθ' ὅτε μῆνας ἐμβολίμους (κατὰ γὰρ σελήνην αὐτοῖς ἠριθμεῖτο), ἐς τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον μετέβαλεν, ὡς ἦγον Αἰγύπτιοι. Συνέβη δὲ αὐτῷ, καὶ τῶν ἐς τὸ σῶμα ἐπιβουλευσάντων μηδένα διαφυγεῖν, ἀλλὰ τῷ παιδὶ δοῦναι δίκην ἀξίαν, καθάπερ Ἀλεξάνδρῳ τοὺς Φίλιππον ἀνελόντας. Ὅπως δὲ ἔδοσαν, αἱ ἑξῆς βίβλοι δεικνύουσιν.

cogitans, quum hujus rei causa enavigasset, cavillatus fertur in Chaldæos, quod salvus et intrasset et nunc exiisset Babylonem. Sed eumdem mox rediturum manebat in eadem urbe vitæ finis. Similiter et Cæsarem cavillatus est : nam præmonitus a vate, fatales sibi esse Idus Martias, ubi is dies venit, exprobravit illi adesse Idus : et tamen ultra eas vitam non produxit. Ita igitur uterque, prodigia sibi oblata pariter cavillati, neque vatibus, irati extrema nunciantibus, tamen eventum inevitabilem prædictionum experti sunt.

CLIV. Fuerunt etiam ambo liberaliorum artium scientiarumque, tam patriarum, quam Græcarum externarumque, studiosi : Alexander ex Brachmanis multa percontatus, qui habentur apud Indos rerum divinarum humanarumque sapientes, sicut apud Persas Magi : Cæsar ex Ægyptiis, quando in Ægypto moratus Cleopatram reduxit in regnum. Quapropter etiam in artibus ad pacem pertinentibus multa apud Romanos correxit : et annum ad id ætatis inæqualem propter intercalares menses (nam ratione lunari utebantur) juxta solis cursum ordinavit, auctoribus Ægyptiis. Denique et illud Cæsari contigit, ut nemo ex conjuratis evaserit, sed pœnas meritas cuncti filio ejus dederint, sicut Alexandro interfectores Philippi. Quomodo autem dederint, sequentibus voluminibus exponetur.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΕΜΦΥΛΙΩΝ

ΒΙΒΛΟΣ Γ.

I. Οὕτω μὲν δὴ Γάϊος Καῖσαρ, πλείστου Ῥωμαίοις ἄξιος ἐς τὴν ἡγεμονίαν γενόμενος, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀνήρητο, καὶ ὑπὸ τοῦ δήμου τέθαπτο. Ἁπάντων δὲ αὐτοῦ τῶν σφαγέων δίκην δόντων, ὅπως οἱ περιφανέστατοι μάλιστα ἔδοσαν, ἥδε ἡ βίβλος καὶ ἡ μετὰ τήνδε ἐπιδείξουσιν· ἐπιλαμβάνουσαι καὶ ὅσα ἄλλα Ῥωμαίοις Ἐμφύλια ἐς ἀλλήλους ἐγίγνετο ὁμοῦ.

II. Ἀντώνιον μὲν ἡ βουλὴ δι' αἰτίας εἶχεν ἐπὶ τοῖς ἐπιταφίοις τοῦ Καίσαρος· ὑφ' ὧν δὴ μάλιστα ὁ δῆμος ἐρεθισθεὶς, ὑπερεῖδε τῆς ἄρτι ἐπεψηφισμένης ἀμνηστίας, καὶ ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν σφαγέων σὺν πυρὶ ἔδραμον. Ὁ δὲ αὐτὴν χαλεπαίνουσαν, ἑνὶ τοιῷδε πολιτεύματι ἐς εὔνοιαν ἑαυτοῦ μετέβαλεν. Ἀμάτιος ἦν ὁ ψευδομάριος· Μαρίου γὰρ ὑπεκρίνετο υἱωνὸς εἶναι, καὶ διὰ Μάριον ὑπερήρεσκε τῷ δήμῳ. Γιγνόμενος οὖν κατὰ τήνδε τὴν ὑπόκρισιν συγγενὴς τῷ Καίσαρι, ὑπερήλγει μάλιστα αὐτοῦ τεθνεῶτος, καὶ βωμὸν ἐπῳκοδόμει τῇ πυρᾷ, καὶ χεῖρα θρασυτέρων ἀνδρῶν εἶχε, καὶ φοβερὸς ἦν ἀεὶ τοῖς σφαγεῦσιν. Ὧν οἱ μὲν ἄλλοι διεπεφεύγεσαν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ὅσοι παρ' αὐτοῦ Καίσαρος εἰλήφεσαν ἡγεμονίας ἐθνῶν, ἀπεληλύθεσαν ἐπὶ τὰς ἡγεμονίας, Βροῦτος μὲν ὁ Δέκμος ἐς τὴν ὅμορον τῆς Ἰταλίας Κελτικὴν, Τρεβώνιος δὲ ἐς τὴν Ἀσίαν τὴν περὶ Ἰωνίαν, Τίλλιος δὲ Κίμβερ ἐς Βιθυνίαν. Κάσσιος δὲ καὶ Βροῦτος ὁ Μάρκος, ὧν δὴ καὶ μάλιστα τῇ βουλῇ διέφερεν, ᾕρηντο μὲν καὶ οἵδε ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐς τὸ μέλλον ἔτος ἡγεμονεύειν, Συρίας μὲν ὁ Κάσσιος, καὶ Μακεδονίας ὁ Βροῦτος· ἔτι δὲ ὄντες ἀστυκοὶ στρατηγοὶ, ὑπέμενον ἐν ἄστει ὑπ' ἀνάγκης· καὶ διατάγμασιν, οἷα στρατηγοὶ, τοὺς κληρούχους ἐθεράπευον, ὅσοις τε ἄλλοις ἐπενόουν, καὶ τὰ κληρουχήματα συγχωροῦντες αὐτοῖς πιπράσκειν, τοῦ νόμου κωλύοντος ἐντὸς εἴκοσιν ἐτῶν ἀποδίδοσθαι.

III. Τούτοις δὲ αὐτοῖς ὁ Ἀμάτιος, ὅτε συντύχοι, καὶ ἐνεδρεύσειν ἐλέγετο. Τῷδε οὖν τῷ λόγῳ τῆς ἐνέδρας ὁ Ἀντώνιος ἐπιβαίνων, οἷα ὕπατος, συλλαμβάνει καὶ κτείνει τὸν Ἀμάτιον χωρὶς δίκης, μάλα θρασέως. Καὶ ἡ βουλὴ τὸ μὲν ἔργον ἐθαύμαζεν, ὡς μέγα καὶ παράνομον, τὴν δὲ χρείαν αὐτοῦ προσεποιοῦντο ἥδιστα· οὐ γὰρ αὐτοῖς ἐδόκει ποτὲ χωρὶς τοιᾶσδε τόλμης ἀσφαλῆ τὰ κατὰ Βροῦτον καὶ Κάσσιον ἔσεσθαι. Οἱ δὲ τοῦ Ἀματίου στασιῶται, καὶ ὁ ἄλλος δῆμος ἐπ' ἐκείνοις, πόθῳ τε τοῦ Ἀματίου, καὶ ἀγανακτήσει τοῦ γεγονότος,

APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

DE BELLIS CIVILIBUS

LIBER TERTIUS.

I. Sic quidem Cæsar, quum in promovendis imperii Romani pomœriis omnium fuisset præstantissimus, ab inimicis occisus est, et publice a populo funeratus. Quoniam vero omnes ejus percussores pœnas dederunt, præcipuorum ex percussoribus exitum hic liber et proximus exponet; quibus simul reliqua Romanorum bella Civilia, quæ in eadem tempora inciderunt, complectar.

II. Quum senatus in Antonium culpam conferret, quod ejus maxime opera in Cæsaris funere populus concitatus, et legis de præteritarum injuriarum oblivione recens latæ oblitus, cum facibus accurrisset ad ædes conjuratorum; ille indignationem istam uno callido facto mutavit in benevolentiam. Erat Amatius quidam, qui se falso in Marii nomen inseruerat, quasi majoris Marii nepos; gratiosus apud plebem ob ipsius Marii memoriam. Is quoniam hac simulatione effecerat, ut videretur Cæsari cognatione conjunctus, præ cæteris ægre ferens ejus obitum, aram eo loco, ubi crematus est, posuit: stipatusque manu hominum audacium, terrori conjuratis fuit. Quorum aliis ex Urbe fuga dilapsis, quotquot a Cæsare provincias acceperant, in eas profecti sunt: Decimus Brutus in Galliam Italia finitimam, Trebonius in Asiam, Tillius Cimber in Bithyniam. Sed Cassius et Marcus Brutus, qui maxime cordi erant senatui, quum et ipsi in futurum annum designati fuissent a Cæsare provinciarum proprætores, Syriæ Cassius, Brutus Macedoniæ, tamen, ut prætores urbani, ex officio in Urbe manere coacti sunt. Atque hi interim prætoriis edictis colonos demerebantur, cum alia commoda eis concedentes, tum hoc, ut liceret illis portiones suas vendere, quod lex non permittebat nisi post annum vigesimum.

III. His igitur Amatius dicebatur moliri perniciem, nec aliud quam occasionem exspectare. Cujus rumoris occasione Antonius, pro potestate consulari, jussit comprehendi Amatium, moxque indicta causa interfecit, per insignem audaciam. Id factum quidem senatus miratus est, ut vehemens et contrarium legibus: at fructum tamen facti cupidissime arripiebat; nam absque tali audacia numquam tuti futuri videbantur Brutus et Cassius. At asseclæ Amatii, cæteraque plebs, necati desiderio moti, et indigne fe-

ὅτι μάλιστα αὐτὸ ὁ Ἀντώνιος ἐπεπράχει, ὑπὸ τοῦ δήμου τιμώμενος, οὐκ ἠξίουν σφῶν καταφρονεῖν. Τὴν ἀγορὰν οὖν καταλαβόντες ἐβόων, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐβλασφήμουν, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκέλευον ἀντὶ Ἀματίου τὸν βωμὸν ἐκθεοῦν, καὶ θύειν ἐπ' αὐτοῦ Καίσαρι πρώτους. Ἐξελαυνόμενοι δ' ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὑπὸ στρατιωτῶν ἐπιπεμφθέντων ὑπὸ Ἀντωνίου, μᾶλλόν τε ἠγανάκτουν καὶ ἐκεκράγεσαν, καὶ ἕδρας ἔνιοι τῶν Καίσαρος ἀνδριάντων ἐπεδείκνυον ἀνῃρημένων. Ὡς δέ τις αὐτοῖς ἔφη καὶ τὸ ἐργαστήριον, ἔνθα οἱ ἀνδριάντες ἀνεσκευάζοντο, δείξειν, εὐθὺς εἵποντο, καὶ ἰδόντες ἐνεπίμπρασαν· ἕως ἑτέρων ἐπιπεμφθέντων ἐξ Ἀντωνίου, ἀμυνόμενοί τε ἀνῃρέθησαν ἔνιοι, καὶ συλληφθέντες ἕτεροι ἐκρεμάσθησαν, ὅσοι θεράποντες ἦσαν, οἱ δὲ ἐλεύθεροι κατὰ τοῦ κρημνοῦ κατεῤῥίφησαν.

IV. Καὶ ὁ μὲν τάραχος ἐπέπαυτο· μῖσος δὲ ἄῤῥητον ἐξ ἀῤῥήτου εὐνοίας τοῦ δήμου πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἐγήγερτο. Ἡ βουλὴ δ' ἔχαιρον, ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως ἐν ἀδεεῖ περὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον γενόμενοι. Ὡς δὲ καὶ Σέξστον Πομπήϊον ὁ Ἀντώνιος, τὸν Πομπηΐου Μάγνου περιποθήτου πᾶσιν ἔτι ὄντος, εἰσηγήσατο καλεῖν ἐξ Ἰβηρίας, πολεμούμενον ἔτι πρὸς τῶν Καίσαρος στρατηγῶν, ἀντί τε τῆς πατρῴας οὐσίας δεδημευμένης ἐκ τῶν κοινῶν αὐτῷ δοθῆναι μυριάδας Ἀττικῶν δραχμῶν πεντακισχιλίας, εἶναι δὲ καὶ στρατηγὸν ἤδη τῆς θαλάσσης, καθὼς ἦν καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ταῖς Ῥωμαίων ναυσὶν αὐτίκα ταῖς πανταχοῦ χρῆσθαι εἰς τὰ ἐπείγοντα· θαυμάζουσα ἕκαστα ἡ βουλὴ μετὰ προθυμίας ἐξεδέχετο, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐπὶ ὅλην εὐφήμουν ἡμέραν. Οὐ γάρ τις αὐτοῖς ἐδόκει Μάγνου γενέσθαι δημοκρατικώτερος, ὅθεν οὐδὲ περιποθητότερος ἦν. Ὅ τε Κάσσιος καὶ ὁ Βροῦτος, ἐκ τῆς στάσεως ὄντε τῆς Μάγνου, καὶ πᾶσι τότε τιμιωτάτω, τὴν σωτηρίαν ἐδόκουν ἕξειν ἀσφαλῆ, καὶ τὴν γνώμην ὧν ἐπεπράχεσαν ἐγκρατῆ, καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐς τέλος ἐπάξεσθαι, τῆς μοίρας σφῶν ἀνισχούσης. Ἃ καὶ Κικέρων συνεχῶς ἐπῄει τὸν Ἀντώνιον· καὶ ἡ βουλή, συγγινώσκουσα αὐτῷ διὰ σφᾶς ἐπιβουλεύοντα τὸν δῆμον, ἔδωκε φρουρὰν περιστήσασθαι περὶ τὸ σῶμα, ἐκ τῶν ἐστρατευμένων καὶ ἐπιδημούντων ἑαυτῷ καταλέγοντα.

V. Ὁ δέ, εἴτε εἰς τοῦτο αὐτὸ πάντα πεπραχώς, εἴτε τὴν συντυχίαν, ὡς εὔχρηστον, ἀσπασάμενος, τὴν φρουρὰν κατέλεγεν, ἀεὶ προστιθεὶς μέχρι ἐς ἑξακισχιλίους· οὐκ ἐκ τῶν γενομένων ὁπλιτῶν, οὓς εὐμαρῶς ἂν ἐν ταῖς χρείαις ᾤετο ἕξειν καὶ ἑτέρωθεν, ἀλλὰ πάντας λοχαγοὺς ὡς ἡγεμονικούς τε καὶ ἐμπειροπολέμους, καί οἱ γνωρίμους ἐκ τῆς στρατείας τῆς ὑπὸ Καίσαρι· ταξιάρχους δ' αὐτοῖς ἐς τὸν πρέποντα κόσμον ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἐπιστήσας, ἦγεν ἐν τιμῇ, καὶ κοινωνοὺς ἐποιεῖτο τῶν φανερῶν βουλευμάτων. Ἡ δὲ βουλὴ τό τε πλῆθος αὐτῶν καὶ τὴν ἐπίλεξιν ἐν ὑπονοίᾳ τιθέμενοι, συνεβούλευον, τὴν φρουράν, ὡς ἐπίφθονον, ἐς τὸ ἀρκοῦν ἐπαναγαγεῖν. Ὁ δὲ ὑπισχνεῖτο ποιήσειν, ὅταν σβέσῃ τοῦ δήμου τὸ ταραχῶδες. Ἐψηφισμένον δ' εἶναι κύρια,

rentes, hanc sibi mercedem ab Antonio maxime redditam pro honore hactenus illi habito, non passi sunt se tali modo contemni. Occupato igitur foro, conviciose clamabant in Antonium, postulantes a magistratibus, ut, quando Amatii parum valuisset auctoritas, ipsi nunc aram dedicarent, et ibi primi omnium sacra facerent Cæsari. Sed quum inde submoverentur per Antonianos milites, magis etiam exasperati, vociferabantur; et bases nonnulli ostendebant, unde statuæ Cæsaris avulsæ fuissent. Ubi vero nonnemo ait, se officinam quoque ostensurum, in qua illæ in alias facies refingerentur, statim hunc secuti, re conspecta, incenderunt officinam. Contra quos alia manu Antonianorum immissa nonnulli repugnantes occisi sunt, alii comprehensi; ex quibus quotquot servi erant crucibus affixi, ingenui e rupe præcipitati sunt.

IV. Ita quidem sedatus ille tumultus est. Benevolentia autem plebis, quam singularis paulo ante in Antonium fuerat, in tam acerbum odium est conversa. Patres contra gaudebant, quod alias Bruto et ejus sociis nulla foret securitas. Ut autem de Sexto quoque Pompeio, Magni, omnibus desiderati, filio, qui tum adhuc impugnabatur a Cæsarianis in Hispania, ad senatum retulit Antonius eumque revocandum censuit, et pro publicatis bonis paternis ex ærario ei restituenda bis millies HS. et maris imperium, quemadmodum olim patri, eidem mandandum; et classes omnes Romanas, ubicumque locorum essent, potestati ejus, ad administranda quæ usus postularet, subjiciendas : id vero senatus, admiratus singula, incredibili studio arripuit; et Antonium faustissimis acclamationibus per totum reliquum diem est prosecutus. Nemo enim umquam eis visus est amantior reipublicæ quam Magnus, ob eamdemque causam nemo illis fuit desideratior. Brutusque et Cassius, qui e Magni fuissent partibus, et apud omnes tunc summo in honore fuissent, sic in tuto collocatam videbantur habituri salutem, et ad finem perducturi consilium, quo factum illud suscepissent, penitusque restituturi rempublicam, partibus ipsorum prævalentibus. Quapropter et Cicero continuis laudibus prosequebatur Antonium; et senatus, agnoscens, sui causa plebem Antonio moliri insidias, concessit eidem, ut, ex veteranorum copia, qui in urbe adessent, satellitium sibi deligeret.

V. Antonius, sive quod hujus rei causa omnia ista esset machinatus, sive oblatam forte commodam occasionem libenter arripiens, deligendo sibi custodes, continue numerum augebat, donec sex millia explevit. Neque vero ex gregariis allegit militibus; quippe quos aliunde quoque paraturum se putabat facile; sed ex solis centurionibus, artium bellicarum longo usu peritis, quos ex communi sub Cæsare militia familiares sibi habuerat. Hisque tribunos præficiebat, ex ipsorum ordine lectos, et dignitatis insignibus ornatos : quos in honore habebat, et consiliis quoque solebat adhibere, præterquam secretioribus. At senatus satellitium illud, cum propter nimiam multitudinem, tum propter ipsius delectus rationem, suspectum habens, hortari cœpit, ut ad cavendam invidiam numerus in modum certum, qui satis esset, redigeretur. Quod ille promisit se facturum, quamprimum plebis motus fuissent sedati. Et

ὅσα Καίσαρι πέπρακτό τε καὶ γενέσθαι βεβούλευτο· τὰ ὑπομνήματα τῶν βεβουλευμένων ὁ Ἀντώνιος ἔχων, καὶ τὸν γραμματέα τοῦ Καίσαρος Φαβέριον ἐς πάντα οἱ πειθόμενον, διότι καὶ ὁ Καῖσαρ τὰ τοιάδε αἰτήματα ἐς τὸν Ἀντώνιον ἐξιὼν ἀνετίθετο, πολλὰ ἐς πολλῶν χάριν προσετίθει, καὶ ἐδωρεῖτο πόλεσι, καὶ δυνάσταις, καὶ τοῖσδε τοῖς ἑαυτοῦ φρουροῖς· καὶ ἐπεγράφετο μὲν πᾶσι τὰ Καίσαρος ὑπομνήματα, τὴν δὲ χάριν οἱ λαβόντες ᾔδεσαν Ἀντωνίῳ. Τῷ δὲ αὐτῷ τρόπῳ καὶ ἐς τὸ βουλευτήριον πολλοὺς κατέλεγε, καὶ ἄλλα τῇ βουλῇ δι' ἀρεσκείας ἔπρασσεν, ἵνα μὴ φθονοῖεν ἔτι τῆς φρουρᾶς. Καὶ Ἀντώνιος μὲν ἀμφὶ ταῦτα ἦν.

VI. Ὁ δὲ Βροῦτος καὶ ὁ Κάσσιος, οὔτε τινὸς παρὰ τοῦ δήμου σφίσιν, ἢ παρὰ τῶν ἐξεστρατευμένων, εἰρηναίου φανέντος, οὔτε τὴν ἐνέδραν Ἀματίου καὶ παρ' ἑτέρου ἂν αὐτοῖς ἀδύνατον ἡγούμενοι γενέσθαι, οὔτε τὸ ποικίλον Ἀντωνίου φέροντες ἀφόβως, ἤδη καὶ στρατιὰν ἔχοντος, οὔτε τὴν δημοκρατίαν βεβαιουμένην ἔργοις ὁρῶντες, ἀλλὰ καὶ ἐς τοῦτο ὑφορώμενοι τὸν Ἀντώνιον· Δέκμῳ μάλιστα ἐπεποίθεσαν, ἔχοντι ἐν πλευραῖς τρία τέλη στρατοῦ· καὶ πρὸς Τρεβώνιον ἐς τὴν Ἀσίαν, καὶ πρὸς Τίλλιον ἐς Βιθυνίαν κρύφα ἔπεμπον, χρήματα ἀγείρειν ἀφανῶς καὶ στρατὸν περιβλέπεσθαι· αὐτοί τε ἠπείγοντο τῶν δεδομένων σφίσιν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐθνῶν λαβέσθαι. Τοῦ χρόνου δὲ οὔπω συγχωροῦντος αὐτοῖς, ἀπρεπὲς ἡγούμενοι, τὴν ἐν ἄστει στρατηγίαν προλιπόντες ἀτελῆ, δόξαν ὕποπτον φιλαρχίας ἐθνῶν ἐνέγκασθαι, ᾑροῦντο ὅμως ὑπὸ ἀνάγκης τὸ ἐν μέσῳ διάστημα διατρῖψαί ποι μᾶλλον ἰδιωτεύοντες, ἢ ἐν ἄστει στρατηγεῖν, οὔτε ἀφόβως ἔχοντες, οὔτε τὰ εἰκότα ἐφ' οἷς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐπεπράχεσαν τιμώμενοι. Οὕτω δ' αὐτοῖς ἔχουσιν, ἡ βουλὴ συνειδυῖα τὴν γνώμην, ἔδωκε σίτου τῇ πόλει φροντίσαι ἐξ ὅσης δύναιντο γῆς, μέχρι αὐτοὺς ὁ χρόνος τῶν ἐθνῶν τῆς στρατηγίας καταλάβοι. Καὶ ἡ μὲν οὕτως ἔπραξεν, ἵνα μή ποτε Βροῦτος ἢ Κάσσιος φεύγειν δοκοῖεν· τοσήδε αὐτῶν φροντὶς ἦν ἅμα καὶ αἰδὼς, ἐπεὶ καὶ τοῖς ἄλλοις σφαγεῦσι διὰ τούσδε μάλιστα συνελάμβανον.

VII. Ἐξελθόντων δὲ τῆς πόλεως τῶν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον, ἐπὶ δυναστείας ὢν ὁ Ἀντώνιος ἤδη μοναρχικῆς, ἀρχὴν ἔθνους καὶ στρατιᾶς αὑτῷ περιέβλεπε. Καὶ Συρίας μὲν ἐπεθύμει μάλιστα· οὐκ ἠγνόει δὲ ὢν δι' ὑπονοίας, καὶ μᾶλλον ἐσόμενος, εἴ τι αἰτοίη· καὶ γὰρ αὐτῷ κρύφα Δολοβέλλαν τὸν ἕτερον ὕπατον ἐπήλειφεν ἐς ἐναντίωσιν ἡ βουλὴ, διάφορον ἀεὶ τῷ Ἀντωνίῳ γενόμενον. Αὐτὸν οὖν τὸν Δολοβέλλαν ὁ Ἀντώνιος, νέον τε καὶ φιλότιμον εἰδὼς, ἔπεισεν αἰτεῖν Συρίαν, ἀντὶ Κασσίου, καὶ τὸν ἐς Παρθυαίους κατειλεγμένον στρατόν· αἰτεῖν δὲ οὐ παρὰ τῆς βουλῆς (οὐ γὰρ ἐξῆν), ἀλλὰ παρὰ τοῦ δήμου, νόμῳ. Καὶ ὁ μὲν ἡσθεὶς, αὐτίκα προὐτίθει τὸν νόμον. Καὶ τῆς βουλῆς αἰτιωμένης αὐτὸν παραλύειν τὰ δόξαντα τῷ Καίσαρι· τὸν μὲν ἐπὶ Παρθυαίους πόλεμον οὐδενὶ, ἔφη, ὑπὸ Καίσαρος ἐπιτετράφθαι· Κάσσιον δὲ τὸν Συρίας ἀξιωθέντα, αὐτὸν

quia ex senatusconsulto rata erant acta Cæsaris ac consilia, Antonius, in cujus manibus erant Cæsaris de consiliis suis Commentarii, et qui scribam quoque Cæsaris Faberium obsequentissimum sibi habebat; quandoquidem hujusmodi postulata Cæsar quoque ipse, abiturus ex Urbe, in arbitrium Antonii rejecerat; multa in multorum gratiam adjecit, civitatibus gratificans, dynastisque et ipsis illis suis custodibus ita quidem, ut omnia velut ex præscripto faceret Cæsaris, sed gratia soli haberetur Antonio. Pari ratione et in senatum multos allegit, et alia senatui est gratificatus, quo minus invidiosa apud eum esset suo custodia.

VI. Dum Antonius circa hæc satagit, Brutus Cassiusque, quod et veteranos et plebem parum pacato erga se cernerent animo, intelligerentque posse aliquem alium exoriri, qui insidias, quales prius Amatius, contra se strueret; solliciti quoque de inconstantia Antonii, militaribus copiis jam suffulti; quem eumdem suspectum habebant, quasi per eum staret, quominus efficaciter jam confirmari cœpisset status reipublicæ; Decimo Bruto maxime fidebant, in propinquo habenti tres legiones : simulque Trebonium in Asia et Tillium in Bithynia clam per literas monebant, ut occulte pecunias colligerent, et de exercitu dispicerent : ipsi vero quamprimum fieri posset, in acceptas a Cæsare provincias abire cupiebant. Sed quoniam id quidem per temporis rationem nondum licebat; indecorum rati, si ante magistratus exitum provincias ambitiose velle invadere viderentur, maluerunt privati reliquum anni alicubi extra Urbem agere, quam in Urbe jurisdictiones administrare, ubi nec securi essent, nec pro beneficii in patriam collati merito honorati. Quo Cassii Brutique intellecto consilio, senatus eos præfecit frumento undecunque in Urbem convehendo, donec adveniret tempus abeundi in provincias : quod ideo factum est, ne fugisse unquam Brutus Cassiusque viderentur. Tanta habebatur et salutis et existimationis eorum ratio; quandoquidem et propter hos potissimum senatus reliquis etiam ex percussoribus favebat.

VII. Sic prætoribus urbem egressis, Antonius jam solus rerum omnium potens, dispiciebat sibi de aliqua provincia cum exercitu. Et Syriæ quidem maxime cupidus erat; sed non ignorabat, et suspectum se jam esse, et magis etiam suspectum fore, si eam sibi dari peteret. Jamque subornatus illi a senatu erat adversarius Dolabella, collega ipsius, qui semper ab Antonio dissenserat. Itaque ipsi Dolabellæ, ut juveni, quem ambitiosum esse nosset, persuasit Antonius, ut ille sibi loco Cassii Syriam peteret provinciam, et exercitum contra Parthos conscriptum : peteret autem non a senatu, nec enim id licebat, sed rogatione apud populum. Et Dolabella lætus, nulla interposita mora, rogationem ad populum tulit. Senatu vero causante, eum discedere a decretis Cæsaris, respondit « Parthicum bellum nemini destinatum a Cæsare : cæterum Cassium, qui accepisset Syriam, ipsum prius mutasse illius decreta, dum

τι τῶν Καίσαρος πρότερον ἀλλάξαι, δόντα πωλεῖν τὰ κληρουχήματα τοῖς λαβοῦσι πρὸ τῶν νενομισμένων εἴκοσιν ἐτῶν· καὶ αὐτὸς δὲ αἰδεῖσθαι, Συρίας οὐκ ἀξιούμενος, Δολοβέλλας ὤν, πρὸ Κασσίου. Οἱ μὲν δὴ τῶν δημάρχων τινὰ Ἀσπρήναν ἔπεισαν, ἐν τῇ χειροτονίᾳ ψεύσασθαι περὶ διοσημείας· ἐλπίσαντές τι καὶ Ἀντώνιον συμπράξειν, ὕπατόν τε ὄντα, καὶ τῶν σημείων ἱερέα, καὶ διάφορον ἔτι νομιζόμενον εἶναι τῷ Δολοβέλλᾳ. Ὁ δ᾽ Ἀντώνιος, ἐπεὶ τῆς χειροτονίας οὔσης ὁ Ἀσπρήνας ἔφη, διοσημείαν ἀπαίσιον γεγονέναι, ἔθους ὄντος ἑτέρους ἐπὶ τοῦτο πέμπεσθαι, πάνυ χαλεψάμενος τῷ Ἀσπρήνᾳ τοῦ ψεύσματος, τὰς φυλὰς ἐκέλευε χειροτονεῖν περὶ τοῦ Δολοβέλλα.

VIII. Καὶ γίγνεται μὲν οὕτω Συρίας ἡγεμὼν Δολοβέλλας, καὶ στρατηγὸς τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Παρθυαίους, καὶ στρατιᾶς τῆς ἐς αὐτὸν ὑπὸ Καίσαρος κατειλεγμένης, ὅση τε περὶ Μακεδονίαν προεληλύθει, καὶ ὁ Ἀντώνιος τότε πρῶτον ἔγνωστο συμπράσσων τῷ Δολοβέλλᾳ. Γεγενημένων δὲ τῶνδε ἐν τῷ δήμῳ, τὴν βουλὴν ὁ Ἀντώνιος ᾔτει Μακεδονίαν· εὖ εἰδώς, ὅτι αἰδέσονται, μετὰ Συρίαν δοθεῖσαν Δολοβέλλᾳ, ἀντειπεῖν περὶ Μακεδονίας Ἀντωνίῳ, καὶ ταῦτα γυμνῆς στρατοῦ γενομένης. Καὶ ἔδοσαν μὲν ἄκοντες, καὶ ἐν θαύματι ἔχοντες, ὅπως τὸν ἐν αὐτῇ στρατὸν προμεθῆκεν ὁ Ἀντώνιος τῷ Δολοβέλλᾳ· ἠγάπων δὲ ὅμως, Δολοβέλλαν ἔχειν τὸν στρατὸν, Ἀντωνίου μᾶλλον. Ἐν καιρῷ δὲ αὐτοὶ τὸν Ἀντώνιον τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἀντῄτουν ἕτερα ἔθνη. Καὶ ἐδόθη Κυρήνη τε, καὶ Κρήτη· ὡς δ᾽ ἑτέροις δοκεῖ, τάδε μὲν ἀμφότερα Κασσίῳ, Βιθυνία δὲ Βρούτῳ. Τὰ μὲν δὴ γιγνόμενα ἐν Ῥώμῃ τοιάδε ἦν.

IX. Ὀκταούϊος δὲ ὁ τῆς ἀδελφῆς τοῦ Καίσαρος θυγατριδοῦς, ἵππαρχος μὲν αὐτοῦ Καίσαρος γεγένητο πρὸς ἓν ἔτος, ἐξ οὗ τήνδε τὴν τιμὴν ὁ Καῖσαρ ἐς τοὺς φίλους περιφέρων, ἐτήσιον ἔσθ᾽ ὅτε ἐποιεῖτο εἶναι. Μειράκιον δὲ ἔτι ὤν, ἐς Ἀπολλωνίαν τὴν ἐπὶ τοῦ Ἰονίου, παιδεύεσθαί τε καὶ ἀσκεῖσθαι τὰ πολέμια, ἐπέμπετο ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ὡς ἐς τοὺς πολεμίους ἑψόμενος αὐτῷ. Καὶ αὐτὸν ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ ἱππέων ἶλαι, παραλλὰξ ἐκ Μακεδονίας ἐπιοῦσαι, συνεγύμναζον· καὶ τῶν ἡγεμόνων τοῦ στρατοῦ τινες, ὡς συγγενεῖ Καίσαρος, θαμινὰ ἐπεφοίτων. Γνῶσίς τε ἐκ τούτων αὐτῷ καὶ εὔνοια παρὰ τοῦ στρατοῦ τις ἐγίγνετο, σὺν χάριτι δεξιουμένῳ πάντας. Ἕκτον δ᾽ ἔχοντι μῆνα ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ, ἀγγέλλεται περὶ ἑσπέραν ὁ Καῖσαρ ἀνῃρημένος ἐν τῷ βουλευτηρίῳ πρὸς τῶν φιλτάτων, καὶ παρ᾽ αὐτῷ δυνατωτάτων τότε μάλιστα. Τῶν δὲ λοιπῶν οὐδενὸς ἀπαγγελθέντος πω, δέος αὐτὸν ἐπεῖχε, καὶ ἄγνοια, εἴτε κοινὸν εἴη τῆς βουλῆς τὸ ἔργον, εἴτε καὶ τῶν ἐργασαμένων ἴδιον, καὶ εἰ δίκην ἤδη τοῖς πλείοσι δεδώκοιεν, ἢ καὶ τοῦδε εἶεν, ἢ καὶ τὸ πλῆθος αὐτοῖς συνήδοιτο;

X. Ἐφ᾽ οἷς οἱ φίλοι ἐκ Ῥώμης ὑπετίθεντο ταῦτα, ὥστε οἱ μὲν ἐς φυλακὴν τοῦ σώματος αὐτὸν ἠξίουν ἐπὶ τὸν ἐν Μακεδονίᾳ στρατὸν καταφυγεῖν, καὶ ὅτε μάθοι μὴ κοινὸν εἶναι τὸ ἔργον, ἐπιθαρρήσαντα τοῖς ἐχθροῖς

contra legem, permisisset colonis ante vigesimum annum portiones suas vendere : denique ad suam pertinere contumeliam, si Dolabellæ præferatur Cassius. » Tum senatus Asprenatem tribunum plebis subornavit, ut in comitiis obnunciaret malum augurium; sperabantque, adiutum se etiam iri ab Antonio, qui et consul et augur esset, et inimicus adhuc putabatur esse Dolabellæ. Institutis itaque comitiis, quum infaustum de cœlo signum obnunciasset Asprenas, qui pro suo magistratu ne jus quidem habebat de cœlo observandi, Antonius, vehementer iratus hominis mendacio, nihilominus jussit tribus ferre de Dolabella suffragia.

VIII. Sic Syria obvenit Dolabellæ provincia, simulque bellum Parthicum, et legiones ibi ad id collectæ a Cæsare, una cum his quæ in Macedoniam præcesserant. Ac tum demum apparuit favere Dolabellæ Antonium. His a populo impetratis, Antonius a senatu poposcit Macedoniam; bene gnarus, fore ut post concessam Dolabellæ Syriam pudeat eos pernegare sibi de Macedonia, denudata præsertim exercitu. Et obtinuit eam provinciam, ab invitis quidem, mirantibusque quod prius legiones, quæ ibi essent, concessisset Dolabellæ, penes quem tamen malebat senatus illum esse exercitum, quam penes Antonium. Per eam igitur occasionem ab Antonio senatus alias vicissim Cassio et Bruto provincias petebat : estque impetrata Cyrenaica atque Creta; vel, ut alii produnt, hæ ambæ Cassio, Bruto vero Bithynia. Atque hic tum erat rerum urbanarum status.

IX. Cæterum Octavius, Cæsaris ex sorore pronepos, magister equitum proavunculi unum in annum fuerat, posteaquam Cæsar eum magistratum, quo per plures amicos circumferretur, annuum interdum fecerat. Sed quod adolescentulus adhuc esset, Apolloniam, quæ Ionio mari imminet, missus est, ut literas simul et rem militarem disceret, expeditionum Cæsari comes futurus. Ad eumque alæ equitum ex Macedonia per vices commeabant, cum quibus exerceretur : et tribuni nonnulli præfectique sæpe eum conveniebant, ut cognatum Cæsaris : qui quum comiter omnes exciperet, non solum notus inde exercitui factus est, sed et benevolentiam ejusdem sibi conciliavit. Sexto autem mense postquam eo venerat, annunciatur ei circa vesperam, Cæsarem occisum esse in senatu ab amicissimis, et qui tum plurimum apud ipsum valuissent. Itaque quum de reliquis rebus nihil simul nunciaretur, expavit juvenis, quod nesciret, utrum de communi senatus voluntate, an paucorum audacia, id esset factum? et utrum pœnas jam populo dedissent interfectores, aut saltem eas timerent? an grati etiam essent multitudini?

X. Sic hæsitanti amici Romani suadebant, ut ad legiones in Macedoniam securitatis causa confugeret, et, ubi certior fieret privatum id esse maleficium, resumto adversus inimicos animo vindicaret necem Cæsaris. Nec deerant tri-

ἀμύνειν τῷ Καίσαρι· καὶ ἦσαν οἳ καὶ τῶν ἡγεμόνων αὐτὸν ἐλθόντα φυλάξειν ὑπεδέχοντο. Ἡ δὲ μήτηρ καὶ Φίλιππος, ὃς εἶχεν αὐτήν, ἀπὸ Ῥώμης ἔγραφον, μήτε ἐπαίρεσθαι, μήτε θαῤῥεῖν πω, μεμνημένον, οἷα Καῖσαρ ὁ παντὸς ἐχθροῦ κρατήσας ὑπὸ τῶν φιλτάτων μάλιστα πάθοι· τὰ δὲ ἰδιωτικώτερα, ὡς ἐν τοῖς παροῦσιν ἀκινδυνότερα, αἱρεῖσθαι μᾶλλον, καὶ πρὸς σφᾶς εἰς Ῥώμην ἐπείγεσθαι φυλασσόμενον. Οἷς Ὀκταούϊος ἐνδοὺς διὰ τὴν ἔτι ἄγνοιαν τῶν ἐπὶ τῷ θανάτῳ γενομένων, τοὺς ἡγεμόνας τοῦ στρατοῦ δεξιωσάμενος, διέπλει τὸν Ἰόνιον, οὐκ ἐς τὸ Βρεντέσιον (οὔπω γάρ τινα τοῦ ἐκεῖθι στρατοῦ πεῖραν εἰληφὼς, πάντα ἐφυλάσσετο), ἀλλ' ἐς ἑτέραν οὐ μακρὰν ἀπὸ τοῦ Βρεντεσίου πόλιν, ἐκτὸς οὖσαν ὁδοῦ, ᾗ ὄνομα Λουπίαι. Ἐνταῦθα οὖν ἐνηυλίσατο διατρίβων.

XI. Ὡς δέ οἱ τά τε ἀκριβέστερα περὶ τοῦ φόνου καὶ τοῦ δημοσίου πάθους, τῶν τε διαθηκῶν καὶ τῶν ἐψηφισμένων ἦλθε τὰ ἀντίγραφα· οἱ μὲν ἔτι μᾶλλον αὐτὸν ἠξίουν, τοὺς ἐχθροὺς Καίσαρος δεδιέναι, υἱόν τε αὐτοῦ καὶ κληρονόμον ὄντα· καὶ παρῄνουν, ἅμα τῷ κλήρῳ τὴν θέσιν ἀπείπασθαι. Ὁ δὲ καὶ ταῦτά οἱ, καὶ τὸ μὴ τιμωρεῖν αὐτὸν Καίσαρι, αἰσχρὸν ἡγούμενος, ἐς τὸ Βρεντέσιον ᾔει, προπέμψας καὶ διερευνησάμενος, μή τις ἐκ τῶν φονέων ἐγκαθέζοιτο ἐνέδρα. Ὡς δὲ αὐτῷ καὶ ὁ ἐνθάδε στρατὸς, οἷα Καίσαρος υἱὸν δεξιούμενος, ἀπήντα· θαῤῥήσας ἔθυε, καὶ εὐθὺς ὠνομάζετο Καῖσαρ· ἔθος γάρ τι Ῥωμαίοις, τοὺς θετοὺς τὰ τῶν θεμένων ὀνόματα ἐπιλαμβάνειν. Ὁ δὲ οὐκ ἐπέλαβεν, ἀλλὰ καὶ τὸ αὑτοῦ καὶ τὸ πατρῷον ὅλως ἐνήλλαξεν, ἀντὶ Ὀκταουΐου παιδὸς Ὀκταουΐου, Καῖσαρ εἶναι καὶ Καίσαρος υἱός· καὶ διετέλεσεν οὕτω χρώμενος. Εὐθύς τε ἐς αὐτὸν ἄθρουν καὶ πανταχόθεν, ὡς υἱὸν, πλῆθος ἀνθρώπων συνέθεον· οἱ μὲν ἐκ φιλίας Καίσαρος, οἱ δὲ ἐξελεύθεροι καὶ θεράποντες αὐτοῦ, καὶ ἕτεροι στρατιῶται σὺν αὐτοῖς, οἱ μὲν ἀποσκευὰς ἢ χρήματα φέροντες ἐς τὴν Μακεδονίαν, οἱ δὲ ἕτερα χρήματα καὶ φόρους ἐξ ἐθνῶν ἄλλων ἐς τὸ Βρεντέσιον.

XII. Ὁ δὲ καὶ τῷ πλήθει τῶν εἰς αὐτὸν ἀφικνουμένων, καὶ τῇ Καίσαρος αὐτοῦ δόξῃ τε καὶ τῇ πάντων ἐς ἐκεῖνον εὐνοίᾳ θαῤῥῶν, ὥδευεν ἐς Ῥώμην, σὺν ἀξιολόγῳ πλήθει, αὐξομένῳ μᾶλλον ἑκάστης ἡμέρας, οἷα χειμάῤῥῳ· φανερᾶς μὲν ἐπιβουλῆς ὢν ἀμείνων διὰ τὸ πλῆθος, ἐνέδρας δὲ δι' αὐτὸ καὶ μάλιστα ὑφορώμενος, ἀρτιγνώστων οἱ τῶν συνόντων σχεδὸν ὄντων ἁπάντων. Τὰ δὲ τῶν πόλεων, τῶν μὲν ἄλλων, οὐ πάντῃ πρὸς αὐτὸν ἦν ὁμαλά· οἱ δὲ τῷ Καίσαρι στρατευσάμενοί τε καὶ ἐς κληρουχίας διῃρημένοι, συνέτρεχον ἐκ τῶν ἀποικιῶν ἐπὶ χάριτι τοῦ μειρακίου, καὶ τὸν Καίσαρα ὠλοφύροντο, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐβλασφήμουν, οὐκ ἐπεξιόντα τηλικούτῳ μύσει· καὶ σφᾶς ἔλεγον, εἴ τις ἡγοῖτο, ἀμυνεῖν. Οὓς ὁ Καῖσαρ ἐπαινῶν, καὶ ἀνατιθέμενος ἐν τῷ παρόντι, ἀπέπεμπεν. Ὄντι δ' αὐτῷ περὶ Ταῤῥακίνας, ἀπὸ τετρακοσίων που Ῥώμης σταδίων, ἀγγέλλεται Κάσσιός τε καὶ Βροῦτος ἀφῃρημένοι πρὸς τῶν ὑπάτων Συρίαν

buni, qui ad tuendam ejus incolumitatem, si venire vellet, suam Octavio operam pollicerentur. Sed mater et vitricus Philippus ex Urbe illi scripserunt, ne nimis extolleretur hujusmodi pollicitis, neve quidquam tentaret audacius; memor, quo modo Cæsar, superatis omnibus inimicis, per familiarissimos maxime esset oppressus : tutius fore, si intra privatam conditionem ad tempus se contineat, et ocius ad urbem, non sine summa adhibita cautione, se conferat. His ille permotus, quod nondum cognovisset, quid cædem secutum sit, valere comiter jussis præfectis exercitus, Adriaticum trajecit; neque tamen Brundusium appulit (quippe, incertus de militum ejus loci voluntate, cavebat omnia), sed ad Lupias, aliud oppidum non longe inde remotum, et extra viam situm; ibique aliquantisper diversatus est.

XI. Deinde ubi accuratius et de cæde et dolore ob eam publico certior factus est Octavius, testamentique et senatusconsultorum post cædem Cæsaris factorum ad eum missa sunt exemplaria; tum vero necessarii ejus magis etiam timendos eidem censebant inimicos Cæsaris, quandoquidem et hæres ejus esset et filius : hortabanturque, ut cum hæreditate adoptionem recusaret. At ille, et hoc ipsum, et non ulcisci Cæsarem, turpissimum sibi ratus, Brundusium profectus est; præmissis qui scrutarentur, ne forte insidiæ quædam a percussoribus ibi laterent. Ut vero exercitum, qui ibi erat, sibi obviam venire vidit, et tamquam Cæsaris filium sese excipere, ad audendum confirmatus, sacra fecit, et protinus Cæsarem se nominavit. Est enim mos Romanis, assumere nomen patris adoptivi : at Octavius non tam nomen Cæsaris assumsit, quam suum patrisque nomen plane mutavit, ut pro Octavio, Octavii filio, nunc Cæsar, Cæsaris filius, nuncupari voluerit, et hoc nomine constanter ab illo tempore usus sit. Moxque ad eum, non secus quam ad Cæsaris filium, undique maximus concursus fuit, partim amicorum Cæsaris, partim libertorum atque mancipiorum, cum eisque militum etiam, vel qui apparatum et pecunias ferebant in Macedoniam, vel qui vectigalia pecuniamque aliam ex aliis provinciis exactam portabant Brundusium.

XII. Sic Octavius, cum multitudine hominum ad se confluentium, tum ipsius Cæsaris existimatione et gratia, qua illum apud omnes valere videbat, factus confidentior, ad Urbem iter fecit, cum haudquaquam contemnendo comitatu, in dies torrentis modo crescente : a vi quidem aperta jam tutus, propter eam quam circa se habebat frequentiam; sed ob hoc ipsum magis suspiciosus de clandestinis insidiis, ut in recenti familiaritate comitum fere omnium. Civitatum vero aliæ quidem non admodum æquo erga eum erant animo : sed veterani Cæsaris, qui per agros erant distributi, confluebant e coloniis in adolescentuli gratiam, deplorantes Cæsarem, Antonio contra maledicentes, qui tantum scelus inultum reliquisset : profitentesque, se ultores fore, modo daretur cujus auspiciis id facere possent. Quos Cæsar laudatos, et rem tantisper differre jussos, dimisit. Jamque prope Terracinam venerat, ad quinquagesimum ab Urbe lapidem, quum nunciaretur ei, consules ademisse Cassio Brutoque Syriam et Macedoniam,

καὶ Μακεδονίαν, καὶ ἐς παρηγορίαν βραχύτερα ἕτερα Κυρήνην καὶ Κρήτην ἀντειληφότες, φυγάδων τέ τινων κάθοδοι, καὶ Πομπηΐου μετάκλησις, καὶ ἀπὸ τῶν Καίσαρος ὑπομνημάτων ἔς τε τὴν βουλὴν ἐγγραφαί τινων καὶ ἕτερα πολλὰ γιγνόμενα.

XIII. Ὡς δ' ἐς τὴν πόλιν ἀφίκετο, ἡ μὲν μήτηρ αὖθις καὶ Φίλιππος, ὅσοι τε ἄλλοι κηδεμόνες ἦσαν αὐτοῦ, ἐδεδοίκεσαν τήν τε τῆς βουλῆς ἐς τὸν Καίσαρα ἀλλοτρίωσιν, καὶ τὸ δόγμα, Μὴ εἶναι δίκας ἐπὶ Καίσαρι φόνου, καὶ τὴν Ἀντωνίου τότε δυναστεύοντος ἐς αὐτὸν ὑπεροψίαν, οὔτε ἀφικομένου πρὸς τὸν Καίσαρος υἱὸν ἐλθόντα, οὔτε προσπέμψαντος αὐτῷ. Ὁ δὲ καὶ ταῦτ' ἐπράϋνεν· αὐτὸς ἀπαντήσειν ἐς τὸν Ἀντώνιον, εἰπὼν, οἷα νεώτερος ἐς πρεσβύτερον, καὶ ἰδιώτης ἐς ὕπατον, καὶ τὴν βουλὴν θεραπεύσειν τὰ εἰκότα. Καὶ τὸ δόγμα, ἔφη, γενέσθαι μηδενός πω τοὺς ἀνδροφόνους διώκοντος· ἀλλ' ὁπότε θαῤῥήσας τις διώκοι, καὶ τὸν δῆμον ἐπικουρήσειν καὶ τὴν βουλὴν ὡς ἐννόμῳ, καὶ τοὺς θεοὺς ὡς δικαίῳ, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἴσως. Εἰ δὲ καὶ τοῦ κλήρου καὶ τῆς θέσεως ὑπερίδοι, ἔς τε τὸν Καίσαρα ἁμαρτήσεσθαι, καὶ τὸν δῆμον ἀδικήσειν εἰς τὴν διανομήν. Ἀπεῤῥήγνυ τε λήγων τοῦ λόγου, ὅτι μὴ κινδυνεύειν οἱ καλὸν εἴη μόνον, ἀλλὰ καὶ θνήσκειν, εἰ προκριθεὶς ἐκ πάντων εἰς τοσαῦτα ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ἀντάξιος αὐτοῦ φαίνοιτο φιλοκινδυνοτάτου γεγονότος. Τά τε τοῦ Ἀχιλλέως, ὑπόγυά οἱ τότε ὄντα μάλιστα, ἐς τὴν μητέρα, ὥσπερ ἐς τὴν Θέτιν, ἐπιστρεφόμενος, ἔλεγεν·

> Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ
> κτεινομένῳ ἐπαμύνειν.

Καὶ τόδε εἰπὼν, Ἀχιλλεῖ μὲν, ἔφη, κόσμον ἀθάνατον ἐκ πάντων εἶναι τοῦτο τὸ ἔπος, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ μάλιστα. Αὐτὸς δ' ἀνεκάλει τὸν Καίσαρα οὐχ ἑταῖρον, ἀλλὰ πατέρα, οὐδὲ συστρατιώτην, ἀλλ' αὐτοκράτορα, οὐδὲ πολέμου νόμῳ πεσόντα, ἀλλ' ἀθεμίστως ἐν βουλευτηρίῳ κατακοπέντα.

XIV. Ἐφ' οἷς αὐτὸν ἡ μήτηρ, ἐς ἡδονὴν ἐκ τοῦ δέους ὑπαχθεῖσα, ἠσπάζετο ὡς μόνον ἄξιον Καίσαρος· καὶ λέγειν ἔτι ἐπισχοῦσα, ἐπέσπερχεν ἐς τὰ ἐγνωσμένα σὺν τῇ τύχῃ. Παρῄνει γε μὴν, ἔτι τέχνῃ καὶ ἀνεξικακίᾳ μᾶλλον, ἢ φανερᾷ θρασύτητί πω χρῆσθαι. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπαινέσας, καὶ πράξειν ὑποσχόμενος οὕτως, αὐτίκα τῆς ἑσπέρας ἐς τοὺς φίλους περιέπεμπεν, ἐς ἕω συγκαλῶν ἕκαστον ἐς τὴν ἀγορὰν μετὰ πλήθους. Ἔνθα Γάϊον Ἀντώνιον, τὸν ἀδελφὸν Ἀντωνίου, στρατηγοῦντα τῆς πόλεως, ὑπαντιάσας, ἔφη· δέχεσθαι τὴν θέσιν τοῦ Καίσαρος. Ἔθος γάρ τι Ῥωμαίοις, τοὺς θετοὺς ἐπὶ μάρτυσι γίγνεσθαι τοῖς στρατηγοῖς. Ἀπογραψαμένων δὲ τῶν δημοσίων τὸ ῥῆμα, εὐθὺς ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἐς τὸν Ἀντώνιον ἐχώρει. Ὁ δὲ ἦν ἐν κήποις, οὓς ὁ Καῖσαρ αὐτῷ δεδώρητο, Πομπηΐου γενομένους. Διατριβῆς δὲ ἀμφὶ τὰς θύρας πλείονος γενομένης, ὁ μὲν Καῖσαρ καὶ τάδε ἐς ὑποψίαν Ἀντωνίου τῆς ἀλλοτριώσεως ἐτίθετο.

pro quibus concessas eis in solamen alias minores provincias, Cyrenaicam et Cretam insulam; revocatosque in Urbem esse exules quosdam, et accitum Pompeium; tum ex commentariis Cæsaris allectos nonnullos in senatum, multaque alia interim gesta.

XIII. Postquam autem in Urbem pervenit, rursus matrem ejus et Philippum cæterosque tutores sollicitos habuit alienatio senatus a Cæsare, et senatusconsultum per quod percussores ejus non amplius erant obnoxii judicio, et Antonii tum præpotentis superbia, qui nec ipse filium Cæsaris salutatum venisset, nec suorum quemquam ad eum misisset. Ipse vero Octavius hanc illorum indignationem sedabat : « Iturum se, dicens, ad Antonium, quemadmodum deceret juniorem ire ad seniorem, et privatum hominem ad consulem : et senatui quoque se exhibiturum debita obsequia. » His adjiciebat : « Senatusconsultum illud conditum esse, quum nemo adhuc exstitisset accusator homicidii : quod si quis accusationem susceperit, ei nec populum nec senatum defore, quippe legibus agenti, nec deos, quippe justissimam habenti causam, ac fortasse nec ipsum Antonium. Se vero, si et hæreditatem Cæsaris et adoptionem velit contemnere, illud cum injuria tam Cæsaris facturum quam Romani populi, cui ex legato viritim debeatur pecunia. » Priusquam dicendi finem fecit, concitatiori vocis impetu, Non solum conveniens esse sibi, dictitabat, adire periculum; sed satius emori etiam, si, postquam in tantum a Cæsare prælatus sit omnibus, dignus videri vellet judicio ejus, qui nullo umquam territus fuerit periculo. Et, ad matrem conversus, Achillis illa ad Thetidem verba, quæ tum ex recenti lectione ei succurrebant, pronunciavit :

> Dispeream, cæsi ni jam fuero ultor amici !

Et « Hoc Achillis dictum, ait, factumque maxime, quo verbis effectum dedit, immortalem præ cæteris omnibus rebus gloriam Achilli conciliavit. Mihi vero Cæsar non amicus, sed pater fuit; non commilito, sed imperator : neque vero belli jure interemtus est, sed in senatu oppressus conspiratione nefaria ! »

XIV. Tum vero mater Octavii, metu in gaudium verso, complexa juvenem est, ut solum dignum Cæsare : et non ultra efferri sermone passa, hortari cœpit, ut exsequeretur decreta diis juvantibus. Monuit tamen, ut adhuc arte potius tolerantiaque uteretur, quam aperta audacia. Laudavit Cæsar consilium, et facturum se ita pollicitus est : protinusque eadem vespera circummisit ad amicos, jussitque universos mane sibi præsto esse in foro cum comitatu idoneo. Ibi Caium Antonium, Marci fratrem, prætorem urbanum, accedens, ait, se adoptionem accipere. Qui mos Romanus est, adoptioni auctoritatem prætoris interponere. Illo verbo per scribas in publica acta relato; statim e foro Antonium juvenis Cæsar adiit. Erat is in hortis Pompeianis, quos a C. Cæsare dono acceperat. Ibi remoratus tunc paulo diutius Cæsar in vestibulo, hoc quoque ut signum alienati Antonii animi interpretatus est : Tandem

Εἰσκληθέντος δέ ποτε, ἦσαν προσαγορεύσεις τε, καὶ περὶ ἀλλήλων πύσματα εἰκότα. Ὡς δὲ ἤδη λέγειν ἔδει περὶ ὧν ἦσαν ἐν χρείᾳ, ὁ Καῖσαρ εἶπεν·

XV. « Ἐγὼ δὲ, πάτερ Ἀντώνιε (πατέρα γὰρ εἶναι σέ μοι δικαιοῦσιν αἵ τε Καίσαρος ἐς σὲ εὐεργεσίαι, καὶ ἡ σὴ πρὸς ἐκεῖνον χάρις), τῶν σοὶ πεπραγμένων ἐπ' ἐκείνῳ τὰ μὲν ἐπαινῶ, καὶ χάριν αὐτῶν ὀφλήσω· τὰ δ' ἐπιμέμφομαι. Καὶ λελέξεται μετὰ παῤῥησίας, ἐς ἣν ἡ λύπη με προάγει. Κτεινομένῳ μὲν οὐ παρῆς, τῶν φονέων σε περισπασάντων περὶ θύρας, ἐπεὶ περιέσωζες ἂν αὐτὸν, ἢ συνεκινδύνευες ὅμοια παθεῖν· ὧν εἰ θάτερον ἔμελλεν ἔσεσθαι, καλῶς, ὅτι μὴ παρῆς. Ψηφιζομένων δέ τινων αὐτοῖς ὡς ἐπὶ τυράννῳ γέρα, ἀντεῖπας ἐγκρατῶς. Καὶ τοῦδέ σοι χάριν οἶδα λαμπράν· εἰ καὶ τοὺς ἄνδρας ἔγνως συνανελεῖν σε βεβουλευμένους, οὐχ, ὡς ἡμεῖς ἡγούμεθα, τιμωρὸν ἐσόμενον Καίσαρι, ἀλλ', ὡς αὐτοὶ λέγουσι, τῆς τυραννίδος διάδοχον. Ἅμα δ' οὐκ ἦσαν ἐκεῖνοι τυραννοκτόνοι, εἰ μὴ καὶ φονεῖς ἦσαν· διὸ καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον συνέφυγον, ὡς ἐς ἱερὸν ἁμαρτόντες ἱκέται, ἢ ὡς ἐς ἀκρόπολιν ἐχθροί. Πόθεν οὖν αὐτοῖς ἀμνηστία καὶ τὸ ἀνεύθυνον τοῦ φόνου, ἢ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου εἴ τινες ἐφθάρατο ὑπ' ἐκείνων; Καὶ σὲ τὸ τῶν πλεόνων ὁρᾷν ἐχρῆν, ὕπατον ὄντα· ἀλλὰ καὶ θάτερα βουλομένῳ σοι ἡ ἀρχὴ συνελάμβανε, τιμωρουμένῳ τηλικοῦτον ἄγος, καὶ τοὺς πλανωμένους μεταδιδάσκοντι. Σὺ δὲ καὶ ὅμηρα τῆς ἀδείας, οἰκεῖα αὐτοῦ σου, τοῖς ἀνδροφόνοις ἔπεμψας ἐς τὸ Καπιτώλιον. Ἀλλ' ἔστων καὶ ταῦτα οἱ διεφθαρμένοι σε βιάσασθαι. Ὅτε μέντοι τῶν διαθηκῶν ἀναγνωσθεισῶν, καὶ αὐτοῦ σου δίκαιον ἐπιτάφιον εἰπόντος, ὁ δῆμος ἐν ἀκριβεῖ Καίσαρος μνήμῃ γενόμενοι, πῦρ ἐπ' αὐτοὺς ἔφερον, καὶ φεισάμενοι χάριν τῶν γειτόνων, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἥξειν ἐπὶ ὅπλα συνέθεντο· πῶς οὐχὶ τῷ δήμῳ συνέπραξας, καὶ ἐστρατήγησας τοῦ πυρὸς, ἢ τῶν ὅπλων; ἢ δίκην γε τοῖς ἀνδροφόνοις ἐπέγραψας (εἰ δίκης ἔδει κατὰ αὐτοφώρων), καὶ φίλος ὢν Καίσαρι, καὶ ὕπατος καὶ Ἀντώνιος;

XVI. Ἀλλὰ Μάριος μὲν ἐξ ἐπιτάγματος ἀνῃρέθη, κατὰ τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος· ἀνδροφόνους δὲ ἐκφυγεῖν ὑπερεῖδες, καὶ ἐς ἡγεμονίας ἐνίους διαδραμεῖν, ἃς ἀθεμίστως ἔχουσι τὸν δόντα ἀνελόντες. Συρίαν μὲν δὴ καὶ Μακεδονίαν, εὖ ποιοῦντες οἱ ὕπατοι, σὺ καὶ Δολοβέλλας, καθισταμένων ἄρτι τῶν πραγμάτων, περιεσπάσατε ἐς ἑαυτούς. Καὶ τοῦδέ σοι χάριν ᾔδειν ἂν, εἰ μὴ αὐτίκα Κυρήνην καὶ Κρήτην αὐτοῖς ἐψηφίσασθε, καὶ φυγάδας ἠξιώσατε ἡγεμονίαις ἀεὶ κατ' ἐμοῦ δορυφορεῖσθαι, Δέκμον τε τὴν ἐγγὺς Κελτικὴν ὑπερορᾶτε ἔχοντα, καὶ τόνδε τοῖς ἄλλοις ὁμοίως αὐθέντην τοὐμοῦ πατρὸς γενόμενον. Ἀλλὰ καὶ τάδε τὴν βουλὴν ἐρεῖ τις ἐγνωκέναι. Σὺ δ' ἐπεψήφιζες, καὶ προὐκάθησο τῆς βουλῆς, ᾧ μάλιστα πάντων ἥρμοζε διὰ σαυτὸν ἀντειπεῖν. Τὸ γὰρ ἀμνηστίαν δοῦναι, τὴν σωτηρίαν ἦν ἐκείνοις χαριζομένων μόνον· τὸ δὲ ἡγεμονίας αὖθις ψηφίζεσθαι καὶ γέρα, ὑβριζόντων Καίσαρα, καὶ τὴν σὴν γνώμην ἀκυρούντων. Ἐπὶ τάδε με δὴ τὸ πάθος ἐξήνεγκε, παρὰ τὸ ἁρμόζον

admissus, post mutuas salutationes percontationesque in hujusmodi congressu consentaneas de rebus utriusque, quum jam dicendum esset de his quæ præsens usus postulabat, Cæsar sic locutus est:

XV. « Ego, pater Antoni (sic enim te appellare fas est, cum ob Cæsaris erga te merita, tum ob tuam adversus illum mutuam gratiam), quæ post illius obitum egisti, ea partim laudo, habiturus semper tibi gratiam, partim incuso: ac de his quoque libera voce, quam mihi exprimit dolor meus, dicam. Dum interficeretur, non aderas, ab homicidis circa fores detentus: alioquin aut servasses eum, aut in idem incidisses periculum: quarum rerum si altera erat secutura, bene factum, quod non aderas. Deinde quum quidam conarentur sicariis præmia, tamquam tyrannicidis, decernere, contradixisti constanter. Et hoc nomine gratias tibi habeo maximas; quamquam tu quidem noveras, illos decrevisse te simul tollere, non quidem ut ultorem Cæsaris, quod nos opinamur, sed, ut ipsi dicunt, ne superesset successor tyrannidis. Simul tamen et ipsi testatum fecerunt, sicarios se, non tyrannicidas, esse, dum in Capitolium refugerunt, sive ut supplices, religione loci crimen protecturi suum; sive tamquam hostes, arcem occupaturi. Quonam igitur pacto oblivionem ejus sceleris impetrarunt, et securitatem a judiciis, nisi largitionibus corrupta senatus aliqua parte atque populi? Atqui tu, consul quum esses, debueras videre quid prodesset pluribus: atque etiam, si contra plures fuerat tibi enitendum, in ipsa potestate consulari momentum erat maximum, ad scelus tam nefarium vindicandum, et ad deceptos in meliorem viam reducendos. Tu vero impunitatis obsides etiam, et ex tuis quidem domesticis, misisti homicidis in Capitolium. Esto, vel ad hoc quoque vi adegerint te mercenarii! At postquam, recitato testamento, et oratione funebri a te pro merito dicta, populus recenti etiam tum memoria Cæsaris percitus, cum facibus ad ædes eorum accurrit, et, viciniæ tum quidem parcens, redire eodem in posterum diem cum armis constituerat; cur tunc non adjuvisti populum? cur non faces aut arma in sicarios inferentibus ducem te præbuisti? Aut cur non ex lege (siquidem judicio opus erat adversus convictos et in ipso crimine deprehensos) homicidii reos fecisti? quum et amicus Cæsaris, et consul esses, et Antonius?

XVI. « Jam Marium quidem pro potestate jussisti necari: sicarios autem dissimulanter passus es evadere; nonnullos etiam fugere in provincias, quas nunc contra jus fasque tenent, interfectores ejus a quo illas acceperant. Nam quod Syriam et Macedoniam consules, tu et Dolabella, rebus his jam ita ordinatis, illis rursus eripuistis, bene quidem factum est: haberemque gratiam, nisi mox Cyrenen et Cretam eisdem decrevissetis, et præfecturis provinciarum dignati essetis exules, quo munitiores posthac contra me fierent, Decimumque obtinere citeriorem Galliam sivissetis, qui et ipse ex eorum numero est, qui patrem meum obtruncarunt. Dicat aliquis, id quoque ex senatusconsulto esse factum. At te approbante factum est, te senatus præside: qui unus omnium maxime, vel tui causa, reclamare debueras. Nam impunitatem illis dare, erat salutem ex gratia concedentium: sed provincias eisdem et præmia decernere, hominum erat cum injuria Cæsaris tuam quoque sententiam irritam facientium. Hæc ut præter decorum fortasse ætatis, et

ἴσως ἐμοὶ τῆς τε ἡλικίας καὶ τῆς πρὸς σὲ αἰδοῦς. Εἴρηται δ' ὅμως ἐς ἀκριβέστερον φίλον Καίσαρι, καὶ πλείστης ὑπ' ἐκείνου τιμῆς καὶ δυνάμεως ἠξιωμένον, καὶ τάχα ἂν αὐτῷ καὶ θετὸν γενόμενον, εἰ ᾔδει σε δεξόμενον Αἰνεάδην ἀντὶ Ἡρακλείδου γενέσθαι· τοῦτο γὰρ αὐτὸν ἐνδοιάσαι, πολὺν τῆς διαδοχῆς λόγον ποιούμενον.

XVII. Ἐς δὲ τὸ μέλλον, ὦ Ἀντώνιε, πρὸς θεῶν τε φιλίων καὶ πρὸς αὐτοῦ σοι Καίσαρος, εἰ μέν τι καὶ τῶν γεγονότων μεταθέσθαι θέλεις· δύνασαι γὰρ εἰ θέλεις· εἰ δὲ μή, τά γε λοιπὰ τοὺς φονέας ἀμυνομένῳ μοι μετὰ τοῦ δήμου καὶ τῶνδε τῶν ἔτι μοι πατρικῶν φίλων συνίστασθαι καὶ συνεργεῖν· εἰ δέ σε τῶν ἀνδρῶν τις ἢ τῆς βουλῆς αἰδὼς ἔχει, μὴ ἐπιβαρεῖν. Καὶ τάδε μὲν ἀμφὶ τούτων. Οἶσθα δ' ὅπως ἔχει μοι καὶ τὰ οἴκοι, δαπάνης τε ἐς τὴν διανομὴν ἣν ὁ πατὴρ ἐκέλευσε τῷ δήμῳ δοθῆναι, καὶ ἐπείξεως ἐς αὐτήν, ἵνα μὴ βραδύνων ἀχάριστος εἶναι δοκοίην, μηδ', ὅσοι καταλεχθέντες εἰς τὰς ἀποικίας ἐπιμένουσι τῇ πόλει, δι' ἐμὲ τρίβοιντο. Ὅσα δὴ τῶν Καίσαρος εὐθέως ἐπὶ τῷ φόνῳ πρὸς σὲ μετενήνεκται, ὡς ἐπ' ἀσφαλὲς ἐξ ἐπικινδύνου τότε οἰκίας, τὰ μὲν κειμήλια αὐτῶν καὶ τὸν ἄλλον ἅπαντα κόσμον ἔχειν ἀξιῶ σε, καὶ ὅσα ἂν ἐθέλῃς ἄλλα, παρ' ἡμῶν ἐπιλαβεῖν. Ἐς δὲ τὴν διανομὴν ἀποδοῦναί μοι τὸ χρυσίον τὸ ἐπίσημον, ὃ συνηθροίκει μὲν ἐς τοὺς πολέμους ἐκεῖνος οὓς ἐπενόει, ἀρκέσει δ' ἐμοὶ νῦν εἰς τριάκοντα μυριάδας ἀνδρῶν μεριζόμενον. Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς δαπάνης, εἰ μὲν θαῤῥήσαιμί σοι, παρὰ σοῦ ἂν ἴσως, ἢ διὰ σοῦ δανεισαίμην ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων, ἂν διδῷς· διαπεπράσεται δὲ αὐτίκα καὶ ἡ οὐσία. »

XVIII. Τοιαῦτα τοῦ Καίσαρος εἰπόντος, ὁ Ἀντώνιος κατεπλάγη τῆς τε παῤῥησίας καὶ τῆς εὐτολμίας, παρὰ δόξαν οἱ πολλῆς καὶ παρ' ἡλικίαν φανείσης. Χαλεψάμενος δὲ τοῖς τε λόγοις, οὐχ ὅσον ἔδει τὸ πρέπον ἐς αὐτὸν ἐσχηκόσι, καὶ μάλιστα τῶν χρημάτων τῇ ἀπαιτήσει, αὐστηρότερον αὐτὸν ὧδε ἠμείψατο· « Εἰ μὲν ὁ Καῖσαρ σοὶ μετὰ κλήρου καὶ τῆς ἐπωνυμίας, ὦ παῖ, καὶ τὴν ἡγεμονίαν κατέλιπεν, εἰκός σε τῶν κοινῶν τοὺς λογισμοὺς αἰτεῖν, κἀμὲ ὑπέχειν. Εἰ δὲ οὐδενί πω Ῥωμαῖοι τὴν ἡγεμονίαν ἔδοσαν ἐκ διαδοχῆς, οὐδὲ τῶν βασιλέων, οὓς ἐκβαλόντες ἐπώμοσαν μηδ' ἄλλων ἔτι ἀνέξεσθαι (ὃ καὶ τῷ πατρί σου μάλιστα οἱ φονεῖς ἐπιλέγοντες, φασὶν ἀνελεῖν αὐτὸν, βασιλιζόμενον, οὐχ ἡγούμενον ἔτι)· ἐμοὶ μὲν οὐδ' ἀποκρίσεως δεῖ πρὸς σὲ περὶ τῶν κοινῶν. Τῷ δ' αὐτῷ λόγῳ καί σε κουφίζω, μὴ χάριν ὀφείλειν ἡμῖν ἐπ' αὐτοῖς. Ἐπράσσετο γὰρ οὐ σοῦ χάριν, ἀλλὰ τοῦ δήμου, πλὴν ἑνὸς τοῦ μεγίστου δὴ μάλιστα πάντων ἔς τε Καίσαρα καὶ σὲ ἔργου. Εἰ γὰρ, τοῦ κατ' ἐμαυτὸν ἕνεκα ἀδεοῦς καὶ ἀνεπιφθόνου, περιεῖδον ἐγὼ τιμὰς ψηφιζομένας τοῖς φονεῦσιν ὡς τυραννοκτόνοις, τύραννος ὁ Καῖσαρ ἐγίγνετο· ᾧ μήτε δόξης, μήτε τιμῆς τινος, ἢ τῶν ἐγνωσμένων βεβαιώσεως ἔτι μετῆν· οὐ διαθήκας εἶχεν ἄν, οὐ παῖδα, οὐκ οὐσίαν, οὐκ αὐτὸ τὸ σῶμα ταφῆς ἀξιούμενον, οὐδὲ ἰδιώτου. Ἄταφα γὰρ οἱ νόμοι τὰ σώματα τῶν τυράννων ὑπερο-

præter reverentiam eam qua te persequor, loquerer, dolor me compulit. Neque pœnitet tamen, locutum me apud amicissimum Cæsaris, et auctum ab eo honoribus summis summaque potentia, et fortasse jam filium etiam adoptivum futurum, si scivisset ille, æquo te animo ex Heraclidarum gente transiturum ad Æneadas : id enim scio dubitationem ei injecisse, multum de te designando successore cogitanti.

XVII. « Quod superest, Antoni, per deos te, amicitiæ præsides, perque ipsum Cæsarem, obtestor, ut ex anteactis nonnulla in melius mutare velis! Potes enim, si adsit voluntas. Sin minus, saltem in posterum me, patris interfectores persequentem, favente populo et his quos vides in paterna perseverantes amicitia, tu quoque adjutes. Denique quod si aut ipsos illos percussores aut senatum vereris, ne mihi saltem, id agenti, gravis esse velis. Et hæc quidem hactenus. Cæterum domi quo loco sint res meæ, non ignoras. Quandoquidem reddenda est populo legata pecunia, idque primo quoque tempore, ne, si cuncter, ingratus esse videar; neve ii, qui in colonias deducendi sunt, propter me diutius in urbe morentur. Ex rebus igitur Cæsaris, statim post ejus cædem in domum tuam ut tutiorem translatis, pretiosiora quæque et ad ornatum pertinentia volo esse tua, et si quid insuper a nobis habere cupis. Cæterum ad persolvenda populo legata, des mihi velim aurum omne signatum, quod ad bella, quæ parabat, ille collegerat : quod ipsum sufficiet mihi ad distribuendum inter trecenta hominum millia. Reliquum sumtuum faciendorum a te fortasse mutuo peterem, si auderem; aut te fidejussore sumerem ad usuram ex ærario, si concederes. Bona autem etiam divendam continuo. »

XVIII. Quæ verba postquam fecit Cæsar, obstupuit Antonius inexspectatam juvenis in dicendo libertatem et audaciam; et offensus, quasi parum reverenter ab eo compellatus, maxime vero ob repetitam pecuniam, durius ei in hunc modum respondit : « Si Cæsar tibi, mi fili, cum hæreditate et nomine imperium quoque reliquit, æquum est, reipublicæ administratæ rationem et te poscere, et me reddere. Quod si vero nemini umquam populus Romanus principatum dedit ex successione, ne ulli ex regibus quidem, quibus pulsis, jurejurando se obstrinxit, non passurum quemquam regnare in posterum, (id quod maxime patri tuo percussores objicientes, regem, aiunt, a se interfectum, non amplius reipublicæ præsidem); ne opus quidem est, a me tibi responderi de actis publicis. Pari ratione te hoc etiam onere levo, ne mihi gratiam ullam eorum nomine debeas : quando non in tuam gratiam, sed populi, ea feci, uno excepto, quo vel maximum omnium et in Cæsarem et in te meritum continetur. Nam si, meæ securitatis causa, et ad vitandam invidiam, dissimulanter passus fuissem præmia decerni percussoribus, tamquam tyrannicidis, tyrannus futurus fuerat Cæsar, cui nec gloria nec honor, nec actorum confirmatio deberetur; non testamentum haberet, non filium, non bona, ne corpus quidem vel privata sepultura honoratum; leges enim cor-

ρίζουσι, καὶ τὴν μνήμην ἀτιμοῦσι, καὶ δημεύουσι τὴν περιουσίαν.

XIX. Ὧν ἐγὼ δεδιὼς ἕκαστον, ὑπερηγωνιζόμην Καίσαρος, ἀθανάτου τε δόξης καὶ δημοσίας ταφῆς, οὐκ ἀκινδύνως οὐδ' ἀνεπιφθόνως ἐμαυτῷ, τυχεῖν, πρός τε ἄνδρας ταχυεργεῖς καὶ φόνου πλήρεις, καὶ, ὡς ἔμαθες, ἤδη καὶ ἐπ' ἐμὲ συνωμοσμένους, πρός τε τὴν βουλὴν ἀχθομένην σου τῷ πατρὶ τῆς ἀρχῆς. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα κινδυνεύειν, καὶ παθεῖν ὁτιοῦν, ᾑρούμην ἑκὼν μᾶλλον, ἢ ἄταφον καὶ ἄτιμον γιγνόμενον περιιδεῖν Καίσαρα, ἄριστον ἀνδρῶν τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ εὐτυχέστατον ἐς τὰ πλεῖστα, καὶ ἀξιοτιμότατον ἐκ πάντων ἐμοὶ γενόμενον. Τοῖς δ' αὐτοῖς μου τοῖσδε κινδύνοις, καὶ σὺ τὰ νῦν σοι παρόντα λαμπρὰ τῶν Καίσαρος ἔχεις, γένος, ὄνομα, ἀξίωμα, περιουσίαν. Ὧν σε δικαιότερον ἦν ἐμοὶ χάριν εἰδέναι μᾶλλον, ἢ τὰ ἐκλειφθέντα εἰς τὴν τῆς βουλῆς παρηγορίαν, ἢ ἐς ἀντίδοσιν τῶνδε ὧν ἔχρηζον, ἢ κατ' ἄλλας χρείας ἢ λογισμοὺς, ἐπιμέμφεσθαι, πρεσβυτέρῳ νεώτερον ὄντα. Καὶ τάδε μὲν ἀρκέσει σοι περὶ τῶνδε εἰρῆσθαι. Ἐνσημαίνῃ δὲ καὶ τῆς ἡγεμονίας με ἐπιθυμεῖν, οὐκ ἐπιθυμοῦντα μὲν, οὐκ ἀπάξιον δὲ ἡγούμενον εἶναι· καὶ ἄχθεσθαι μὴ τυχόντα τῶν διαθηκῶν τῶν Καίσαρος, ὁμολογῶν μοι καὶ τὸ τῶν Ἡρακλειδῶν γένος ἀρκεῖν.

XX. Περὶ δὲ τῶν σῶν χρειῶν, ἐθέλοντα μέν σε ἐκ τῶν δημοσίων δανείσασθαι, ἡγούμην ἂν εἰρωνείαν λέγειν· εἰ μὴ πιθανὸν ἦν, ἔτι ἀγνοεῖν σε, κενὰ πρὸς τοῦ πατρὸς ἀπολελεῖφθαι τὰ κοινὰ ταμιεῖα· τῶν προσόδων, ἐξ οὗ παρῆλθεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ἐς αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ταμιείου συμφερομένων· καὶ εὑρεθησομένων αὐτίκα ἐν τῇ Καίσαρος περιουσίᾳ, ὅταν αὐτὰ ζητεῖν ψηφισώμεθα. Ἄδικον γὰρ οὐδὲν τοῦτο ἐς τὸν Καίσαρα ἔσται, τεθνεῶτά τε ἤδη, καὶ οὐκ ἂν εἰπόντα ἄδικον εἶναι, εἰ καὶ ζῶν ᾐτεῖτο τοὺς λογισμούς. Ἐπεὶ καὶ τῶν ἰδιωτῶν πολλοῖς ἀμφισβητοῦσί σοι καθ' ἕνα τῆς οὐσίας, οὐκ ἀδήριτον αὐτὴν ἔχων γνώσῃ. Τῶν δὲ μετενεχθέντων πρός με χρημάτων οὔτε τὸ πλῆθός ἐστιν ὅσον εἰκάζεις, οὔτε τι νῦν ἐστι παρ' ἐμοί· πάντα τῶν ἐν ἀρχαῖς καὶ δυνάμει, πλὴν Δολοβέλλα καὶ τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν, νειμαμένων μὲν εὐθὺς ὡς τυράννου, δι' ἐμὲ δὲ μεταθέντων ἐς χάριν τῶν ὑπὲρ Καίσαρος ἐψηφισμένων. Ἐπεὶ καὶ σὺ τὰ λοιπὰ φέρων οἴσεις, ἀντὶ τοῦ δήμου, τοῖς δυσχεραίνουσιν, ἂν σωφρονῇς. Οἳ μὲν γὰρ ἐκπέμψουσιν, ἂν συμφρονῶσι, τὸν δῆμον ἐπὶ τὰς ἀποικίας. Ὁ δὲ ΔΗΜΟΣ ἐστιν, ὥσπερ καὶ σὺ τῶν Ἑλληνικῶν ἀρτιδίδακτος ὢν ἔμαθες, ἀστάθμητον, ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ κῦμα κινούμενον· ὁ μὲν ἦλθεν, ὁ δ' ἀπῆλθεν. Ὧ λόγῳ καὶ τῶν ἡμετέρων ἀεὶ τοὺς δημοκόπους ὁ δῆμος, ἐπὶ πλεῖστον ἐξάρας, ἐς γόνυ ἔρριψε.

XXI. Τούτων τοῖς πολλοῖς δυσχεράνας ὁ Καῖσαρ ἐς ὕβριν εἰρημένοις, ἀπεχώρει, τὸν πατέρα ἀνακαλῶν θαμινὰ ἐξ ὀνόματος· καὶ τὴν οὐσίαν ἐς πρᾶσιν αὐτίκα προὐτίθει πᾶσαν, ὅση κατὰ τὸν κλῆρον ἐγίγνετο αὐτοῦ, προτρέπων ἐπικουρεῖν οἱ τὸν δῆμον. Ἐκ τῆσδε δὲ τῆς

pora tyrannorum insepulta extra fines projiciunt, memoriam abolent, bona publicant.

XIX. « Quæ ego singula timens, suscepi contentionem pro Cæsare, ut immortalem gloriam et sepulturam publicam consequeretur; neque vel periculum veritus sum, vel invidiam, quamvis mihi res esset tam cum viris temerariis et cruentis, qui, ut scis, jam et in me conspiraverant, quam cum senatu male erga tuum patrem animato propter usurpatum ab eo imperium. Malui tamen et hoc periculum subire, et quidvis ultro pati potius, quam permittere ut honore sepulturæ careret Cæsar, vir ætate sua præstantissimus, et tantum non in omnibus rebus felicissimus, mihique longe omnium maximi faciendus. Quæ quidem eadem mea pericula tibi quoque præsentem splendorem omnem, quem es a Cæsare consecutus, pepererunt, genus, nomen, dignitatem, facultates. Pro quibus omnibus æquum erat, te mihi gratias habere potius, quam, si quid ad deliniendum senatum, aut ad compensandum id quod ille mihi concessit, prætermissum est, aut alia quapiam necessaria ratione vel consilio factum, illud jam exprobrare, adolescentulum præsertim seniori. Sed hæc quidem hactenus. Quod vero subindicas, me principatum cupere, equidem, ut eum non affecto, ita non indignum me illo judico. Dolere te autem, quod ais, me non ex testamento insertum familiæ esse Cæsaris, id quale sit, nil attinet dicere, quum ipse fatearis, mihi præplacere Heraclidarum genus.

XX. « Quod vero in tuos usus dixisti te velle pecuniam ex publico mutuo sumere, in eo ludere te putarem, ni credibilius esset, ignorare te quam exhaustum pater tuus reliquerit ærarium; qui, postquam principatum adeptus est, non eo, sed ad se, afferri reditus reipublicæ voluit. Et invenientur mox pecuniæ publicæ in bonis illius, quando earum inquisitio decreta per nos fuerit. Nec enim hoc quidem injuriosum erit in Cæsarem, jam mortuum, et, si viveret etiam, non negaturum æquum esse rationes reddere postulanti senatui. Præterea ne a privatorum quidem contestationibus, qui de singulis partibus bonorum lites movebunt, possessionem hanc tibi liberam fore, cognosces. Cæterum pecuniæ a me translatæ non tantus est numerus, quantum putas; nec ejus quidquam penes me nunc est reliquum; quandoquidem magistratus et qui alioquin potestate pollent, excepto Dolabella et fratribus meis, cuncta statim, velut bona tyranni, partiti sunt; mea vero opera rursus adducti ad senatusconsultum in favorem Cæsaris conficiendum. Nam et tu, ubi quod est reliquum acceperis, non in plebem, si recte sapies, sed in eos qui offensi sunt, conferes. Illi enim, si ad tuas partes erunt traducti, in colonias mittent plebem. Plebs autem, quemadmodum et tu, Græcis literis nuper innutritus, non ignorare debes, est res instabilis, et marinorum instar fluctuum mobilis : accedit alius, alius recedit. Quapropter et nostra in republica sæpe cultores suos plebs, ad altissimum statim gradum sublatos, dejecit in genua. »

XXI. Hac Antonii oratione, ut magna ex parte contumeliosa, offensus Cæsar discessit, patrem Cæsarem identidem nominatim invocans. Moxque bona venum proposuit omnia, quæ ei ex hac hæreditate obvenerant; hortatusque est populum, ut sibi non deesset. Post tam insigne Cæsaris

σπουδῆς, φανερᾶς τε τῆς Ἀντωνίου πρὸς αὐτὸν ἔχθρας γενομένης, καὶ τῆς βουλῆς ζήτησιν εὐθὺς εἶναι τῶν δημοσίων χρημάτων ψηφισαμένης, οἱ πολλοὶ ἔδεισαν περὶ τῷ νέῳ Καίσαρι, τῆς πατρῴας ἐς τοὺς στρατιώτας καὶ τὸν δῆμον εὐνοίας οὕνεκα, καὶ τῆς νῦν ἐπὶ τῇ χορηγίᾳ δημοκοπίας, καὶ περιουσίας, ἣ δὴ πάνυ αὐτῷ πολλὴ προσελθοῦσα, οὐκ ἐδόκει τοῖς πλείοσιν αὐτὸν ἐν ἰδιώτου μέτρῳ καθέξειν· ἐπὶ δὲ Ἀντωνίῳ μάλιστα, μὴ τὸν Καίσαρα, νέον ἄνδρα καὶ ἔνδοξον καὶ πλούσιον, ἑταιρισάμενος ὑφ' ἑαυτὸν εἶναι, πρότερος ἅψαιτο τῆς Καίσαρος δυναστείας. Οἱ δὲ τοῖς τότε γιγνομένοις ἐφήδοντο, ὡς καὶ τῶν ἀνδρῶν ἀλλήλοις ἐμποδὼν ἐσομένων, καὶ τοῦ Καίσαρος πλούτου τῇ ζητήσει τῶν χρημάτων αὐτίκα διαλυθησομένου, καὶ σφίσι τοῦ ταμιείου περιουσίας πλήρους ἐξ αὐτῆς ἐσομένου· τὰ γὰρ πολλὰ τῶν κοινῶν εὑρήσειν παρὰ Καίσαρι.

XXII. Πολλοί τε αὐτῶν ἐς δίκας τὸν Καίσαρα ὑπῆγον περὶ χωρίων, ἕτερος ἑτέρῳ ἐπιλέγοντες, ἄλλα τε ἕκαστοι, καὶ τὸ κοινὸν ἐπὶ τοῖς πλείστοις, ἐκ προγραφῆς εἶναι τῶν δημευθέντων ἢ φυγόντων ἢ ἀναιρεθέντων. Ἦγόν τε τὰς δίκας ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον αὐτὸν, ἢ τὸν ἕτερον ὕπατον Δολοβέλλαν. Εἰ δέ τις καὶ ἐφ' ἑτέρας ἀρχῆς ἐδικάζετο, πανταχοῦ τὰ πολλὰ ὁμοίως ὁ Καῖσαρ ἐς χάριν Ἀντωνίου ἡττᾶτο· τά τε ὠνήματα τῷ πατρὶ ἐκ τοῦ δημοσίου γενόμενα ἐπιδεικνὺς, καὶ τὸ τελευταῖον ψήφισμα τὸ βεβαιοῦν τὰ Καίσαρι πεπραγμένα πάντα. Ὕβρεις τε πολλαὶ παρὰ τὰς δίκας ἦσαν αὐτῷ, καὶ τὸ τῆς ζημίας προὔκοπτεν ἐς ἄπειρον. Ὥστε Πέδιον καὶ Πινάριον (οὗτοι γὰρ τὴν ἐκ τῶν Καίσαρος διαθηκῶν τοῦ κληρονόμου μοῖραν εἶχον), πέμψασθαι τῷ Ἀντωνίῳ περί τε σφῶν αὐτῶν καὶ περὶ τοῦ Καίσαρος, ὡς ἄδικα πασχόντων παρὰ τὸ ψήφισμα τῆς βουλῆς. Ὤοντό τε, αὐτὸν τὰ ἐς ὕβριν ἐκλύειν δεῖν μόνον, τὰ ἄλλα δὲ πάντα κυροῦν, ὅσα τῷ Καίσαρι πέπρακται. Ὁ δὲ ὡμολόγει μὲν, τὰ πρασσόμενα ἴσως ἐναντίον ἔχειν τι τοῖς συνεψηφισμένοις· καὶ τὰ ἐψηφισμένα δ', ἔφη, τοῖς τότε δόξασιν ἐναντίως γεγράφθαι. Μόνης γὰρ τῆς ἀμνηστίας ἐπειγούσης, τὸ Μηδὲν ἀνατρέπειν τῶν προδιῳκημένων, οὐ τοῦ αὐτοῦ γε χάριν, οὐδ' ἐφ' ἅπασιν ἁπλῶς μᾶλλον, ἢ ἐς εὐπρέπειαν καὶ παρηγορίαν τοῦ δήμου, θορυβουμένου τούτοις, ἐπιγραφῆναι. Εἶναι δὲ δικαιότερον, τῇ γνώμῃ τοῦ ψηφίσματος μᾶλλον, ἢ τῷ ῥήματι χρωμένους, μὴ παρὰ τὸ εἰκὸς ἀντιπράττειν ἀνδράσι τοσοῖσδε, ἰδίων ἢ προγονικῶν κτήσεων κατὰ στάσιν ἐκπεσοῦσιν, ὑπὲρ νεανίσκου, τοσόνδε πλοῦτον ἀλλότριόν τε καὶ οὐκ ἰδιωτικὸν παρ' ἐλπίδα λαβόντος, καὶ οὐκ ἐπιδεξίως, ἀλλ' ἐς θρασύτητα, τῇ τύχῃ χρωμένου. Σφῶν μέντοι φείσεσθαι, τὸ μέρος νειμαμένων πρὸς Καίσαρα. Ὧδε μὲν ὁ Ἀντώνιος τοῖς ἀμφὶ τὸν Πινάριον ἀπεκρίνατο. Καὶ εὐθὺς ἐνέμοντο, ἵνα μὴ καὶ τὸ μέρος ἐν ταῖς δίκαις προσαπόλοιτο, οὐ σφῶν ἕνεκα αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τόδε τοῦ Καίσαρος· ἔμελλον γὰρ αὐτῷ μετ' οὐ πολὺ πάντα χαριεῖσθαι.

XXIII. Θέας δὲ πλησιαζούσης, ἣν ἔμελλεν ὑπὲρ

erga plebem studium, quum mox manifeste erumperet Antonii in eum inimicitia, quumque a senatu statim perquisitio pecuniarum publicarum esset decreta; timere plerique reipublicæ a Cæsare cœperunt, cum ob patris in milites atque plebem benevolentiam, tum propter gratiam quam a plebe nunc ipse tali erogatione esset initurus, propterque opum eidem accedentium amplitudinem, quæ eum, ut plerisque videbatur, non situra esset intra privati hominis modum sese continere. Sed magis etiam timebant Antonium, ne cum Cæsare, ut usu rerum propter ætatem carente, sic illustri juvene atque opulento, societatem iniret, et, postquam illum sibi obnoxium fecisset, ipse prior dominatum superioris Cæsaris occuparet. Alii vero præsenti rerum statu gaudebant; sperantes, non modo alterum ex illis alteri impedimento futurum, sed etiam divitias Cæsaris, instituta pecuniæ publicæ perquisitione, mox dissolutum iri, et inde opibus abundaturum ærarium, quod in bonis C. Cæsaris magnam partem illius pecuniæ essent inventuri.

XXII. Jamque multi ex his lites intentabant Cæsari, de prædiis, quæ in hæreditate paterna erant; cum singuli contra singula prædia, alius aliam, proferentes causam, tum contra pleraque communem illam, esse illa ex bonis publicatis proscriptorum aut exulum aut occisorum. Atque de his judicem poscebant ipsum Antonium, aut collegam ejus Dolabellam. Quod si quid et apud alios magistratus disceptabatur, ubique fere Cæsar Antonii in gratiam causa cadebat; quamquam prædia illa demonstrabat a patre de publico fuisse emta, et ad novissimum illud senatusconsultum provocabat, quo acta Cæsaris omnia confirmata erant. Injuriarumque plena in juvenem Cæsarem erant illa judicia; et jacturarum mulctarumque neque modus erat neque finis. Itaque Pedius etiam Pinariusque, quibus portio quædam hæreditatis Cæsarianæ cesserat, conquesti sunt apud Antonium de injuria, quæ et sibi et Octavio fieret, contra decretum diserte a senatu factum : censueruntque, ea tantum, quæ in contumeliam C. Cæsaris essent decreta, rescindi ab Antonio debuisse; cætera omnia, et quæ a C. Cæsare acta fuissent, confirmari effectaque dari. Neque vero negavit Antonius, pugnare quodammodo hæc, quæ nunc agantur, cum eis quæ senatusconsulto continerentur; sed nec ipsi senatusconsulto, ait, quemadmodum illud quidem literis consignatum sit, convenire cum sententia in qua tunc senatus fuisset. « Etenim non nisi necessitate, propter decretam simul injuriarum oblivionem, coactum senatum adjecisse illud, Ne quid ex anteactis rescinderetur : non quod id ipsum per se ita placuerit, aut in omnibus rebus sine exceptione debuerit valere; sed adjectum id esse solummodo temporis causa, et ad deliniendum populum, ob priorem illam partem decreti tumultuantem. Justum autem esse, mentem potius senatusconsulti valere, quam verba : nec tot civibus, qui per turbata reipublicæ tempora, possessionibus vel suis vel majorum suorum excidissent, temere adversari; et id quidem in unius gratiam adolescentuli, qui, majores quam pro privata conditione divitias præter spem nactus, fortuna ista non prouti conveniebat, sed ad audaciam, uteretur. Ipsis tamen se velle parcere, ubi, divisa cum Cæsare hæreditate, portionem suam abstulissent. » Post hoc Antonii responsum, statim Pinarius Pediusque, divisione reliquæ hæreditatis facta, portionem suam, ne et hanc litium contestatione amitterent, abstulerunt : quod quidem ipsum quoque non tam sui causa fecerunt, quam Cæsaris, cui paulo post ultro erant omnia largituri.

XXIII. Jamque instabant ludi, quos pro Bruto prætore

Βρούτου στρατηγοῦντος ἐπιδώσειν Γάϊος Ἀντώνιος, ὁ ἀδελφὸς Ἀντωνίου, καὶ τἄλλα τοῦ Βρούτου τῆς στρατηγίας ἐπιτροπεύων ἀπόντος, παρασκευή τε ἦν ἐς αὐτὴν δαψιλής, καὶ ἐλπὶς ἐν τῇ θέᾳ τὸν δῆμον ἐπικλασθέντα κατακαλέσειν τοὺς ἀμφὶ τὸν Βροῦτον. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἀντιθεραπεύων τὸ πλῆθος, ὅσον ἀργύριον ἐκ τῆς πράσεως ἐγίγνετο, ἀεὶ κατὰ μέρος τοῖς φυλάρχοις ἀνεδίδου νέμειν τοῖς φθάνουσι λαβεῖν· καὶ ἐς τὰ πωλητήρια περιιὼν, ἀποκηρύσσειν ἐκέλευεν ὅσου δύναιντο πάντα τοὺς πιπράσκοντας ὀλιγίστου, διά τε τὰς δίκας, ἀμφίβολα ἢ ἐπίφοβα ἔτι ὄντα, καὶ διὰ τὴν Καίσαρος σπουδήν. Ἅπερ αὐτῷ πάντα τὸν δῆμον ἐς εὔνοιαν ἤγειρε, καὶ ἐς ἔλεον, ὡς ἀναξίῳ τοιάδε πάσχειν. Ὡς δ' ἐπὶ τῇ κληρονομίᾳ καὶ τὴν ἴδιον αὐτοῦ περιουσίαν, ὅση τε παρὰ Ὀκταουΐου τοῦ πατρὸς ἢ ἑτέρωθεν ἦν αὐτῷ, καὶ τὰ τῆς μητρὸς πάντα, καὶ τὰ Φιλίππου, καὶ τὸ μέρος τοῦ κλήρου Πινάριον καὶ Πέδιον αἰτήσας, προὔθηκεν ἐς τὴν διανέμησιν πιπράσκεσθαι, ὡς τῆς Καίσαρος περιουσίας οὐδ' ἐς τοῦτο μόνον ἀρκούσης διὰ τὰς ἐπηρείας· ὁ δῆμος, οὐκ ἔτι παρὰ τοῦ πρώτου Καίσαρος, ἀλλὰ παρὰ τοῦδε αὐτοῦ τὴν ἐπίδοσιν λογιζόμενος εἶναι, ἐκπαθῶς αὐτὸν ἠλέει, καὶ ἐπῄνουν, ὧδε πάσχοντα, καὶ ὧδε φιλοτιμούμενον· δῆλοί τε ἦσαν, οὐκ ἐς πολὺ τὴν ἐς αὐτὸν Ἀντωνίου ὕβριν ὑπεροψόμενοι.

XXIV. Διέδειξαν δὲ παρὰ τὰς Βρούτου θέας, πολυτελεστάτας δὴ γενομένας. Ἐμμίσθων γάρ τινων ἀνακραγόντων, κατακαλεῖν Βρουτόν τε καὶ Κάσσιον, ἐπεὶ τὸ λοιπὸν αὐτοῖς θέατρον συνεδημαγωγεῖτο ἐς τὸν ἔλεον, ἐσέδραμον ἀθρόοι, καὶ τὰς θέας ἐπέσχον, μέχρι τὴν ἀξίωσιν αὐτῶν σβέσαι. Βροῦτος δὲ καὶ Κάσσιος, ἐπεὶ σφῶν τὰς ἐλπίδας τὰς ἐν ταῖς θέαις ὁ Καῖσαρ διέχεεν, ἔγνωσαν εἰς Συρίαν καὶ Μακεδονίαν, ὡς πρὸ Ἀντωνίου καὶ Δολοβέλλα σφίσιν ἐψηφισμένας, χωρεῖν καὶ βιάζεσθαι. Καὶ τῶνδε φανερῶν γενομένων, ἠπείγετο καὶ Δολοβέλλας ἐς τὴν Συρίαν, καὶ πρὸ Συρίας ἐς τὴν Ἀσίαν, ὡς χρηματιούμενος ἀπ' αὐτῆς. Ὁ δ' Ἀντώνιος, ἡγούμενος ἐς τὰ μέλλοντά οἱ δεήσειν δυνάμεως, τὴν ἐν Μακεδονίᾳ στρατιὰν, ἀρετῇ τε οὖσαν ἀρίστην καὶ πλήθει μεγίστην (ἓξ γὰρ ἦν τέλη), καὶ ὅσον ἄλλο πλῆθος αὐτοῖς τοξοτῶν καὶ ψιλῶν ἢ γυμνητῶν συνεζεύγνυτο, ἵππος τε πολλὴ, καὶ παρασκευὴ κατὰ λόγον ἐντελὴς, δοκοῦντα προσήκειν Δολοβέλλᾳ Συρίαν καὶ τὰ ἐς Παρθυαίους ἐπιτετραμμένῳ, διότι καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτοῖς ἐς Παρθυαίους ἔμελλε χρῆσθαι, πρὸς ἑαυτὸν ἐπενόει μετενεγκεῖν· ὅτι καὶ μάλιστα ἦν ἀγχοῦ, τὸν Ἰόνιον περάσαντα, εὐθὺς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ εἶναι.

XXV. Ἄφνω δὴ φήμη κατέσκηψε, Γέτας, τὸν θάνατον τὸν Καίσαρος πυθομένους, Μακεδονίαν πορθεῖν ἐπιτρέχοντας. Καὶ ὁ Ἀντώνιος τὴν βουλὴν ᾔτει τὸν στρατὸν, ὡς Γέταις ἐπιθήσων δίκην· ἔς τε γὰρ Γέτας αὐτὸν πρὸ Παρθυαίων Καίσαρι παρεσκευάσθαι, καὶ τὰ Παρθυαίων ἠρεμεῖν ἐν τῷ παρόντι. Ἡ μὲν οὖν βουλὴ τὴν φήμην ὑπενόει, καὶ τοὺς ἐπισκεψομένους ἔπεμψεν. Ὁ δὲ Ἀντώνιος τὸν φόβον αὐτῶν καὶ τὴν ὑπόνοιαν

XLIII. Ἀντωνίῳ δ' ἀφῖκτο μέσον ἐς τὸ Βρεντέσιον ἐκ πέντε τῶν ἐν Μακεδονίᾳ τελῶν τέσσαρα· ἐπιμεμφόμενοι δ' αὐτὸν οὐκ ἐπεξελθόντα τῷ φόνῳ Καίσαρος, χωρὶς εὐφημίας ἐς τὸ βῆμα παρέπεμπον, ὡς περὶ τοῦδε σφίσιν ἐκλογιούμενον πρώτου. Ὁ δὲ αὐτοῖς χαλεπόμενος τῆς σιωπῆς, οὐ κατέσχεν, ἀλλ' ὠνείδιζεν ἀχαριστίαν ἐκ Παρθυαίων ὑπὸ οὗ μετενεχθεῖσιν ἐς τὴν Ἰταλίαν, καὶ οὐκ ἐπιμαρτυροῦσι τοιᾶσδε χάριτος. Ἐμέμφετο δὲ, ὅτι καὶ παρὰ μειρακίου προπετοῦς (ὧδε τὸν Καίσαρα καλῶν, ἄνδρας ἐπιπεμπομένους σφίσιν εἰς διαφορὰν οὐκ αὐτοὶ προσάγουσιν αὐτῷ. Ἀλλὰ τούσδε μὲν αὐτὸς εὑρήσειν, τὸν δὲ στρατὸν ἄξειν ἐπὶ τὴν ἐψηφισμένην οἱ χώραν εὐδαίμονα Κελτικὴν, καὶ τοῖς παροῦσιν ἑκάστῳ δοθήσεσθαι δραχμὰς ἑκατόν. Οἱ δὲ ἐγέλασαν τῆς μικρολογίας· καὶ χαλεπήναντος αὐτοῦ, μᾶλλον ἐθορύβουν καὶ διεδίδρασκον. Ὁ δὲ ἐξανέστη, τοσοῦτον εἰπών· Μαθήσεσθε ἄρχεσθαι. Αἰτήσας δὲ παρὰ τῶν χιλιάρχων τοὺς στασιώδεις (ἀνάγραπτος γάρ ἐστιν ἐν τοῖς Ῥωμαίων στρατοῖς ἀεὶ καθ' ἕνα ἄνδρα ὁ τρόπος)· διεκλήρωσε τῷ στρατιωτικῷ νόμῳ· καὶ οὐ τὸ δέκατον ἅπαν, ἀλλὰ μέρος ἔκτεινε τοῦ δεκάτου, νομίζων σφᾶς ὧδε καταπλήξειν δι' ὀλίγου. Οἱ δὲ οὐκ ἐς φόβον μᾶλλον, ἢ ἐς ὀργὴν ἀπὸ τοῦδε καὶ μῖσος ἐτρέποντο.

XLIV. Ταῦτα δ' ὁρῶντες οὓς ὁ Καῖσαρ ἐπὶ διαφθορᾷ τῶνδε προπεπόμφει, βιβλία πολλὰ τότε μάλιστα διερ-

XLII. Quæ cum ille dixisset, digressa concione, milites, qui contra advenisse se putarant ad concordiam inter Cæsarem et Antonium redintegrandam, aut certe ad custodiam Cæsaris et ad ultionem de percussoribus, ægre ferebant bellum ita denunciatum Antonio, duci quondam suo, et tunc etiam consuli. Horumque alii petebant reditum ad suos, tamquam arma paraturi : non enim se alia, nisi sua quibus assuessent, arma ferre posse. Alii vero, id quod erat, præ se ferebant. Cæsar, ut vidit rem in diversum cedere, turbatus quidem haud paulo, sperans tamen, verbis potius, quam vi, se eos retracturum; concessit eorum petitis, alteros ad arma paranda mittens, alteros domum simpliciter : dissimulatoque dolore laudavit universos, quod se deduxissent, aliisque denuo muneribus donavit; largius etiam deinceps quavis alia occasione se eos donaturum, dicens, quoties ad necessaria officia opera illorum, velut paternorum amicorum potius, quam militum, fuerit usus. His verbis flexi mille tantum, vel tria millia, ex decem millibus (de numero enim non convenit), apud eum permanserunt. Cæteri tunc quidem abierunt. Sed mox iidem, reputando labores agriculturæ et lucra militiæ, tum promissa Cæsaris, et facilitatem ejusdem in concedendis quæ postulaverant, et gratiam cum jam redditam sibi tum speratam in posterum, ut sunt mores vulgi mutabiles, pœnitentia ducti, honestam occasionem arripuerunt, et, quasi in hoc tantum discessissent ut justa arma caperent, cum armis ultro ad Cæsarem reversi sunt : qui jam, Ravennam et propinqua loca obeundo cum alia pecunia, continuatis delectibus in dies augebat copias, jussas coire Arretium.

XLIII. Antonio interim, ex quinque Macedonicis legionibus, quatuor legiones Brundusium advenerant : quæ incusantes eum ob cessationem in persequendis interfectoribus Cæsaris, sine acclamationibus deduxerunt ad tribunal, quippe rationem illius cessationis audituri ante omnia. Id silentium Antonius iniquo animo ferens, non continuit se, quin eis exprobraret ingratitudinem, non agnoscentibus quanto præstaret in Italiam ire, quam in Parthiam, nec ullum signum grati animi edentibus. Præterea querebatur, quod missos a petulante adolescentulo (sic enim appellabat Cæsarem) concordiæ turbatores non adducerent ad ipsum. Sed hos quidem se inventurum : exercitum vero ducturum « ad decretam sibi provinciam, fortunatam illam Galliam; et viritim his, qui adessent, quadringentos sestertios distributurum. » Eam in promittendo parcitatem Antonii risu exceperunt milites; et irascente illo, magis etiam tumultuantes, discesserunt. Tum surrexit et ipse, et, hoc tantum profatus, Discetis imperata facere! abiit. Mox vero tribunos tradere sibi seditiosos jussit, (nam in Romanorum militum catalogis, ad nomen cujusque militis, mores etiam annotari solent); e quibus, ex militari disciplina, decimum quemque sorte duxit : nec tamen hos omnes, sed partem tantum affecit supplicio; sperans, se ea ratione brevi reliquos territurum. Eo autem facto irritati magis et ad iram in Antonium accensi, quam territi sunt, milites.

XLIV. Quod ubi videre Cæsariani, qui ad corrumpendos Antonianos fuerant emissi, magnum tum maxime numerum

ῥίπτουν ἐς τὸ στρατόπεδον, ἀντὶ τῆς Ἀντωνίου μικρολογίας τε καὶ ὠμότητος ἐς τὴν Καίσαρος μνήμην τοῦ προτέρου, καὶ βοήθειαν τοῦ νῦν, καὶ χορηγίας δαψιλεῖς μετατίθεσθαι. Οὓς ὁ Ἀντώνιος μηνύμασί τε μεγάλοις ἐζήτει, καὶ ἀπειλαῖς, εἴ τις ἐπικρύπτοι. Οὐδένα δὲ συλλαβών, ἐχαλέπηνεν, ὡς τοῦ στρατοῦ σφᾶς ἐπικρύπτοντος. Ἀπαγγελλομένων δὲ καὶ τῶν ἐν ταῖς ἀποικίαις τε καὶ ἐν Ῥώμῃ Καίσαρι πεπραγμένων, ἐθορυβεῖτο. Καὶ ἐπελθὼν αὖθις ἐπὶ τὸν στρατὸν, ἔφη, χαλεπῆναι μὲν τῶν γεγονότων ὑπὸ ἀνάγκης στρατιωτικῆς ὀλίγοις, ἀντὶ πλεόνων ὧν ἐκόλαζεν ὁ νόμος· αὐτοὺς δὲ εἰδέναι σαφῶς, οὔτε ὠμὸν οὔτε μικρολόγον Ἀντώνιον. « Ἀλλ' ὁ μὲν φθόνος οἰχέσθω, κεκορεσμένος, ἔφη, καὶ τοῖς ἁμαρτήμασι καὶ ταῖς κολάσεσι. Τὰς δὲ ἑκατὸν δραχμὰς ὑμῖν οὐ δωρεὰν, οὐ γὰρ τοῦτό γε τῆς Ἀντωνίου τύχης, ἀλλὰ τῆς πρώτης ἐς ὑμᾶς ἐντεύξεως προσαγορευτικὸν μᾶλλον, ἢ δωρεὰν, ἐκέλευσα δοθῆναι· καὶ χρὴ νόμῳ πατρίῳ τε καὶ στρατιωτικῷ, καὶ ἐς τάδε αὐτῷ, καὶ ἐς πάντα, εὐπειθεῖς ὑπάρχειν. » Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν, οὐδέν τι ἔτι προσθεὶς τῇ δωρεᾷ, τοῦ μὴ δοκεῖν ὁ στρατηγὸς ἡσσῆσθαι τοῦ στρατοῦ. Οἱ δὲ ἐλάμβανον, εἴτε μεταγνόντες, εἴτε καὶ δεδιότες. Ὁ δὲ αὐτῶν τοὺς μὲν ταξιάρχους, εἴτε μηνίων ἔτι τῆς στάσεως, εἴθ' ἑτέρως ὑπονοῶν, ἐνήλλασσε· τοὺς δὲ λοιποὺς, καὶ τἄλλα ἐν ταῖς χρείαις ἐδεξιοῦτο, καὶ προὔπεμπεν ἀνὰ μέρος, τὴν παραθαλάσσιον ὁδεύειν ἐπὶ Ἀριμίνου.

XLV. Αὐτὸς δ' ἐπιλεξάμενος ἐκ πάντων στρατηγίδα σπεῖραν ἀνδρῶν ἀρίστων τά τε σώματα καὶ τὸν τρόπον, ὥδευεν ἐς Ῥώμην, ὡς ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸ Ἀρίμινον ὁρμήσων. Ἐσῄει δὲ ἐς τὴν πόλιν σοβαρῶς, τὴν μὲν ἴλην πρὸ τοῦ ἄστεος στρατοπεδεύσας, τοὺς δ' ἀμφ' αὐτὸν ἔχων ὑπεζωσμένους, καὶ τὴν οἰκίαν νυκτοφυλακοῦντας ἐνόπλους· συνθήματά τε αὐτοῖς ἐδίδοτο, καὶ αἱ φυλακαὶ παρὰ μέρος ἦσαν, ὡς ἐν στρατοπέδῳ. Συναγαγὼν δὲ τὴν βουλὴν, ὡς μεμψόμενος Καίσαρι περὶ τῶν πεπραγμένων, ἐσιὼν ἤδη, μανθάνει τῶν τεσσάρων τελῶν τὸ καλούμενον Ἄρειον κατὰ τὴν ὁδὸν ἐς Καίσαρα μετατεθεῖσθαι. Καὶ αὐτῷ τὴν εἴσοδον ἐπισχόντι τε καὶ διαποροῦντι ἀγγέλλεται, καὶ τὸ καλούμενον Τέταρτον ὁμοίως τοῖς Ἀρείοις ἐς Καίσαρα μετατεθεῖσθαι. Διαταραχθεὶς οὖν εἰσῆλθε μὲν ἐς τὸ βουλευτήριον· ὡς δ' ἐφ' ἕτερα αὐτοὺς συναγαγὼν, μικρὰ διελέχθη, καὶ εὐθὺς ἐπὶ τὰς πύλας ἐχώρει, καὶ ἀπὸ τῶν πυλῶν ἐπὶ Ἄλβην πόλιν, ὡς μεταπείσων τοὺς ἀποστάντας. Βαλλόμενος δ' ἀπὸ τοῦ τείχους, ἀνέστρεφε· καὶ τοῖς ἄλλοις τέλεσι προσέπεμπεν ἀνὰ πεντακοσίας δραχμὰς ἑκάστῳ· καὶ σὺν οἷς εἶχεν αὐτὸς ἐς Τίβυρον ἐξῄει, σκευὴν ἔχων τὴν συνήθη τοῖς ἐπὶ τοὺς πολέμους ἐξιοῦσι. Καὶ γὰρ ἤδη σαφὴς ἦν ὁ πόλεμος, Δέκμου τὴν Κελτικὴν οὐ μεθιέντος.

XLVI. Δεῦρο δὲ ὄντι, ἥ τε βουλὴ σχεδὸν ἅπασα, καὶ τῶν ἱππέων τὸ πλεῖστον, ἀφίκετο ἐπὶ τιμῇ, καὶ ἀπὸ τοῦ δήμου τὸ ἀξιολογώτατον. Οἳ καὶ, καταλαβόντες αὐτὸν ὁρκοῦντα τοὺς παρόντας οἱ στρατιώτας, καὶ τοὺς ἐκ τῶν πάλαι στρατευσαμένων συνδραμόντας (πολὺ

libellorum spargebant per exercitum; pro Antonii avaritia et crudelitate revocantes superioris Cæsaris memoriam, et ad junioris Cæsaris opem largioraque dona invitantes. Quos quum, magno proposito indicibus præmio, et celantibus pœnas interminatus, conquisivisset Antonius, nemo tamen est comprehensus. Quo magis ille iratus est militibus suis, quod ab his illos tegi intelligeret. Quum vero renunciarentur ei etiam quæ cum in coloniis tum in Urbe Cæsar agebat, territus Antonius, ad milites rursus prodiit: « dolere se, dicens, id quod necessitate ex disciplinæ militaris ratione coactus fecisset; quamquam in pauciores animadversum fuerit, quum plures punire lex jussisset: ipsos autem præclare nosse, quam nec sordidus nec sævus sit Antonius. Sed facessat, inquit, invidia, et satis sit tum erratorum tum pœnarum. Cæterum centenos illos denarios, non tamquam donum vobis dari jussi, nec enim id dignum Antonii fortuna foret; sed tantum primæ vobiscum congressionis occasione, et salutandi causa: oportet autem in hoc ipso non minus, quam in cæteris omnibus rebus, morem patrium militaremque observare. » Hæc locutus Antonius, nihil ad donativum addidit; ne videretur imperator cessisse militibus: et illi, vel pœnitentia facti, vel metu, contenti fuerunt oblato. Deinde vero, sive ob seditionem etiam nunc iratus Antonius, sive aliqua suspicione motus, tribunos eis mutavit: milites autem, ubi usus ferebat, tractavit comiter, et alios post alios per maritimas regiones Ariminum misit.

XLV. Ipse vero Antonius, habito delectu præstantissimi cujusque vel corporis dotibus vel animi, confectaque ex his prætoria cohorte, Romam iter fecit: inde porro iturus Ariminum. Intravit autem Urbem magno fastu, equitum quidem ala in suburbiis relicta, sed stipatus accinctis militibus, e quibus etiam custodiam circa ædes suas disposuit, quæ ibi sub armis excubias agebat, data castrensi more tessera, custodibusque per quatuor vigilias distributis. Convocato deinde senatu ut quereretur de Cæsaris conatibus, in ipso aditu curiæ nuncium Antonius accepit, e quatuor illis legionibus unam, cognomine Martiam, in itinere signa ad Cæsarem transtulisse. Quumque cogitabundus constitisset, ecce alius nuncius affert, Quartam quoque, quæ vocabatur, legionem pariter ad illum transiisse. Quare territus, intravit quidem curiam; sed, quasi alia de causa patres convocasset, pauca locutus, ad portam recta properavit, et inde porro Albam; verbis, ut putabat, desertores reducturus ad officium. Sed quum peteretur telis e mœnibus, retulit pedem, reliquisque legionibus viritim bis mille misit sestertios: quas vero circa se habebat copias, Tibur duxit, eo apparatu quo ad bellum iri solet. Jam enim certum erat bellum, quod Decimus Galliam nollet tradere.

XLVI. Tiburi autem agenti Antonio senatus ferme universus præsto fuit honoris causa, et equitum Romanorum pars maxima, tum e plebe præstantissimus quisque. Qui, quum supervenirent exigenti sacramentum a militibus quos circa se habebat et a veteranis emeritis (nam et horum

γὰρ καὶ τοῦτο ἦν), συνώμνυον ἑκόντες, οὐκ ἐκλείψειν τὴν ἐς Ἀντώνιον εὔνοιάν τε καὶ πίστιν· ὡς ἀπορῆσαι, τίνες ἦσαν οἱ πρὸ ὀλίγου παρὰ τὴν Καίσαρος ἐκκλησίαν τὸν Ἀντώνιον ἐβλασφήμουν. Ὁ μὲν δὴ λαμπρῶς οὕτως ἐς τὸ Ἀρίμινον προεπέμπετο, ὅθεν ἐστὶν ἡ τῆς Κελτικῆς ἀρχή. Καὶ ὁ στρατὸς ἦν αὐτῷ, χωρίς γε τῶν νεολέκτων, τρία τέλη τὰ ἐκ Μακεδονίας μετάπεμπτα (ἤδη γὰρ αὐτῷ καὶ τὸ λοιπὸν ἀφῖκτο)· ἐξεστρατευμένοι δὲ ἔνιοι καὶ γηρῶντες, ὅμως ἐδόκουν νεοσυλλόγων ἀμείνους ἐς τὸ διπλάσιον εἶναι. Οὕτω μὲν Ἀντωνίῳ τέσσαρα ἐγίγνετο τέλη γεγυμνασμένων ἀνδρῶν, καὶ ὅσον ἐξ ἔθους αὐτοῖς ἐπίκουρον ἄλλο ἕπεται, καὶ ἡ τοῦ σώματος φρουρὰ, καὶ τὰ νεόλεκτα· Λέπιδός τε ἔχων ἐν Ἰβηρίᾳ τέσσαρα τέλη, καὶ Ἀσίνιος Πολλίων δύο, καὶ Πλάγκος ἐν τῇ ἑτέρᾳ Κελτικῇ τρία, ἐδόκουν αἱρήσεσθαι τὰ Ἀντωνίου.

XLVII. Καίσαρι δὲ ἦν δύο μὲν ὁμοίως τὰ ἀξιολογώτατα, εἰς αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἀντωνίου μεταστάντα, ἓν δὲ νεοσυλλόγων, δύο δὲ ἐκ τῶν πρότερον ἐστρατευμένων, οὐκ ἐντελῆ μὲν ταῦτα τοῖς ἀριθμοῖς οὐδὲ ταῖς ὁπλίσεσιν, ὑπὸ δὲ τῶν νεοσυλλόγων καὶ ταῦτα ἀναπληρούμενα. Συναγαγὼν δ' ἅπαντας ἐς Ἄλβην, ἐπέστελλε τῇ βουλῇ. Ἡ δὲ ἐφήδετο μὲν αὖθις Καίσαρι, ὡς ἀπορεῖν καὶ τότε, τίνες ἦσαν οἱ προὔπεμπον Ἀντώνιον· ἤχθοντο δὲ τοῖς τέλεσιν οὐκ ἐς τὴν βουλὴν, ἀλλ' ἐς τὸν Καίσαρα, μετελθοῦσιν. Ἐπαινέσαντες δ' ὅμως αὐτούς τε καὶ τὸν Καίσαρα, ἔφασαν, ὀλίγον ὕστερον ὅ τι χρὴ ποιεῖν αὐτοὺς ψηφιεῖσθαι, ὅταν αὐτοῖς αἱ νέαι ἀρχαὶ ἐς τὰ πράγματα παρέλθωσιν. Ἦν δὲ σαφὲς, ὅτι χρήσονται μὲν αὐτοῖς κατὰ Ἀντωνίου· στρατὸν δὲ οὐδένα πω ἔχοντες ἴδιον, οὐδὲ καταλέξαι χωρὶς ὑπάτων δυνάμενοι, ἐς τὰς νέας ἀρχὰς πάντα ἀνετίθεντο.

XLVIII. Τῷ Καίσαρι δ' ὁ στρατὸς πελέκεάς τε καὶ ῥαβδοφόρους ἐσκευασμένους προσαγαγόντες, ἠξίουν ἑαυτὸν ἀντιστράτηγον ἀποφῆναι, πολέμου τε ἡγεμονεύοντα καὶ σφῶν, ἀεὶ ὑπ' ἄρχουσι ταχθέντων. Ὁ δὲ τὴν μὲν τιμὴν ἐπῄνει, τὸ δὲ ἔργον ἐς τὴν βουλὴν ἀνετίθετο· καὶ βουλομένους ἐπὶ τοῦτο χωρεῖν ἀθρόους ἐκώλυε, καὶ πρεσβευομένους ἐπεῖχεν, ὡς καὶ τῆς βουλῆς ψηφιουμένης ταῦτα καθ' ἑαυτὴν, καὶ μᾶλλον ἢν αἴσθωνται τὴν ὑμετέραν προθυμίαν, καὶ τὸν ἐμὸν ὄκνον. Διαλυθέντων δὲ μόλις οὕτω, καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐς ὑπεροψίαν αὐτὸν αἰτιωμένων, ἐξελογεῖτο αὐτοῖς, τὴν βουλὴν οὐκ εὐνοίᾳ πρὸς αὐτὸν ἀποκλίνειν μᾶλλον, ἢ Ἀντωνίου δέει καὶ στρατιᾶς ἀπορίᾳ, « μέχρι καθέλωμεν ἡμεῖς Ἀντώνιον, καὶ οἱ σφαγεῖς, φίλοι τε τῇ βουλῇ καὶ συγγενεῖς ὄντες, δύναμιν αὐτοῖς συναγάγωσιν· ὧν αἰσθανόμενος, ὑπηρετεῖν ὑποκρίνομαι. Μὴ δὴ πρότεροι τὴν ὑπόκρισιν ἀποκαλύπτωμεν, ὧν προλαβοῦσι μὲν ἡμῖν τὴν ἀρχὴν, ἐπικαλέσουσιν ὕβριν ἢ βίαν, αἰδεσθεῖσι δ' ἴσως ἐπιδώσουσιν αὐτοὶ, δέει μὴ παρ' ὑμῶν λάβοιμι. » Τοιάδε εἰπὼν, ἐθεᾶτο γυμνάσια τῶν δύο τελῶν τῶν αὐτομολησάντων ἀπ' Ἀντωνίου, διαστάντων τε ἐς ἀλλήλους, καὶ δρώντων ἀφειδῶς ἔργα πολέμου πάντα,

magnus numerus ad eum confluxerat), ultro cum his jurarunt, mansuros se in amicitia et fide Antonii : ut dubitari posset, ubinam essent, qui paulo ante, concionante Cæsare, convicia in Antonium jacerant. Itaque, splendido comitatu deducente, Ariminum petebat Antonius, situm in primo aditu Galliæ; habens, præter tirones, legiones Macedonicas tres (jam enim et reliquum earum ei advenerat), unam autem veteranorum, qui, quamquam seniores, videbantur tamen duplo præstare tironibus. Atque ita quatuor legiones adfuerunt Antonio virorum exercitatorum, cum solitis eas sequi auxiliis, præterea prætoriani, et tirones. In Hispania autem Lepidus cum quatuor legionibus, et Asinius Pollio cum duabus, et Plancus in ulteriore Gallia cum tribus, videbantur secuturi partes Antonii.

XLVII. In Cæsaris exercitu robur erant duæ illæ legiones, quæ ad eum transierant; et præter illas una tironum, duæque veteranorum, hæ quidem neque numero integræ, neque armis satis instructæ, sed suppletæ ex tironibus. Quibus omnibus Albam convenire jussis, dedit ad senatum de rebus suis literas. Et senatus quidem jam vicissim Cæsari congratulabatur; ut nunc rursus nescires, quinam essent qui modo Antonium deduxissent ; dolebat tamen, legiones ad Cæsarem potius, quam ad se, transiisse. Collaudata nihilominus cum ipsius Cæsaris tum legionum voluntate; brevi, dixerunt, confectum iri de rebus gerendis senatusconsultum, quamprimum novi magistratus accessissent ad rempublicam. Nec dubium erat, quin usuri essent his copiis contra Antonium : sed quoniam necdum proprium ullum habebant exercitum, nec absque consulibus poterant delectus facere, ideo in novos magistratus differebant omnia.

XLVIII. Tum Cæsari exercitus secures cum lictoribus obtulit; rogans, ut proprætorem se ipse renunciaret, atque eo titulo et bellum administraret et ipsos duceret, assuetos parere magistratibus. Quos Cæsar laudavit quidem pro honore sibi habito, sed rem totam in arbitrium senatus rejecit. Quumque universi vellent ejus rei causa Romam proficisci, inhibuit eos Cæsar, et ne legatos quidem ad senatum passus est mittere; quippe quem ultro sibi eum honorem delaturum esse, aiebat, « idque eo magis, inquit, faciet, si et vestrum studium, et meam cunctationem intellexerit. » Sic ægre illis submotis, quum duces contemtos se ab eo quererentur, rationem facti sui hanc reddidit : senatum non tam ulla erga se benevolentia ad partes suas inclinare, quam Antonii metu, et militum inopia, « idque tantisper, inquit, sunt facturi, dum Antonius a nobis fuerit sublatus, et percussores, amici senatorum et cognati, copias eis collegerint. Quæ ego intelligens, ministrum illorum me simulo. Caveamus igitur, ne illam simulationem priores nos ipsi patefaciamus; quos, si magistratum usurparemus, accusarent illi, ut injustos et violentos; quod si modeste nos gesserimus, ultro fortasse dabunt, timentes, ne a vobis accipiam. » Hæc locutus Cæsar, spectavit decurrentes duas legiones transfugas, inter se commissas, et exercitii causa repræsentantes omnia omnino, quæ in seria

πλὴν ἐς μόνον θάνατον. Ἡσθεὶς οὖν τῇ θέᾳ, καὶ τῆς προφάσεως ἐπιβαίνων ἄσμενος, ἑτέρας αὐτῶν ἑκάστῳ πεντακοσίας δραχμὰς ἐπεδίδου, καὶ, εἴ τις πολέμου χρεία γένοιτο, νικήσασιν ἐπηγγέλλετο πεντακισχιλίας. Ὧδε μὲν ὁ Καῖσαρ δαψιλείᾳ δωρεῶν τοὺς μισθοφόρους ἐκρατύνετο. Καὶ τάδε μὲν ἦν ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν.

XLIX. Ἐν δὲ τῇ Κελτικῇ τὸν Δέκμον ὁ Ἀντώνιος ἐκέλευσεν ἐς Μακεδονίαν μετιέναι, πειθόμενόν τε τῷ δήμῳ, καὶ φειδόμενον ἑαυτοῦ. Ὁ δὲ ἀντέπεμπεν αὐτῷ τὰ παρὰ τῆς βουλῆς οἷ κεκομισμένα γράμματα, ὡς οὐχὶ διὰ τὸν δῆμον εἴκειν οἷ πρέπον, ἢ διὰ τὴν βουλὴν Ἀντωνίῳ, μᾶλλον. Ἀντωνίου δ' αὐτῷ προθεσμίαν ὁρίζοντος, μεθ' ἣν ὡς πολεμίῳ χρήσεται, μακροτέραν ὁ Δέκμος ἐκέλευεν ὁρίζειν ἑαυτῷ, μὴ θᾶσσον γένοιτο τῇ βουλῇ πολέμιος. Καὶ ὁ Ἀντώνιος, εὐμαρῶς ἂν αὐτοῦ κρατήσας ἔτι ὄντος ἐν πεδίῳ, ἐπὶ τὰς πόλεις ἔκρινε προελθεῖν. Αἱ δὲ αὐτὸν ἐδέχοντο. Καὶ δείσας ὁ Δέκμος, μὴ οὐδ' ἐσελθεῖν ἔς τινα αὐτῶν ἔτι δύνηται, πλάσσεται γράμματα τῆς βουλῆς, καλούσης αὐτὸν ἐς Ῥώμην σὺν τῷ στρατῷ· καὶ ἀναζεύξας ἐχώρει τὴν ἐπὶ τῆς Ἰταλίας, ὑποδεχομένων αὐτὸν ὡς ἀπιόντα πάντων· μέχρι Μουτίνην παροδεύων, πόλιν εὐδαίμονα, τάς τε πύλας ἀπέκλειε, καὶ τὰ τῶν Μουτιναίων ἐς τὰς τροφὰς συνέφερεν, ὑποζύγιά τε ὅσα ἦν κατέθυε, καὶ ἐταρίχευε, μὴ χρόνιος ἡ πολιορκία γένοιτο· καὶ τὸν Ἀντώνιον ὑπέμενε. Στρατιὰ δ' ἦν αὐτῷ μονομάχων τε πλῆθος, καὶ ὁπλιτῶν τρία τέλη· ὧν ἓν μὲν ἦν ἀρτιστρατεύτων ἀνδρῶν ἔτι ἀπείρων, δύο δὲ, ἃ καὶ πρότερον ὑπεστρατευμένα αὐτῷ, πιστότατα ἦν. Ὁ δ' Ἀντώνιος, ἐπελθὼν αὐτῷ σὺν ὀργῇ, τὴν Μουτίνην ἀπετάφρευέ τε καὶ ἀπετείχιζε. Καὶ Δέκμος μὲν ἐπολιορκεῖτο.

L. Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὴν ἐτήσιον νουμηνίαν ὕπατοι γενόμενοι Ἵρτιός τε καὶ Πάνσας, τὴν βουλὴν εὐθὺς ἐπὶ ταῖς θυσίαις ἐν αὐτῷ τῷ ἱερῷ συνῆγον ἐπὶ Ἀντωνίῳ. Κικέρων μὲν δὴ καὶ οἱ Κικέρωνος φίλοι πολέμιον αὐτὸν ἠξίουν ἤδη ψηφίσασθαι, τὴν Κελτικὴν, ἀκούσης τῆς βουλῆς, ἐς ἐπιτείχισμα τῆς πατρίδος βιαζόμενον ὅπλοις, καὶ τὸν ἐπὶ Θρᾷκας αὐτῷ δεδομένον στρατὸν εἰς τὴν Ἰταλίαν διαγαγόντα· ἐπελέγοντο δὲ καὶ τὴν ἄλλην αὐτοῦ μετὰ Καίσαρα προαίρεσιν, ἔν τε τῇ πόλει φανερῶς δορυφορηθέντος ὑπὸ τοσῶνδε λοχαγῶν, καὶ περὶ τὴν οἰκίαν ὥσπερ ἄκραν ὅπλοις καὶ συνθήμασι κεχρημένου, καὶ τἄλλα σοβαρωτέρου σφίσι φανέντος, ἢ κατὰ τὴν ἐτήσιον ἀρχήν. Λεύκιος δὲ Πείσων, ὁ τῷ Ἀντωνίῳ τὴν ἀποδημίαν ἐπιτροπεύων, ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα Ῥωμαίων ἐπιφανὴς, ὅσοι τε ἄλλοι τῷ Πείσωνι δι' αὐτὸν ἢ δι' Ἀντώνιον ἢ κατ' οἰκείαν γνώμην προσετίθεντο, καλεῖν αὐτὸν ἐς κρίσιν ἠξίουν· ὡς οὐ πάτριον σφίσιν, ἀκρίτου καταδικάζειν, οὐδ' εὐπρεπὲς τοῦ χθὲς ὑπάτου τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, οὗ γε μάλιστα συνεχεῖς ἐπαίνους ἄλλοι τε καὶ Κικέρων αὐτὸς εἶπε πολλάκις. Ἡ δὲ βουλὴ, τότε μὲν ἀγχώμαλοι ταῖς γνώμαις ἐς νύκτα περιῆλθον. Ἅμα δ' ἕῳ περὶ τῶν αὐτῶν ἐς τὸ βουλευτήριον συνελέγοντο· ἔνθα, τῶν Κικερωνείων

pugna solent fieri, nisi quod abstinebatur cædibus. Quo spectaculo delectatus, et libenter occasionem liberalitatis arripiens, denuo bis mille sestertios viritim eis distribuit : quod si certamine opus fuerit, vicies millenos victoribus pollicitus. Atque ita donativi largitate mercenarios suos sibi Cæsar devinxit.

XLIX. Quæ dum in Italia geruntur, interim in Gallia Decimum Antonius jubebat migrare in Macedoniam, quo et pareret populo, et sibimet ipse parceret. Ille ad Antonium remisit allatas sibi a senatu literas, demonstravitque « nihilo minus apud se valere debere voluntatem senatus, quam apud Antonium populi. » Hinc quum Antonius ei præfinivisset diem, ad quam, ni provincia sibi decessisset, pro hoste haberetur, monuit eum Decimus, ut sui ipsius causa proferret eum terminum, ne citius ipse hostis a senatu judicaretur. Tum Antonius, quum facile potuisset delere ejus exercitum, etiam tum in castris agentem, maluit prius ad oppida promovere copias, nec illa excludebant eum. Itaque Decimus, veritus, ne ullum eorum posthac sibi pateret, literas finxit, velut a senatu ad se datas, quibus ipse cum exercitu Romam vocaretur : ingressusque iter versus Italiam, omnibus ut abeuntem libenter excipientibus, postquam Mutinam, urbem opulentam, pervenit obiter, portas clausit; et annonam Mutinensium ad usus exercitus sui comportavit, mactatorumque jumentorum carnes salivit, si forte contingeret diuturnior obsidio : atque ibi exspectavit Antonium. Habebat autem in exercitu gladiatores multos, et legiones tres; quarum una ex tironibus constabat, reliquæ duæ antea quoque militarant ejus auspiciis, ipsi fidissimæ. Antonius vero, cum ira eo delatus, Mutinam circumvallavit, Decimumque obsidione cinxit.

L. Romæ Calendis ineuntis anni consules novi, Hirtius et Pansa, mox a sacrificio in ipsum templum convocarunt senatum contra Antonium. Ibi Cicero ejusque amici censebant hostem eum judicandum, quoniam Galliam, invito senatu, ceu arcem contra patriam, vi et armis occupasset, et exercitum adversus Thracas ipsi datum transvexisset in Italiam. Addebant, nova eum post Cæsarem de dominatu agitare consilia, quod in Urbe propalam magno centurionum numero sese stipasset, ædesque suas tamquam arcem munivisset armis et tesseris, omniaque superbius egisset quam deceret annuum magistratum. At L. Piso, qui absentis Antonii vices curabat, vir cum primis illustris, aliique Pisoni sive propter ipsum, sive propter Antonium, sive quod per se ita sentirent, adstipulantes, censebant, diem Antonio esse dicendam; quandoquidem alienum esset a majorum institutis, civem indicta causa damnare, et alioqui parum deceret, eum qui pridie consul fuisset, pro hoste haberi postridie, præsertim toties tamque ample laudatum et ab aliis et ab ipso Cicerone. Ita senatus eo die, sententiis æqualiter fere divisis, ad noctem usque protractus est. Postridie vero primo mane patres rursum coierunt in curiam; et prægravante Ciceronis factione, ex senatusconsulto hostis judica-

ἐπιβαρούντων, ἐψήφιστο ἂν ὁ Ἀντώνιος πολέμιος, εἰ μὴ τῶν δημάρχων Σαλούϊος ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκέλευσεν ἀναθέσθαι. Ἔστι δὲ ἐν τοῖς ἄρχουσιν ὁ κωλύων ἀεὶ δυνατώτερος.

LI. Οἱ μὲν δὴ Κικερώνειοι καὶ τούτῳ μάλα φορτικῶς ἐνύβριζον, καὶ τὸν δῆμον ἐκδραμόντες ἠρέθιζον ἐπ' αὐτὸν, καὶ τὸν Σαλούϊον ἐς αὐτὸν ἐκάλουν. Ὁ δὲ ἀκαταπλήκτως ἐξέτρεχεν, ἕως ἡ βουλὴ κατέσχε, δείσασα μὴ μεταπείσειε τὸν δῆμον, ἐς μνήμην ἀγαγὼν Ἀντωνίου. Οὐ γὰρ ἠγνόουν καταγιγνώσκοντες ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς πρὸ δίκης, οὐδ' ὅτι τὴν Κελτικὴν ὁ δῆμος αὐτῷ δεδώκει· ἀλλ', ὑπὲρ τῶν σφαγέων δεδιότες, ὠργίζοντο πρώτῳ μετὰ τὴν ἀμνηστίαν ἀνακινήσαντι τὰ κατ' αὐτούς. Διὸ καὶ τῷ Καίσαρι ἐς αὐτὸν προκατεχρῶντο· καὶ ὁ Καῖσαρ οὐκ ἀγνοῶν, ᾑρεῖτο καὶ αὐτὸς ὅμως προκαθελεῖν τὸν Ἀντώνιον. Τοιᾷδε μὲν ἡ βουλὴ γνώμῃ τὸν Ἀντώνιον εἶχεν ἐν ὀργῇ. Ἀναθέμενοι δὲ τὴν ψῆφον ὡς ὁ δήμαρχος ἐκέλευεν, ἐψηφίσαντο ὅμως, Δέκμον τε ἐπαινέσαι, οὐκ ἐκστάντα Ἀντωνίῳ τῆς Κελτικῆς, καὶ τοῖς ὑπάτοις Ἱρτίῳ καὶ Πάνσᾳ Καίσαρα συστρατηγεῖν οὗ νῦν ἔχει στρατοῦ, ἐπίχρυσόν τε αὐτοῦ εἰκόνα τεθῆναι, καὶ γνώμην αὐτὸν ἐσφέρειν ἐν τοῖς ὑπατικοῖς ἤδη, καὶ τὴν ὑπατείαν αὐτὴν μετιέναι τοῦ νόμου θᾶσσον ἐτῶν δέκα, ἔκ τε τοῦ δήμου δοθῆναι τοῖς τέλεσι τοῖς ἐς αὐτὸν ἀπὸ Ἀντωνίου μεταστᾶσιν, ὅσον αὐτοῖς ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τῇ νίκῃ δώσειν ὑπέσχετο. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ψηφισάμενοι, διελύθησαν, ὡς τὸν Ἀντώνιον ἔργῳ διὰ τῶνδε εἰδέναι πολέμιον ἐψηφισμένον, καὶ τὸν δήμαρχον ἐς τὴν ἐπιοῦσαν οὐδὲν ἔτι ἀντεροῦντα. Ἀντωνίου δὲ ἡ μήτηρ καὶ ἡ γυνὴ καὶ παῖς ἔτι μειράκιον, οἵ τε ἄλλοι οἰκεῖοι καὶ φίλοι, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἐς τὰς τῶν δυνατῶν οἰκίας διέθεον ἱκετεύοντες· καὶ μεθ' ἡμέραν ἐς τὸ βουλευτήριον ἰόντας ἠνώχλουν, ῥιπτούμενοί τε πρὸ ποδῶν σὺν οἰμωγῇ καὶ ὀλολυγαῖς καὶ μελαίνῃ στολῇ παρὰ ταῖς θύραις ἐκβοῶντες. Οἱ δὲ ὑπό τε τῆς φωνῆς, καὶ ὑπὸ τῆς ὄψεως καὶ μεταβολῆς εἰς τοσοῦτον αἰφνιδίου γενομένης, ἐκνάμπτοντο. Δείσας δ' ὁ Κικέρων, ἐδουληγόρησεν ὧδε·

LII. « Ἃ μὲν ἔδει γνῶναι περὶ Ἀντωνίου, ἐχθὲς ἔγνωμεν. Οἷς γὰρ αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς ἐτιμῶμεν, τούτοις ἐψηφιζόμεθα εἶναι πολέμιον. Σαλούϊον δὲ τὸν μόνον ἐμποδὼν γινόμενον, ἢ πάντων εἶναι χρὴ συνετώτερον, ἢ φιλίᾳ τάδε πράσσειν, ἢ τῶν ἐνεστώτων ἀμαθίᾳ. Ὧν τὸ μὲν, αἴσχιστόν ἐστιν ἡμῖν, εἰ δόξομεν ἀσυνετώτεροι πάντες ἑνὸς εἶναι· τὸ δὲ, αὐτῷ Σαλουΐῳ, εἰ φιλίαν τῶν κοινῶν προτιμῴη· ἀμαθῶς δ' αὐτὸν ἔχοντα τῶν παρόντων, ἔδει πιστεύειν ὑπάτοις ἀνθ' ἑαυτοῦ, καὶ στρατηγοῖς, καὶ δημάρχοις τοῖς συνάρχουσιν αὐτῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς· οἳ τοσοίδε τήν ἀξίωσίν τε καὶ τὸν ἀριθμὸν ὄντες, διά τε ἡλικίαν καὶ ἐμπειρίαν ὑπὲρ τὸν Σαλούϊον, καταγινώσκομεν Ἀντωνίου. Ἔστι δ' ἔν τε χειροτονίαις καὶ δίκαις ἀεὶ τὸ πλέον δικαιότερον. Εἰ δὲ καὶ νῦν ἔτι χρῄζει τὰς αἰτίας μαθεῖν, λελέξεται διὰ βραχέος, ὡς ἐν ἀναμνήσει, τὰ μέγιστα

tus fuisset Antonius, ni Salvius tribunus plebis rem integram differri jussisset in crastinum. Semper autem in magistratibus potior est vetantis auctoritas.

LI. Id Ciceroniani admodum graviter ferentes, in Salvium etiam conjiciebant convicia; et procurrentes in forum, concitabant contra eum populum, ipsumque Salvium ad causam populo reddendam evocabant. Et prodiisset ille intrepide, ni retentus fuisset a senatu; verito, ne concione sua mutaret animum populi, renovata Antonii memoria. Norant enim, damnare se injudicatum virum perillustrem, cui provincia illa ab ipso populo data fuisset : sed quia timebant percussoribus, infensi erant Antonio, quod post decretam oblivionem primus res eorum novis turbis implicuisset. Ideoque Cæsaris opera contra illum prius uti volebant. Quod quamquam non latebat Cæsarem, tamen et ipse per se sublatum prius Antonium cupiebat. Sic igitur affecto erga Antonium senatu, suffragia tunc quidem ex tribuni plebis voluntate dilata sunt : interim tamen ex senatusconsulto laudatus est Decimus, quod Gallia non decessisset Antonio : additumque decreto, ut cum Hirtio et Pansa consulibus pari imperio Cæsar præesset eis quas tum habebat copiis, et aurata ei poneretur statua : utque sententiam posthac inter consulares Cæsar diceret; et jus petendi consulatus haberet decennio ante ætatem legitimam : denique ut duabus legionibus, quæ ad eum ab Antonio transierant, donativum, quantum ipse Cæsar post victoriam se daturum pollicitus esset, redderetur ex publico. » His factis senatusconsultis, digressus est senatus; sperans, jam reipsa hoste judicato Antonio, in crastinum nil amplius contradicturum tribunum plebis. Sed Antonii mater et uxor, cum filio admodum adolescentulo, aliisque familiaribus ejus et amicis, per totam noctem ad ædes potentum discurrebant supplicantes; et postridie atratæ objiciebant se senatoribus in curiam euntibus ad pedes eorum accidentes cum lamentis ejulatuque, et vociferantes pro curiæ foribus. Jamque ad voces earum et aspectum, tantamque repentinam mutationem, flectebantur haud pauci. Quapropter exitum rei metuens Cicero, in hanc sententiam apud Patres concionatus est :

LII. « Quæ decernenda fuerunt de Antonio, ea heri decrevimus, P. C. Nam hoc ipso, quod inimicos ejus honoravimus, hostis ipse judicatus est. Salvius vero, qui solus intercessit, oportet aut plus cæteris omnibus sapiat, aut propter amicitiam hoc faciat, aut propter præsentis rerum status ignorantiam. Quorum illud quidem turpissimum nobis fuerit, si videbimur universi minus quam unus sapere : hoc vero ipsi Salvio, si privatam amicitiam præfert reipublicæ. Quod si autem statum præsentem non intelligit reipublicæ, debuerat non tam sibi ipse credere, quam consulibus, prætoribus, et tribunis collegis suis, cæterisque senatoribus : qui, quum tot simus numero tantaque dignitate, et cum ætate tum usu rerum superiores Salvio, condemnandum censemus Antonium. Est autem in suffragiis et in judiciis semper major pars justior. Quod si vero nunc etiam cupit causas sibi reddi, earum præcipuas

αὐτῶν. Τὰ χρήματα ἡμῶν, Καίσαρος ἀποθανόντος, ἐσφετερίσατο Ἀντώνιος· Μακεδονίας ἄρχειν παρ' ἡμῶν ἐπιτυχὼν, ἐπὶ τὴν Κελτικὴν ὥρμησε χωρὶς ἡμῶν· τὸν στρατὸν ἐπὶ Θρᾷκας λαβὼν, ἀντὶ Θρᾳκῶν ἐπήγαγεν ἡμῖν ἐς τὴν Ἰταλίαν· ἑκάτερα τούτων αἰτήσας ἡμᾶς ἐπ' ἐνέδρᾳ, καὶ οὐ λαβὼν, ἔπραξε δι' ἑαυτοῦ· σπεῖραν ἐν Βρεντεσίῳ βασιλικὴν συνέταξεν ἀμφ' αὑτὸν εἶναι, καὶ φανερῶς αὐτὸν ἐν τῇ πόλει σιδηροφοροῦντες ἄνδρες ἐδορυφόρουν τε καὶ ἐνυκτοφυλάκουν ὑπὸ συνθήματι· ἦγεν ἐκ τοῦ Βρεντεσίου καὶ τὸν ἄλλον στρατὸν ἐς τὴν πόλιν ἅπαντα, συντομώτερον ἐφιέμενος ὧν ἐπενόει Καῖσαρ· Καίσαρος δὲ αὐτὸν τοῦ νέου σὺν ἑτέρῳ στρατῷ φθάσαντος, ἔδεισε, καὶ ἐς τὴν Κελτικὴν ἐτράπετο, ὡς εὔκαιρον ἐφ' ἡμῖν ὁρμητήριον, ὅτι καὶ ὁ Καῖσαρ ἐκεῖθεν ὁρμώμενος ἐδυνάστευσεν ἡμῶν.

LIII. Τὴν στρατιὰν ἐπὶ τοῖσδε καταπλησσόμενος, ἵνα πρὸς μηδὲν αὐτῷ παρανομοῦντι κατοκνῇ, διεκλήρωσεν ἐς θάνατον, οὐ στασιάσαντας, ἢ φυλακὴν ἢ τάξιν ἐν πολέμῳ λιπόντας· ἐφ' ὧν μόνων ὁ στρατιωτικὸς νόμος τὴν οὕτως ὠμὴν ὥρισε τιμωρίαν, καὶ ὅμως αὐτῇ καὶ ἐπὶ τοῖσδε ὀλίγοι μόλις ἐν τοῖς πάνυ κινδύνοις ἐχρήσαντο ὑπ' ἀνάγκης· ὁ δὲ φωνῆς ἢ γέλωτος ἦγεν εἰς θάνατον τοὺς πολίτας, καὶ θάνατον οὐ τῶν ἐλεγχθέντων, ἀλλὰ τῶν διαλαχόντων. Τοιγαροῦν οἱ μὲν δυνηθέντες ἀπέστησαν αὐτοῦ, καὶ ὑμεῖς αὐτοῖς ὡς εὖ πράξασι δωρεὰς χθὲς ἐψηφίσασθε· οἱ δὲ οὐ δυνηθέντες ἀποδράναι, δεδιότες συναδικοῦσι, καὶ χωροῦσιν ἐπὶ χώραν ὑμετέραν πολέμιοι, καὶ πολιορκοῦσι στρατὸν ὑμέτερον καὶ στρατηγὸν ὑμέτερον, ᾧ γράφετε μὲν ὑμεῖς ἐμμένειν τῇ Κελτικῇ, Ἀντώνιος δ' ἐξιέναι κελεύει. Πότερον οὖν ἡμεῖς Ἀντώνιον ψηφιζόμεθα εἶναι πολέμιον, ἢ Ἀντώνιος ἡμᾶς ἤδη πολεμεῖ; καὶ ὁ δήμαρχος ἡμῶν ἔτι ἀγνοεῖ· μέχρι ἄρα Δέκμου πεσόντος ἥ τε χώρα, τοσήδε οὖσα, καὶ ὅμορος ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τῇ χώρᾳ ὁ Δέκμου στρατὸς, ἐς τὰς καθ' ἡμῶν ἐλπίδας Ἀντωνίῳ προσγένηται. Τότε γὰρ αὐτὸν, ὡς ἔοικεν, ὁ δήμαρχος ψηφιεῖται πολέμιον, ὅταν ἡμῶν γένηται δυνατώτερος. »

LIV. Ταῦτ' ἔτι τοῦ Κικέρωνος λέγοντος, οἱ φίλοι θορυβοῦντες ἀπαύστως οὐδενὶ ἀντειπεῖν ἐπέτρεπον· μέχρι Πείσωνος αὐτοῦ παρελθόντος, ἥ τε ἄλλη βουλὴ κατὰ αἰδῶ τοῦ ἀνδρὸς ἡσύχασε, καὶ οἱ τοῦ Κικέρωνος ἠνέσχοντο, καὶ ἔλεγεν ὁ Πείσων· « Ὁ μὲν νόμος, ὦ βουλὴ, δικαιοῖ τὸν εὐθυνόμενον αὐτὸν ἀκοῦσαί τε τῆς κατηγορίας, καὶ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ αὐτοῦ κρίνεσθαι· καὶ τὸν δεινότατον εἰπεῖν Κικέρωνα ἐς ταῦτα προκαλοῦμαι. Ἐπεὶ δὲ ὀκνεῖ μὲν παρόντος Ἀντωνίου κατηγορεῖν, ἀπόντος δ' ἐγκλήματά τινα εἶπεν, ὡς μέγιστα ἐκ πάντων καὶ ἀναμφίλογα ὄντα· παρῆλθον ἐγὼ, δείξων αὐτὰ ψευδῆ βραχυτάταις ἀποκρίσεσι. Τὰ χρήματά φησιν Ἀντώνιον τὰ κοινὰ μετὰ τὴν Καίσαρος τελευτὴν σφετερίσασθαι· τοῦ μὲν νόμου τὸν κλέπτην οὐ πολέμιον ἀποφαίνοντος, ἀλλὰ ὡρισμένῃ δίκῃ ζημιοῦντος· Βρούτου δὲ, τοῦ Καίσαρα κτείναντος, ἐν τῷ δήμῳ καὶ τότε κατηγορήσαντος, ὅτι ὁ Καῖσαρ τὰ χρήματα διεφόρησε,

paucis commemorabimus. Pecunias nostras post mortem Cæsaris usurpavit sibi Antonius: impetrata a nobis Macedonia provincia, in Galliam absque S. C. invasit : exercitum contra Thracias acceptum omissis Thracibus contra nos adduxit in Italiam: utrumque horum, quum insidiose a nobis petiisset, nec obtinuisset, auctoritate effecit propria : cohortem regiam Brundisii sibi adscivit, et propalam in Urbe stipavit se armato satellitio, quod pro ædibus noctu excubaret accepta tessera. Reliquum quoque exercitum omnem recta ad Urbem duxit, aspirans ad eadem quæ Cæsar destinaverat; sed a juvene Cæsare cum alio exercitu præventus, extimuit; vertitque se in Galliam, tanquam opportunam sedem belli adversus nos gerendi, quandoquidem et Cæsar illinc eruptione facta, nobis oppressis, rerum est potitus.

LIII. « In hos usus sævitia perterrefecit milites, quo magis ad omne facinus impigros redderet; decimavitque, non seditiosos, aut præsidiorum ordinumve desertores, quibus solis lex militaris tam sævam pœnam scripsit; qua tamen pœna et in hos non nisi pauci, ægre, et in periculosissimis rebus, necessitate exigente, usi sunt : iste vero ob unam quampiam voculam aut risum morte mulctavit cives, neque eos judicio convictos, sed sorte deprehensos. Quapropter, qui potuerunt, defecerunt ab eo; quibus vos, ut re bene gesta, decrevistis heri præmia. Qui vero non potuerunt aufugere, metu coacti grassantur cum illo, cujus ductu hostiliter invadunt vestram provinciam, vestrumque exercitum oppugnant, et vestrum prætorem : quem vos per literas hortamini, ut maneat in provincia, Antonius vero jubet decedere. Utrum igitur hostem nos judicabimus Antonium? an in nos ille hostiliter invadit? Et hæc tribunus noster adhuc ignorat; scilicet, donec, sublato D. Bruto, provincia tanta tamquam nobis finitima, et cum ea exercitus Decimi, in spem opprimendi nos accesserit Antonio. Nimirum tum demum tribunus videtur hostem eum judicaturus, ubi nobis ille superior evaserit. »

LIV. Vix ea finierat Cicero, quum tantus ab ejus amicis strepitus excitatus est, ut diu nemini contra dicturo præberetur silentium; donec Piso tandem ipse prodiit in medium, cujus reverentia et alios senatores et Ciceronianos tantisper sedavit, dum verba faceret in hunc modum : « Leges, patres conscripti, postulant ut reus ipse accusationem audiat, et dicta pro se causa exspectet judicum sententiam : quod nec Cicero negabit, accusator vehementissimus. Qui quoniam veritus est contra præsentem Antonium agere, maluitque in absentem nonnulla, veluti præcipua maximeque comperta, crimina congerere; in medium ego prodii, ut paucis, quam ea falsa sint, ostendam. Publicas pecunias, ait, Antonium post Cæsaris mortem sibi usurpasse! Quod ille si fecit, furi pœnam suam leges intentant, non hostem eum judicant. Atqui Brutus, quum interfecisset Cæsarem, jam tum pro concione Cæsarem accusavit, ab illo dilapidatas pecunias publicas, et vacuum relictum esse

καὶ κενὰ καταλέλοιπε τὰ ταμιεῖα· Ἀντωνίου δὲ μετ' οὐ πολὺ ζητεῖν αὐτὰ ψηφισαμένου, καὶ ὑμῶν ἀποδεξαμένων τε τὴν γνώμην καὶ κεκυρωκότων, καὶ γέρας τοῖς μηνύουσι δεκάτην ὑπεσχημένων, ἣν διπλασιάσομεν ἡμεῖς, εἴ τις Ἀντώνιον περὶ αὐτῶν ἔχοι τι διελέγχειν. Καὶ τάδε μὲν περὶ τῶν χρημάτων.

LV. Τὴν δὲ Κελτικὴν ἡγεμονίαν οὐκ ἐψηφισάμεθα μὲν ἡμεῖς Ἀντωνίῳ, ἔδωκε δὲ ὁ δῆμος νόμῳ, παρόντος αὐτοῦ Κικέρωνος, ᾧ τρόπῳ καὶ ἕτερα πολλάκις ἔδωκε, καὶ τήνδε τὴν ἡγεμονίαν αὐτὴν Καίσαρι πάλαι. Μέρος δ' ἐστὶ τοῦ νόμου, τὸν Ἀντώνιον, τὴν δεδομένην οἱ μετιόντα, Δέκμῳ μὴ παραχωροῦντι πολεμεῖν, καὶ τὸν στρατὸν ἀντὶ Θρακῶν οὐδὲν ἔτι κινουμένων ἐς τὴν Κελτικὴν ἐπὶ τὸν ἀντιλέγοντα μετάγειν. Ἀλλὰ Κικέρων Δέκμον μὲν οὐχ ἡγεῖται πολέμιον, ἐναντία τῷ νόμῳ τιθέμενον ὅπλα· Ἀντώνιον δὲ πολέμιον, τῷ νόμῳ συμμαχοῦντα. Εἰ δὲ αὐτὸν αἰτιᾶται τὸν νόμον, τοὺς θεμένους αἰτιᾶται· οὓς ἔδει μεταπείθειν, οὐχὶ συνθέμενον ὑβρίζειν, οὐδὲ τὴν χώραν Δέκμῳ μὲν πιστεύειν, ὃν ὁ δῆμος ἐδίωξεν ἐπὶ τῷ φόνῳ, Ἀντωνίῳ δὲ ἀπιστεῖν ὅ τι ὁ δῆμος ἔδωκεν. Οὐ γὰρ εὖ βουλευομένων ἐστὶ, διαστασιάζεσθαι πρὸς τὸν δῆμον ἐν καιροῖς μάλιστα ἐπικινδύνοις· οὐδὲ ἀμνημονεῖν, ὅτι καὶ τόδε αὐτὸ τοῦ δήμου πρότερον ἦν, τὸ κρίνειν τὰ φίλια καὶ πολέμια. Μόνος γὰρ ἐκ τῶν πάλαι νόμων ὁ δῆμος αὐτοκράτωρ εἰρήνης πέρι καὶ πολέμου σκοπεῖν· ὧν μηδὲν ὁ δῆμος ἐπιστήσειε, μηδὲ ἐπιμηνίσειεν ἡμῖν, προστάτου λαβόμενος.

LVI. Ἀλλ' ἔκτεινέ τινας τῶν στρατιωτῶν ὁ Ἀντώνιος. Αὐτοκράτωρ γε ὢν, καὶ ἐς τοῦτο ὑφ' ὑμῶν κεχειροτονημένος. Καὶ οὐδείς πω τῶνδε λόγον ὑπέσχεν αὐτοκράτωρ. Οὐ γὰρ ἔκριναν οἱ νόμοι λυσιτελήσειν ὑμῖν τὸν ἄρχοντα τοῖς στρατευομένοις ὑπεύθυνον εἶναι· οὐδ' ἔστιν ἀπειθείας τι χεῖρον ἐν στρατοπέδῳ, δι' ἣν καὶ νικῶντές τινες ἀνῃρέθησαν, καὶ οὐδεὶς ηὔθυνε τοὺς ἀνελόντας. Οὐδὲ τῶν νῦν συγγενὴς οὐδεὶς, ἀλλὰ Κικέρων, ἐπιμέμφεται· καὶ φόνου κατηγορῶν, πολέμιον κοινὸν ἀντὶ τῶν ὡρισμένων ἐπιτιμίων τοῖς φονεῦσι τίθεται. Ἀντωνίῳ δὲ τὸ στρατόπεδον ὅπως τε ἄτακτον ἦν, καὶ ὅπως κατεφρόνει, δηλοῖ καὶ τὰ μεταστάντα αὐτοῦ δύο τέλη· ἃ ὑμεῖς μὲν ἐψηφίσασθε Ἀντωνίῳ στρατεύειν, αὐτομολήσαντα δὲ παρὰ τοὺς στρατιωτικοὺς νόμους, οὐ πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' ἐς Καίσαρα, ὁ Κικέρων ὅμως ἐπῄνεσε, καὶ ἐκ τῶν κοινῶν ἐχθὲς ἐμισθοδότησε· καὶ μή ποτε ὑμᾶς λυπήσειε τὸ παράδειγμα. Κικέρωνα δὲ ἐς ἀνωμαλίαν ἐξέστησεν ἡ ἔχθρα. Κατηγορεῖ γὰρ Ἀντωνίου τυραννίδα, καὶ κόλασιν στρατιωτῶν, ἀεὶ τῶν ἐπιβουλευόντων τὰ στρατεύματα θεραπευόντων, οὐ κολαζόντων. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ὤκνησεν οὐδὲ τὴν ἄλλην Ἀντωνίου μετὰ Καίσαρα ἀρχὴν ὡς τυραννικὴν διαβαλεῖν, φέρε πύθωμαι καθ' ἕκαστον ὧδε.

LVII. Τίνα ἔκτεινεν ὡς τύραννος ἄκριτον, ὁ νῦν κινδυνεύων ἀκρίτως; τίνα δ' ἐξέβαλε τῆς πόλεως; τίνα δὲ ἡμῖν διέβαλεν; ἢ καθ' ἕνα μὲν τοιόσδε ἦν, ἐπεβού-

ærarium. Antonius vero paulo post etiam de inquisitione earum ad vos retulit et vos arripuistis ejus sententiam, eamque confirmastis, et præmium indicibus partem decimam proposuistis : cujus præmii nos duplum repræsentabimus, si potest Antonium quisquam hujus fraudis convincere. Hactenus de peculatu responsum sit.

LV. « Jam Galliam provinciam non nos Antonio decrevimus : plebiscito eam obtinuit, præsente ipso Cicerone; quemadmodum alii sæpe alias provincias, et hanc ipsam Cæsar antea. Ei plebiscito ascriptum est debere Antonium, ni D. Brutus ei advenienti decedat provincia, bello illum persequi, et, quia Thraces nihil novi moliuntur, exercitum in Galliam contra pertinacem transportare. Sed Cicero Decimum pro hoste non habet, arma ferentem contra legem : Antonium hostem judicat, armis utentem ex legis præscripto. Quod si legem accusat, auctores ejus accusat : quibus eam dissuadere debuerat; non, postquam semel assensit, insultare : et Antonio potius provinciam credere, quam populi beneficio accepit, quam Decimo, quem populus propter homicidium expulit. Nec enim consultum est, dissidere a populo, præsertim periculosis temporibus; aut oblivisci, hoc ipsum judicium olim penes populum fuisse, quinam vel pro amicis, vel pro hostibus reipublicæ essent habendi. Antiquo enim jure solus populus belli pacisque arbiter est : quæ jura, fidei nunc nostræ commissa, videamus, ne populus offensus nobis rursus eripiat, si ducem ad hoc et patronum fuerit nactus.

LVI. « At occidit aliquot milites Antonius! Occidit pro imperio, quod vestris consecutus est suffragiis : nec ullus umquam imperator hujus facti rationem reddidit : nec enim legislatoribus visum est esse e republica, militibus rationem reddi a ducibus : nec est quidquam in exercitu pejus contumacia; ob quam etiam nonnulli, licet victores, occisi sunt; neque quisquam reos fecit hos, qui eos occiderant. Ne nunc quidem ex cognatis eorum, qui supplicio affecti sunt, conqueritur quisquam; sed Cicero queritur; et, cui cædis crimen objicit, hunc, non contentus homicidarum pœna legibus definita, facit hostem publicum. Quamvis, quam seditiosus fuerit Antonii exercitus, quam insolens in imperatorem, satis ostendunt duæ illæ desertrices legiones, quæ vestro decreto jussæ militare Antonio, contra disciplinam militarem ab eo transfugerunt, et quidem non ad vos, sed ad Cæsarem : quod tamen eorum factum laudavit Cicero, et præmium eis ex ærario dari heri censuit. Quod exemplum superi faxint, ne quando nobis triste fiat! Cæterum Ciceronem ad miram etiam inconstantiam transversum egit inimicitia : accusat enim Antonii tyrannidem et animadversionem in milites : quum semper consueverint insidiatores reipublicæ obsequiis et indulgentia potius emereri favorem exercituum, quam alienare a se eorum animos per sævitiam. Quoniam autem non piguit Ciceronem, reliquum etiam Antonii post Cæsaris cædem imperium omne, ut tyrannicum, calumniari; age, disquiramus hoc pacto singula!

LVII. « Quemnam igitur indicta causa, ut tyrannus, occidit is cui nunc absenti hoc intentatur periculum? quem ex Urbe expulit? quem umquam apud nos calumniatus est?

λευε δὲ πᾶσιν ὁμοῦ; Πότε, ὦ Κικέρων; ὅτε τὴν ἀμνηστίαν ἐκύρου τῶν γεγονότων; ἢ ὅτε μηδένα διώκεσθαι φόνου; ἢ ὅτε ζήτησιν εἶναι τῶν κοινῶν χρημάτων; ἢ ὅτε Πομπήϊον τὸν Πομπηΐου τοῦ ὑμετέρου κατεκάλει, καὶ τὴν πατρῴαν ἐκ τῶν δημοσίων αὐτῷ διέλυε περιουσίαν; ἢ ὅτε τὸν Ψευδομάριον λαβὼν ἐπιβουλεύοντα ἀπέκτεινε, καὶ ἐπηνέσατε πάντες; καὶ τοῦτο μόνον δι' ὑμᾶς οὐ διέβαλε Κικέρων; ἢ ὅτε ἐψηφίζετο, μὴ εἰσηγεῖσθαι περὶ δικτάτωρος μηδένα, μήτε ἐπιψηφίζειν, ἢ νηποινεὶ πρὸς τοῦ θέλοντος ἀποθνήσκειν; Ταῦτα γάρ ἐστιν ἃ ἐπολιτεύσατο ἡμῖν Ἀντώνιος ἐν δύο μησὶν, οἷς μόνοις ἐπέμεινε τῇ πόλει μετὰ Καίσαρα, ἄρτι μὲν τοῦ δήμου τοὺς φονέας διώκοντος, ἄρτι δὲ ὑμῶν δεδιότων ἐπὶ τοῖς ἐσομένοις· οὗ τίνα καιρὸν, εἰ πονηρὸς ἦν, ἀμείνονα εἶχεν; Ἀλλ' ἐς τὰ ἐναντία οὐκ ἦρχε. Πῶς; οὐ μόνος ἦρχεν, ἀποδημήσαντος ἐπὶ Συρίας Δολοβέλλα; οὐ στρατὸν εἶχεν ἕτοιμον ἐν τῇ πόλει, τὸν ὑφ' ἡμῶν αὐτῷ δεδομένον; οὐκ ἐνυκτοφυλάκει τὴν πόλιν; οὐκ ἐνυκτοφυλακεῖτο διὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλήν; οὐ πρόφασιν εἶχε τὴν σφαγὴν Καίσαρος, φίλου τέ οἱ καὶ εὐεργέτου ὄντος, καὶ τῷ δήμῳ μάλιστα ὑπεραρέσκοντος; οὐχ ἑτέραν εἶχεν οἰκείαν, ἐπιβεβουλευμένος ἐς τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν; ὧν ἔκτεινε μὲν ἢ ἐφυγάδευσεν οὐδένα, συνέγνω δὲ ὅσον εἶχε μέτρου καλῶς, καὶ διδομένας αὐτοῖς ἡγεμονίας οὐκ ἐφθόνησε δοθῆναι; Τὰ μὲν δὴ μέγιστα, ὦ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀναμφίλογα Κικέρωνος ἐς τὸν Ἀντώνιον ἐγκλήματα ὁρᾶτε.

LVIII. Ἐπεὶ δέ γε ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασι καὶ μαντεύματα ἐπάγουσιν, ὡς ὁ Ἀντώνιος ἔμελλε μὲν τὸν στρατὸν ἄξειν ἐπὶ τὴν πόλιν, δείσειε δὲ προλαβόντος αὐτὴν ἑτέρῳ στρατῷ Καίσαρος· πῶς οὖν, εἰ τὸ μελλῆσαι μόνον ἐστὶν ἀνδρὸς πολεμίου, τὸν ἐλθόντα καὶ παραστρατοπεδεύσαντα ἡμῖν ἀσήμαντον, οὐχ ἡγεῖται πολέμιον; Πῶς δ', εἴπερ ἦλθεν ὁ Ἀντώνιος, οὐκ ἀφίκετο; ἢ τρισμυρίους ἔχων συντεταγμένους ἔδεισε τρισχιλίους τοὺς ἀμφὶ τὸν Καίσαρα ὄντας ἀνόπλους, ἀσυντάκτους, ἐς μόνας Καίσαρι διαλλαγὰς συνελθόντας, καὶ εὐθὺς ὡς ἔγνωσαν πολεμεῖν αἱρούμενον καταλιπόντας; Εἰ δὲ μετὰ τρισμυρίων ἐλθεῖν ἔδεισε, πῶς ἦλθε μετὰ μόνων χιλίων; μεθ' ὧν αὐτὸν ἐς τὸ Τίβυρον ἐξιόντα πόσοι προεπέμπομεν, καὶ πόσοι συνώμνυμεν οὐχ ὁρκούμενοι; Πόσους δὲ Κικέρων ἐπαίνους ἐς τὴν πολιτείαν αὐτοῦ καὶ ἀρετὴν ἀνάλισκε; Πῶς δ' αὐτὸς Ἀντώνιος, εἴ τι τοιοῦτον ἐγίγνωσκε, τὰ ἐνέχυρα τὰ νῦν ὄντα πρὸ τοῦ βουλευτηρίου κατέλιπεν ἡμῖν, μητέρα καὶ γυναῖκα καὶ μειράκιον υἱόν; οἳ κλαίουσι καὶ δεδίασι νῦν, οὐ τὴν Ἀντωνίου πολιτείαν, ἀλλὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν δυναστείαν.

LIX. Ταῦτα μὲν δὴ πρὸς ὑμᾶς ἐξενήνοχα, δεῖγμα τῆς Ἀντωνίου τε ἀπολογίας, καὶ Κικέρωνος μεταβολῆς. Παραίνεσιν δ' ἐπιθήσω τοῖς εὖ φρονοῦσι, μήτε ἐς τὸν δῆμον, μήτε ἐς Ἀντώνιον, ἁμαρτάνειν, μηδὲ ἔχθρας καὶ κινδύνους ἐπάγειν τοῖς κοινοῖς, νοσούσης ἔτι τῆς πολιτείας, καὶ ἀπορούσης τῶν ὀξέως ἀμυνούντων· δύ-

an, singulis nihil molestus, universorum insidiatus est libertati? Quando tandem, Cicero? Utrum, quum legem de oblivione anteactorum pertulit? an quum illam de reis non faciendis percussoribus? an quum Sextum, Pompeii vestri filium, revocandum, bonaque paterna ex ærario ei persolvenda, censuit? an quum Pseudo-Marium, turbatorem pacis, comphensum mulctavit capite, cunctis vobis collaudantibus? et hoc calumniari tunc Cicero propter vos solos non est ausus? an quum legem de dictatura in perpetuum ita tollenda tulit, ut impune cuivis liceat occidere eum, qui illam revocare velit? Hæc enim sunt ejus acta publica duorum mensium, quibus solis [*an* solus?] in Urbe mansit post necem Cæsaris : modo interfectores populo persequente, modo vobis de futuro solicitis : quo tempore, si malus civis fuisset Antonius, quod aliud exspectare poterat tempus sibi opportunius? At contra adversarios, ait, nihil egit! Qui, an non solus administravit omnia, profecto in Syriam Dolabella? an non acceptum a vobis præsidium habuit in Urbe paratum? an non nocturnis Urbem munivit custodiis? an excubias circa se disposuit ob aliud, quam ob inimicorum insidias? an non satis ei ad id causæ fuit ipsa cædes Cæsaris, amici sui, optime de ipso meriti, et apud populum gratiosissimi? an non ad illam alia etiam propria accessit causa, cum capitalibus insidiis peteretur ab eisdem percussoribus? quorum neminem tamen vel occidit, vel in exilium egit; quibus etiam quantum tandem licuit, ignovit, nec invidit eis dari provincias. Hæc sunt, ut videtis, Patres conscripti, illa præcipua maximeque manifesta crimina, quæ Antonio objicit Cicero.

LVIII. « Sed quoniam quidam, criminatione non contenti, divinationes quoque addunt, venturum fuisse Antonium in Urbem hostiliter cum exercitu, sed id consilium mutasse metu Cæsaris, qui eam præoccupasset : qui sit tandem, ut, quum solum hujusmodi consilium hostile videatur, non pro hoste habeatur is qui et venit, et tantum non obsedit nos, quamquam ne insignia quidem imperii habens? aut quid obstabat, ne veniret Antonius, si destinaverat? nisi forte justum exercitum triginta millium habens, timuit tria millia Cæsarianorum semiermium, nullos ordines servantium, qui in hoc tantum venerant, ut ei conciliarent Cæsarem; quem, ut primum cognoverunt moliri bellum, confestim deseruerunt? Quod si non ausus est venire cum triginta millibus, quo tandem pacto cum mille solis venit? cum quibus ex Urbe petentem Tibur quam frequentes nos deduximus! quam frequentes ultro sacramentum eidem diximus! Quantas vero et Cicero laudes in ejus acta virtutesque congessit! Aut quomodo Antonius ipse, si quid tale cogitabat, hos nobis reliquit obsides, qui nunc versantur ante curiam? matrem, inquam, et uxorem, et filium adolescentulum : qui nunc flent ac timent, non propter acta Antonii, sed propter inimicorum dominationem.

LIX. « Habetis P. C. specimen defensionis Antonii, et Ciceronis inconstantiæ. Superest, ut horter quotquot recte sapiunt, ne vel populum offendant, vel Antonium; neque in civitatem simultates et pericula invehant, ægrotante adhuc republica, et egente maturo auxilio : utque Urbem,

ναμιν δ' ἐν τῇ πόλει συστησαμένους, πρὶν θορυβῆσαί τι τῶν ἔξω, τὴν ἀρκέσουσαν, τότε τοῖς ἑκάστοτε ἐπείγουσιν ἐφεδρεύειν, καὶ κρίνειν οὓς ἂν ἐθέλητε, δυναμένους τὸ κεκριμένον τελεῖν. Πῶς οὖν ἔσται ταῦτα; Ἐὰν Ἀντώνιον μὲν ἐῶμεν ἐς πρόφασιν ἢ χάριν τοῦ δήμου τὴν Κελτικὴν ἔχειν, Δέκμον δὲ μετὰ τριῶν ὧν ἔχει τελῶν ἐνθάδε καλῶμεν, καὶ ἀφικόμενον ἐκπέμπωμεν ἐς Μακεδονίαν, τὰ τέλη κατασχόντες. Εἰ δὲ καὶ τὰ ἀπ' Ἀντωνίου μεταστάντα δύο πρὸς ἡμᾶς μετέστη, καθάπερ φησὶ Κικέρων, καὶ τάδε καλῶμεν ἀπὸ τοῦ Καίσαρος εἰς τὴν πόλιν. Οὕτω γὰρ πέντε τελῶν ἡμῖν ὑπαρχόντων, ψηφιζοίμεθα ἂν ὅ τι δοκιμάζοιμεν ἐγκρατῶς, ἐς οὐδενὸς ἀνδρὸς ἐλπίδας αἰωρούμενοι.

LX. Καὶ τάδε μὲν εἴρηται τοῖς ἄνευ φθόνου καὶ φιλονεικίας ἀκροωμένοις. Τοῖς δὲ ἀπερισκέπτως καὶ ἀπαρασκεύως δι' οἰκείαν ἔχθραν ἢ φιλονεικίαν ἐκθορυβοῦσιν ὑμᾶς, κριτὰς παραινῶ μὴ ταχεῖς εἶναι, μηδὲ προπετεῖς ἐς ἄνδρας μεγίστους τε, καὶ στρατιᾶς ἄρχοντας ἱκανῆς, μηδὲ ἄκοντας ἐκπολεμοῦν· ἀναμιμνησκομένους Μαρκίου τε τοῦ Κοριολάνου, καὶ τὰ ἔναγχος δὴ ταῦτα Καίσαρος· ὃν στρατιᾶς ὁμοίως ἡγούμενον, καὶ σπονδὰς ἀρίστας ἂν ἡμῖν γενομένας προτείνοντα, προπετῶς πολέμιον ψηφισάμενοι, τῷ ὄντι πολέμιον ἠνάγκασαν γενέσθαι· φείδεσθαι δὲ καὶ τοῦ δήμου, πρὸ βραχέος τοῖς φονεῦσι τοῖς Καίσαρος ἐπιδραμόντος, μὴ ἐς ὕβριν αὐτοῦ δοκῶμεν τοῖς μὲν ἡγεμονίας ἐθνῶν διδόναι, Δέκμον δὲ ἐπαινεῖν, ὅτι τοῦ δήμου νόμον ἀκυροῖ, καὶ Ἀντώνιον πολέμιον κρίνειν, ὅτι τὴν Κελτικὴν ἔλαβε παρὰ τοῦ δήμου. Ὧν τοὺς μὲν εὖ βουλευομένους ἐνθυμεῖσθαι χρὴ ὑπὲρ τῶν ἔτι πλανωμένων, τοὺς δ' ὑπάτους καὶ δημάρχους πλείονας κινδυνεύουσι τοῖς κοινοῖς γενέσθαι. »

LXI. Ὧδε μὲν ὁ Πείσων ἀπελογεῖτο, καὶ ὠνείδιζεν ὁμοῦ καὶ ἐφόβει· καὶ σαφῶς αἴτιος ἐγένετο μὴ ψηφισθῆναι πολέμιον Ἀντώνιον. Οὐ μὴν ἐκράτησε, τῆς Κελτικῆς αὐτὸν ἄρχειν. Οἱ γὰρ τῶν σφαγέων φίλοι τε καὶ συγγενεῖς ὑπὸ δέους ἐκώλυσαν, μὴ τοῦ πολέμου λυθέντος ἐπεξέλθοι τὸν φόνον, Καίσαρι συναλλαγείς· διὸ καὶ στασιάζειν ἀεὶ παρεσκεύαζον Καίσαρά τε καὶ Ἀντώνιον. Ἐψηφίσαντο δ', Ἀντωνίῳ προαγορεῦσαι, Μακεδονίαν ἀντὶ τῆς Κελτικῆς ἔχειν· τὰς δὲ ἄλλας ἐντολάς, εἴτε λαθόντες, εἴτ' ἐξεπίτηδες, Κικέρωνα συγγράψαι τε καὶ δοῦναι τοῖς πρεσβεύουσι προσέταξαν. Ὁ δέ, τὴν γνώμην παραφέρων, συνέγραφεν ὧδε· Μουτίνης Ἀντώνιον εὐθὺς ἀπανίστασθαι, καὶ Δέκμῳ τὴν Κελτικὴν μεθιέναι· ἐντὸς δὲ Ῥουβίκωνος ποταμοῦ, τοῦ τὴν Ἰταλίαν ὁρίζοντος ἀπὸ τῆς Κελτικῆς, ἡμέρᾳ ῥητῇ γενόμενον, ἐπιτρέψαι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἅπαντα τῇ βουλῇ. Οὕτω μὲν φιλονείκως τε καὶ ψευδῶς ἐντολὰς ὁ Κικέρων συνέγραφεν· οὐδεμιᾶς ἔχθρας τοσῆσδε ὑπούσης, ἀλλ', ὡς ἔοικε, τοῦ δαιμονίου τὰ κοινὰ ἐς μεταβολὴν ἐνοχλοῦντος, καὶ αὐτῷ Κικέρωνι κακῶς ἐπινοοῦντος. Ἄρτι δὲ καὶ τῶν Τρεβωνίου λειψάνων κομισθέντων, καὶ τῆς ἐς αὐτὸν ὕβρεως γνωσθείσης

priusquam externus aliquis tumultus ingruat, ante omnia idoneo firmetis præsidio, ac tunc demum reliquis rebus, prout quæque præsentissimum remedium postulat, prospiciatis; et tum demum in judicium vocetis condemnetisve quos volueritis, quum decreta vestra exsequendi facultas adfuerit. Quomodo igitur fient hæc? Si Antonio Galliam, populi causa, a quo eam accepit, relinquamus: D. Brutum vero, cum tribus quas habet legionibus, huc evocatum, mittamus in Macedoniam, retento hic ejus exercitu. Præterea quod si duæ illæ legiones, quæ Antonium deseruerunt, ad nos transierunt, ut ait Cicero, has quoque a Cæsare in Urbem revocemus. Sic enim freti quinque legionibus, senatusconsulta constanter valideque faciemus quæcunque placuerint, a nullius mortalis gratia pendentes.

LX. « Et hæc quidem dicta sint his, qui me audiunt absque invidiæ contentionisque affectibus. Cæterum hos qui inconsiderate incogitanterque propter proprias simultates ac contentiones vos conturbant, hortor, ne præcipitent judicium contra viros egregios, et magnis præfectos exercitibus, neve invitos ad bellum cogant: meminerintque et Marcii Coriolani, et horum quæ ab ipso Cæsare nuper gesta sunt; quem quia pariter imperantem exercitui, et nobis optimas conditiones pacis offerentem, temere hostem judicavimus, ut revera hostis fieret, perpulimus: denique rationem habeant populi, qui paulo ante impetum fecit in percussores Cæsaris; ne videamur in ipsius populi contumeliam eis dare provincias, et D. Brutum laudare quod plebiscitum irritum faciat, Antonium autem hostem judicare, quod Galliam a populo acceperit. Quapropter debent qui recte sentiunt, errantes in viam reducere: consules vero et tribuni plebis majorem curam impendere debebunt periclitanti reipublicæ. »

LXI. Hæc Piso verba fecit pro Antonio, exprobrans simul et terrens: effecitque procul dubio, ne hostis Antonius judicaretur. Nec tamen pervicit, ut ei Gallia decerneretur provincia: nam percussorum cognati et amici obstiterunt, metuentes, ne, redeunte pacem necem Cæsaris vindicaret, cum juvene Cæsare in gratiam reversus: quapropter semper quoque alebant eorum dissidium. Decretumque est, ut offerretur Antonio Macedonia pro Gallia: cætera mandata, vel imprudentes, vel consulto, commiserunt Ciceroni perscribenda, et per legatos ad Antonium mittenda. Quæ Cicero, mutata paulisper senatus sententia, conscripsit in hunc modum: Antonius a Mutina confestim abscedito; D. Bruto Galliam relinquito; intra Rubiconem, Italiæ Galliæque terminum, ante præstitutum diem se recipito, resque suas cunctas arbitrio senatus permittito. Ita et contentiose et contra senatus sententiam Cicero mandata conscripsit; non tam propter simultatem, ut videtur, quæ quidem magna erat, quam sic volente fortuna, gravem reipublicæ mutationem allatura, ipsique Ciceroni meditante perniciem. Eodem autem tempore, allatis Trebonii reliquiis, cogni-

ἀκριβέστερον, οὐ δυσχερῶς ἡ βουλὴ τὸν Δολοβέλλαν ἔκρινεν εἶναι πολέμιον.

LXII. Οἱ δ' ἐς τὸν Ἀντώνιον ἀπεσταλμένοι πρέσβεις, αἰδούμενοι τῶν ἐντολῶν τὸ ἀλλόκοτον, οὐδὲν μὲν ἔφασαν, αὐτὰς δ' ἐπέδοσαν αὐτῷ. Καὶ ὁ Ἀντώνιος σὺν ὀργῇ πολλὰ ἔς τε τὴν βουλὴν καὶ τὸν Κικέρωνα ἀπεῤῥίπτει· θαυμάζων, ὅτι Καίσαρα μὲν, τὸν τὰ μέγιστα ὠφελήσαντα τὴν ἀρχὴν, ἡγοῦνται τύραννον ἢ βασιλέα, Κικέρωνα δὲ οὐ νομίζουσιν· ὃν Καῖσαρ μὲν εἷλε πολέμῳ, καὶ οὐκ ἀπέκτεινε· Κικέρων δὲ τοὺς ἐκείνου φονέας προτίθησι τῶν φίλων αὐτοῦ, καὶ Δέκμον Καίσαρι μὲν ὄντα φίλον ἐμίσει, ἀνδροφόνον δὲ αὐτοῦ γενόμενον ἀγαπᾷ· καὶ τῷ μὲν παρ' οὐδενὸς μετὰ Καίσαρα λαβόντι τὴν Κελτικὴν προστίθεται, τῷ δὲ παρὰ τοῦ δήμου λαβόντι πολεμεῖ. Τῶν τε ἐψηφισμένων μοι τελῶν τοῖς μὲν αὐτομολήσασι γέρα δίδωσι, τοῖς δὲ παραμείνασιν οὔ· διαφθείρων οὐκ ἐμοὶ μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ πόλει, τὰ στρατιωτικά. Καὶ τοῖς μὲν ἀνδροφόνοις ἀμνηστίαν ἔδωκεν, ᾗ κἀγὼ συνεθέμην διὰ δύο ἄνδρας αἰδεσίμους· Ἀντώνιον δὲ καὶ Δολοβέλλαν ἡγεῖται πολεμίους, ὅτι τῶν δεδομένων ἐχόμεθα. Ἥδε γάρ ἐστιν ἡ ἀληθὴς αἰτία· κἂν ἀποστῶ τῆς Κελτικῆς, οὔτε πολέμιος οὔτε μόναρχός εἰμι. Ταῦτα μέντοι μαρτύρομαι, λύσειν τὴν οὐκ ἀγαπωμένην ἀμνηστίαν.

LXIII. Τοιάδε πολλὰ εἰπὼν ὁ Ἀντώνιος, ἀντέγραφε τῷ δόγματι· τῇ μὲν βουλῇ πεισθῆναι ἂν ἐς ἅπαντα ὡς πατρίδι, Κικέρωνι δὲ τῷ συγγράψαντι τὰς ἐντολὰς ὧδε ἀποκρίνεσθαι· Ὁ δῆμος ἔδωκέ μοι τὴν Κελτικὴν νόμῳ, καὶ Δέκμον ἀπειθοῦντα τῷ νόμῳ μετελεύσομαι, καὶ τοῦ φόνου δίκας ἀπαιτήσω μόνον ὑπὲρ ἁπάντων, ἵνα καὶ ἡ βουλὴ καθαρεύσῃ ποτὲ τοῦ μύσους, ἐμπιπλαμένη νῦν διὰ Κικέρωνα Δέκμῳ βοηθοῦντα. Τάδε μὲν ὁ Ἀντώνιος εἶπέ τε καὶ ἀντέγραψε. Καὶ ἡ βουλὴ αὐτὸν αὐτίκα ἐψηφίζετο εἶναι πολέμιον, καὶ τὸν ὑπ' αὐτῷ στρατὸν, εἰ μὴ ἀποσταῖεν αὐτοῦ· Μακεδονίας δὲ καὶ τῆς Ἰλλυρίδος αὐτῆς, καὶ τῶν ἐν ἀμφοτέραις ὑπολοίπων στρατῶν, Μάρκον Βροῦτον ἄρχειν, μέχρι καταστταίη τὰ κοινά. Ὁ δὲ ἴδιόν τε εἶχεν ἤδη στρατὸν, καὶ παρὰ Ἀπουληΐου τινὰ προσειλήφει, καὶ ναῦς εἶχε μακράς τε καὶ ὁλκάδας, καὶ χρημάτων ἐς μύρια καὶ ἑξακισχίλια τάλαντα, καὶ ὅπλα πολλὰ, ὅσα ἐν Δημητριάδι Γαΐῳ Καίσαρι ἐκ πολλοῦ γιγνόμενα εὗρεν· οἷς ἅπασιν αὐτὸν ἡ βουλὴ τότε ἐψηφίζετο ἐς τὰ συμφέροντα τῆς πατρίδος χρῆσθαι. Ἐψηφίσαντο δὲ καὶ Κάσσιον ἄρχειν τε Συρίας, καὶ πολεμεῖν Δολοβέλλᾳ· τούς τε ἄλλους, ὅσοι τινὲς ἔθνους ἢ στρατοῦ Ῥωμαίων ἄρχουσιν ἀπὸ τῆς Ἰονίου θαλάσσης ἐπὶ τὴν ἕω, πάντας ὑπακούειν ἐς ὅ τι προστάσσοι Κάσσιος ἢ Βροῦτος.

LXIV. Ὧδε μὲν ὀξέως, σὺν ἀφορμῇ, τοὺς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἐξελάμπρυνον. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἕκαστα μαθὼν, ἠπόρητο· τὴν μὲν ἀμνηστίαν ἡγούμενος εὐπρέπειαν ἐσχηκέναι φιλανθρωπίας, καὶ ἔλεον συγγενῶν ἀνδρῶν καὶ ὁμοτίμων· καὶ τὰς βραχυτέρας ἡγεμονίας, ἀσφάλειαν· Δέκμῳ τε τὴν Κελτικὴν βεβαιοῦντας, Ἀν-

tisque ludibriis quibus ille erat affectus, senatus, nemine magnopere obstante, Dolabellam hostem judicavit.

LXII. Legati a senatu ad Antonium missi, quum puderet eos mandatorum tam insolentium, nihil aliud præfati, ea ipsa illi tradiderunt. Et iratus Antonius multa in senatum ac Ciceronem effudit: « Mirari se, Cæsarem quidem, optime de Romano imperio meritum, haberi pro tyranno regeque: Ciceronem vero non haberi, qui, quum a Cæsare jure belli captus, et salvus et incolumis esset dimissus, nunc percussores ejus præferat amicis ejusdem; et D. Brutum, quamdiu fuerat Cæsaris amicus, oderit, nunc parricidam diligat; eidemque, qui a nemine post Cæsarem Galliam acceperit, faveat, se vero oppugnet, qui populi beneficio illam provinciam obtinuerit. Ex legionibusque, inquit, quas senatusconsulto accepi, transfugis præmia Cicero decernit, manentes in officio vacuas dimittit: adeoque milites disciplinamque militarem corrumpit, non magis meo incommodo, quam reipublicæ. Præterea parricidis oblivionem concessit, cui et ego assensi, propter duos viros honoratos: Antonium vero et Dolabellam habet pro hostibus, quia, quæ nobis tradita sunt, ademta nobis nolumus. Hæc enim est causa præcipua: et si decessero de Gallia, tum nec hostis fuero, nec affectator monarchiæ. Hoc tamen protestor, irritam me facturum illam, qua contenti esse nolunt, oblivionem. »

LXIII. Talia multa locutus Antonius, rescripsit ad senatusconsultum: « futurum se in senatus potestate, amore patriæ: Ciceroni vero, qui mandata perscripserit, ita se respondere: Populus lege lata Galliam mihi dedit; itaque D. Brutum legi non parentem armis persequar; et pœnas ab ipso uno pro omnibus percussoribus expetam; ut senatus etiam purus tandem fiat a piaculo, cui nunc obnoxius est propter Ciceronem faventem Decimo. » Hæc Antonii dicta scriptaque postquam ad senatum relata sunt, continuo et ipse Antonius hostis judicatus est, et simul exercitus ejus, ni confestim eum relinqueret. Macedonia cum Illyrico et copiis, quæ in utraque provincia supererant, M. Bruto data est, donec constituta esset respublica. Isque jam proprium habebat exercitum, et insuper ab Apuleio nonnihil militum acceperat, habebatque naves cum longas, tum onerarias, et pecuniæ circiter sedecim millia talentorum, armorumque magnum numerum, quæ Demetriade a Cæsare multo ante parata invenerat: quibus rebus omnibus eum tunc senatus uti jussit ad commoda reipublicæ. Cassius quoque ex eodem S. C. præfectus est Syriæ, et bellum Dolabellæ inferre jussus: adscriptumque est senatusconsulto, ut quicunque provinciis exercitibusve populi Romani præessent, a mari Supero ad Orientem usque, omnes Cassii Brutique imperata facerent.

LXIV. Ita brevi momento, data occasione, res M. Bruti Cassiique præclare a senatu auctæ sunt. Quibus singulis cognitis, Cæsar perplexus fuit consilii, quod « oblivionem quidem arbitrabatur speciem habuisse humanitatis, et miserationis erga viros cognatos honoreque pares; minoresque provincias eis securitatis causa fuisse concessas; denique, quod Galliam Decimo confirmasset senatus, id potuisse

τωνίῳ δόξαι περὶ τυραννίδος διαφέρεσθαι, ᾧ προσποιήματι καὶ αὐτὸν ὑπάγεσθαι κατ' Ἀντωνίου. Τὸ δὲ καὶ Δολοβέλλαν πολέμιον ψηφίσασθαι δι' ἕνα τῶν ἀνδροφόνων ἀναιρεθέντα, καὶ Βρούτῳ καὶ Κασσίῳ τὰς ἡγεμονίας ἐς τὰ μέγιστα ἔθνη διαλλάξαι, στρατόπεδά τε δοῦναι πολλὰ ἀθρόως καὶ χρήματα, καὶ ἡγεμόνας ἡγεμόνων ἀποφῆναι πάντων, ὅσοι πέραν εἰσὶ τῆς Ἰονίου θαλάσσης, σαφῶς εἶναι τὴν μὲν Πομπηΐου μοῖραν αὐξόντων, τὴν δὲ Καίσαρος καθαιρούντων. Ἐνεθυμεῖτο δὲ καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ὡς μειράκιον τέχνης, εἰκόνα μὲν αὐτῷ καὶ προεδρίαν παρασχόντων, καὶ ἀντιστράτηγον ἀποφηνάντων, ἔργῳ δὲ ἴδιον αὐτοῦ τὸν στρατὸν ὄντα ἀφαιρουμένων· ὑπάτων γὰρ συστρατηγούντων, οὐδὲν εἶναι τὸν ἀντιστράτηγον. Τά τε γέρα, τοῖς ἀπὸ Ἀντωνίου μόνοις μεταστᾶσιν ἐψηφισμένα, τοὺς αὐτῷ στρατευομένους ἀτιμοῦν· καὶ τὸν πόλεμον ὅλως αὐτῷ μὲν αἰσχύνην ἔχειν, ἔργῳ δὲ τὴν βουλὴν ἀποχρήσασθαί οἱ κατὰ Ἀντωνίου, μέχρι καθέλωσιν αὐτόν.

LXV. Ταῦτα λογιζόμενος, ἐπέκρυπτε· καὶ, θύων ἐπὶ τῇ δεδομένῃ ἀρχῇ, πρὸς τὸν στρατὸν ἔφη· « Καὶ τάδε μοι παρ' ὑμῶν, ὦ συστρατιῶται, γέγονεν· οὐ νῦν, ἀλλ' ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν ἐδίδοτε. Καὶ γὰρ ἡ βουλὴ δι' ὑμᾶς ἔδωκεν. Ὥστε ἐμὲ καὶ τούτων ἴστε τὴν χάριν ὑμῖν ὀφλήσοντα, καὶ, ἣν οἱ θεοὶ παρέχωσιν εὐπραγεῖν, ἀποδώσοντα ἀθρόως. » Ὁ μὲν οὑτωσὶ τὸν στρατὸν οἰκειούμενος ὑπήγετο. Τῶν δὲ ὑπάτων Πάνσας μὲν ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν ἐξενάγει· Ἵρτιος δὲ τῷ Καίσαρι τὸν στρατὸν ἐμερίζετο, καὶ, ὡς αὐτῷ παρὰ τῆς βουλῆς ἐν ἀποῤῥήτῳ λέλεκτο, ἐς τὸ μέρος ᾔτει τὰ δύο τέλη τὰ παρὰ Ἀντωνίου μεταστάντα, εἰδὼς τάδε ὄντα τοῦ στρατοῦ τὸ ἀξιολογώτατον. Καὶ ὁ μὲν Καῖσαρ ἅπαντα συνεχώρει· μερισάμενοι δὲ ἐχείμαζον μετ' ἀλλήλων. Παροδεύοντος δὲ τοῦ χειμῶνος ἤδη, Δέκμος μὲν ἔκαμνεν ὑπὸ λιμοῦ, Ἵρτιος δὲ καὶ Καῖσαρ ἐς τὴν Μουτίνην ἐχώρουν, μὴ κάμνοντα τὸν Δέκμου στρατὸν ὁ Ἀντώνιος παραλάβοι. Ἀκριβῶς δὲ τῆς Μουτίνης φυλασσομένης ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου, πανσυδὶ μὲν οὐ συνεπλέκοντο αὐτῷ, Πάνσαν περιμένοντες· ἱππομαχίαι δ' ἦσαν πυκναὶ, πολὺ μὲν πλείους ἱππέας ἔχοντος Ἀντωνίου· τοῦ πεδίου δὲ ἡ δυσχέρεια, διὰ χειμάῤῥους ἐκτεταφρευμένου, τὴν πλεονεξίαν τὸ πλῆθος ἀπεστέρει.

LXVI. Καὶ τάδε μὲν ἦν ἀμφὶ τῇ Μουτίνῃ. Τὰ δ' ἐν Ῥώμῃ, τῶν ὑπάτων οὐ παρόντων, ὁ Κικέρων ἦγεν ὑπὸ δημοκοπίας. Καὶ συνεχεῖς ἦσαν ἐκκλησίαι· ὅπλα τε εἰργάζετο συναγαγὼν τοὺς δημιουργοὺς ἀμισθὶ, καὶ χρήματα συνέλεγε, καὶ βαρυτάτας ἐσφορὰς τοῖς Ἀντωνίου φίλοις ἐπετίθει. Οἱ δὲ ἑτοίμως εἰσέφερον, ἐκλυόμενοι τὴν διαβολήν· μέχρι Πούπλιος Οὐεντίδιος, ἐστρατευμένος τε Γαΐῳ Καίσαρι, καὶ Ἀντωνίῳ φίλος ὢν, οὐκ ἤνεγκε τὴν βαρύτητα τοῦ Κικέρωνος, ἀλλ' ἐς τὰς Καίσαρος ἀποικίας ἐκδραμὼν ὡς γνώριμος, δύο ἐς τὸν Ἀντώνιον ἀνεστράτευσε τέλη, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην συλλαβεῖν Κικέρωνα ἠπείγετο. Τότε μὲν δὴ θόρυβός τε ἦν ἄπλετος, καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας ὑπεξέ-

odio Antonii factum videri, ob affectatam ab illo tyrannidem; quo prætextu et se fuisse a senatu adductum, ut ab Antonio dissidium faceret. Hunc autem, quod Dolabella hostis sit judicatus propter occisum unum ex parricidis; quod M. Bruto Cassioque imperium rursus datum sit in amplissimas provincias; quod maximi exercitus magnaque vis pecuniæ illis sit tradita, subjectique eorumdem imperio sint reliqui omnes transmarinarum provinciarum præsides: id vero manifeste pertinere ad augmentum Pompeianarum partium, et detrimentum Cæsarianarum. » Veniebant in mentem et artes illæ, quibus contra se, tamquam adolescentulum, uteretur senatus: « statuam sibi delatam et præsidentiam, honoremque proprætoris, sed revera ablatum proprium exercitum: dum enim exercitui simul præsint consules, auctoritatem proprætoris evanescere. Deinde præmia, solis Antonianis transfugis decreta, pertinere ad reliquorum suorum militum ignominiam. Denique bellum hoc omnino cum suo dedecore esse conjunctum; et senatum revera nihil aliud agere, nisi ut sua abutatur opera contra Antonium, tantisper dum illum e medio sustulerit. »

LXV. Has autem cogitationes intra se comprimens Cæsar, sacris magistratus sui aditialibus peractis, sic compellavit exercitum: « Hunc quoque honorem vobis, commilitones, fero acceptum: non nunc demum, sed ex quo mihi imperium vos obtulistis. Nam et senatus propter vos mihi hunc honorem contulit. Quare scitote, me et hanc vobis habiturum gratiam, et cumulate eam, si dii cœpta fortunaverint, relaturum. » Sic ille comitate demerebatur exercitum. Consulum vero alter, Pansa, per Italiam parabat auxilia; alter, Hirtius, copias partiebatur cum Cæsare: et, sicut a senatu clam mandatum acceperat, poscebat pro sua portione duas illas legiones quæ ab Antonio transierant; quod sciret, hoc esse robur exercitus. Quæ postquam Cæsar omnia fieri passus est, ambo cum suis una hiemarunt. Progrediente autem hieme, Brutus fame laborabat. Cujus exercitum laborantem ne Antonius in deditionem acciperet, Hirtius Mutinam properavit cum Cæsare. Quæ quum arcte obsideretur ab Antonio, signis collatis dimicare cum eo non placuit, donec Pansa advenisset: equitum tantum crebra fuere certamina, Antonianis numero superantibus; quod tamen eis parum proderat, quia planities illa crebris interrupta erat torrentibus.

LXVI. Dum hæc ad Mutinam geruntur: in Urbe interim per consulum absentiam Cicero populum regebat quotidianis fere concionibus; arma parabat, gratuita fabrorum opera; pecunias colligebat, vexans Antonianos potissimum gravissimis exactionibus. Et hi quidem promte conferebant, quo minus paterent calumniis: donec P. Ventidius, qui sub Cæsare ordines duxerat, tunc amicus Antonii, non ferens importunitatem Ciceronis, excurrit in deductas a Cæsare colonias: et, quia ob virtutem notus apud veteranos erat, duabus legionibus revocatis ad Antonii militiam, ad Urbem properavit, Ciceronem comprehensurus. Tum vero tanta subito trepidatio exorta est, ut, rebus desperatis, passim

φερον οἱ πλείους μετὰ δυσελπιστίας, καὶ ὁ Κικέρων τῆς πόλεως ἀπεδίδρασκε. Καὶ ὁ Οὐεντίδιος μαθὼν, ἐς τὸν Ἀντώνιον ἀνέστρεφε. Διακλειόμενος δὲ ὑπὸ Καίσαρός τε καὶ Ἱρτίου, ἐς τὴν Πικηνῖτιδα παρῆλθε· καὶ τέλος ἄλλο συλλογίσας, ἐφήδρευε τοῖς ἐσομένοις. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Καίσαρα, τοῦ Πάνσα μετὰ στρατιᾶς πλησιάζοντος, Καρσουλήϊον αὐτῷ προσέπεμπον, ἄγοντα τὴν Καίσαρος στρατηγίδα τάξιν καὶ τὸ Ἄρειον τέλος, ἐς βοήθειαν τῆς διόδου τῶν στενῶν. Ὁ δὲ Ἀντώνιος τῶν μὲν στενῶν ὑπερεῖδεν, ὡς οὐδὲν πλέον ἢ κωλύσων ἐν αὐτοῖς· ἐπιθυμίᾳ δὲ ἀγῶνος, οὐκ ἔχων τοῖς ἱππεῦσιν ἐλλαμπρύνασθαι διὰ τὸ πεδίον ἑλωδέστερον ὂν καὶ τεταφρευμένον, δύο ἐνήδρευσε τέλη τὰ ἄριστα ἐν τῷ ἕλει· τῆς ὁδοῦ, χειροποιήτου καὶ στενῆς οὔσης, ἑκατέρωθεν τῷ δόνακι κρύπτων.

LXVII. Καρσουληΐου δὲ καὶ Πάνσα τὰ στενὰ νυκτὸς διαδραμόντων, ἅμα δ' ἡμέρᾳ μόνοις τοῖς Ἀρείοις καὶ πέντε ἄλλαις τάξεσιν ἐς τὴν χειροποίητον ὁδὸν ἐσβαλόντων ἔτι καθαρεύουσαν πολεμίων, καὶ τὸ ἕλος ἑκατέρωθεν ὂν περισκεπτομένων· ὅ τε δόναξ διακινούμενος ὑπωπτεύετο, καὶ ἀσπὶς ἤδη πού καὶ κράνος ἐξέλαμπε, καὶ ἡ στρατηγὶς Ἀντωνίου τάξις αὐτοῖς αἰφνίδιον ἐπεφαίνετο ἐκ τοῦ μετώπου. Οἱ δ' Ἄρειοι περιειλημμένοι τε πάντοθεν, καὶ οὐδαμόσε διαδραμεῖν ἔχοντες, ἐκέλευον νεολέκτους, εἰ παραγένοιντο, μὴ συνεφάπτεσθαι σφίσι τῶν πόνων, ὡς μὴ συνταράξειαν αὐτοὺς ὑπὸ ἀπειρίας· τῇ στρατηγίδι δὲ Ἀντωνίου τὴν Καίσαρος στρατηγίδα ἀντέταξαν· αὐτοὶ δὲ ἐς δύο διαιρεθέντες, ἐνέβαινον ἐς ἑκάτερον ἕλος, καὶ αὐτοῖς ἐπεστάτουν τῇ μὲν ὁ Πάνσας, τῇ δὲ ὁ Καρσουλήϊος. Δύο δὲ τῶν ἑλῶν ὄντων, δύο ἦσαν οἱ πόλεμοι, τῇ διόδῳ εἰργόμενοι μὴ γιγνώσκειν τὰ ἀλλήλων· καὶ κατὰ τὴν δίοδον αὐτὴν αἱ στρατηγίδες πόλεμον ἄλλον ἐφ' ἑαυτῶν ἐπολέμουν. Γνώμη δὲ ἦν τοῖς μὲν Ἀντωνίου, τοὺς Ἀρείους ἀμύνασθαι τῆς αὐτομολίας, οἷα προδότας σφῶν γενομένους· τοῖς δ' Ἀρείοις, ἐκείνους τῆς ὑπεροψίας τῶν ἐν Βρεντεσίῳ διεφθαρμένων. Συνειδότες τε ἀλλήλοις, τὸ κράτιστον ὡς εἴη τῆς ἑκατέρου στρατιᾶς, ἤλπιζον ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ μόνῳ τὸν πόλεμον κρινεῖν. Καὶ τοῖς μὲν αἰδὼς ἦν, τὸ, δύο τέλεσιν οὖσιν, δι' ἑνὸς ἡσσᾶσθαι· τοῖς δὲ φιλοτιμία, μόνοις τῶν δύο κρατῆσαι.

LXVIII. Οὕτω μὲν ἀλλήλοις ἐπῄεσαν, διωργισμένοι τε καὶ φιλοτιμούμενοι σφίσι μᾶλλον ἢ τοῖς στρατηγοῖς, οἰκεῖον ἡγούμενοι τόδε ἔργον. Ὑπὸ δὲ ἐμπειρίας οὔτε ἠλάλαξαν, ὡς οὐκ ἐκπλήξοντες ἀλλήλους· οὔτε ἐν τῷ πόνῳ τις αὐτῶν ἀφῆκε φωνὴν, οὔτε νικῶν, οὔτε ἡσσώμενος. Περιόδους δὲ οὐκ ἔχοντες οὔτε δρόμους, ὡς ἐν ἕλεσι καὶ τάφροις, ἀραρότως συνίσταντο· καὶ οὐδέτεροι τοὺς ἑτέρους ὤσασθαι δυνάμενοι, τοῖς ξίφεσιν ὡς ἐν πάλῃ συνεπλέκοντο· πληγή τε οὐδεμία ἦν ἀργὸς, ἀλλὰ τραύματα, καὶ φόνοι, καὶ στόνοι μόνον ἀντὶ βοῆς· ὅ τε πίπτων εὐθὺς ὑπεξεφέρετο, καὶ ἄλλος ἀντικαθίστατο. Παραινέσεων δὲ ἢ ἐπικελεύσεων οὐκ ἐδέοντο, δι' ἐμπειρίαν ἕκαστος ἑαυτοῦ στρατηγῶν. Ὅτε δὲ καὶ

migraretur cum uxoribus et liberis, et Cicero ex Urbe profugeret. Quo cognito, Ventidius iter vertit ad Antonium: sed quum intercluderetur a Cæsare et Hirtio, in Picenum se contulit: ubi, nova insuper conscripta legione, observabat quo res vergeret. Pansæ autem cum exercitu advenienti Cæsar atque Hirtius Carsuleium miserunt obviam, cum prætorianis Cæsaris et legione Martia, quo tutius penetraret montium angustias. Quas quidem angustias Antonius occupare contemserat, quod nihil aliud ibi agere posset, quam prohibere transitu hostes. Sed quum cupidus esset Marte decernere, neque vero egregiam ullam operam exspectaret ab equitibus, in planitie plus satis palustri et fossis intercisa; duas robustissimas legiones in arundinetis paludis ex utroque latere angusti aggeris, per quam via erat munita, disposuit in insidiis.

LXVII. Postquam vero Pansa cum Carsuleio superatis noctu faucibus evasit, et primo mane sola Martia legio cum quinque aliis cohortibus aggerem ingressa est, qua parte nihil erat hostium; circumspectantibus utrimque palustria, primum arundinum motus suspicionem injecit, mox et galearum clypeorumque fulgor hinc illinc intermicuit, et repente prætoriani Antonii a fronte exorti sunt. Ibi Martii circumventi undique, nullo patente effugio, jusserunt tirones, ubi advenissent, abstinere a conflictu, ne ordines sibi turbarent per imperitiam: et prætorianis Antonii prætorianos Cæsaris opposuerunt; ipsi, bifariam divisi, utrimque paludem ingressi sunt, hinc Pansa, illinc Carsuleio ducibus. Sic in duabus paludibus duo sunt commissa prælia, medio aggere conspectum utrimque adimente; et in ipso aggere prætoriani utrarumque partium propriam pugnam inierunt. Et Antoniani quidem constituerant de Martiis, sui desertoribus, pœnas tamquam de proditoribus sumere: Martii contra de illis, tamquam neglectim passis commilitones suos contrucidari ad Brundusium. Consciique sibi utrique, quod in ipsis situm esset robur utriusque exercitus, sperabant, hoc uno conflictu de summa rerum iri decretum: alteros pudore incitante, ne uni legioni duæ cederent; alteros laudis cupidine, ut soli duas vincerent.

LXVIII. Sic mutuis incitati odiis, et suo potius nomine quam imperatorum contendentes, ita alteri alteros aggressi sunt, tanquam suam rem agerent: et ut veteranos decebat contra veteranos exercitatosque nec clamore militari in primo congressu usi sunt ad perterrendos adversarios, nec in ipso conflictu quisquam vocem emisit, sive vinceret, sive succumberet. Quumque in paludibus et fossis nulla posset esse concursatio, pugnabant in vestigio: et quoniam neutri propellere alteros poterant, cominus, ut in lucta, conserebant manus, gladiisque rem agebant, nullo fallente ictu. Itaque sanguinis atque cædis plena erant omnia; et pro clamore non nisi gemitus audiebantur; et, ut quisque cadebat, confestim e medio ferebatur, aliusque in ejus locum succedebat. Nec opus erat monitis aut cohortationibus, quod ob diutinum rei militaris usum quisque sibi dux esset. Quo-

κάμοιεν, ὥσπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἐς ἀναπνοὴν ὀλίγον ἀλλήλων διίσταντο, καὶ αὖθις συνεπλέκοντο. Θάμβος τε ἦν τοῖς νεήλυσιν ἐπελθοῦσι, τοιάδε ἔργα σὺν εὐταξίᾳ καὶ σιωπῇ γιγνόμενα ἐφορῶσι.

LXIX. Πονουμένων δὲ ὧδε πάντων ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην, ἡ μὲν στρατηγὶς ἡ Καίσαρος ἅπασα διεφθάρη· τῶν δὲ Ἀρείων οἱ μὲν ὑπὸ τῷ Καρσουληΐῳ μᾶλλον ἐκράτουν τῶν κατὰ σφᾶς, οὐκ αἰσχρῶς, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον, ἐνδιδόντων. Οἱ δὲ ὑπὸ τῷ Πάνσᾳ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐβαροῦντο, διεκαρτέρουν δ' ὅμως ἐπ' ἴσης ἑκάτεροι, μέχρι Πάνσας ὀβελῷ τὴν λαγόνα τρωθεὶς, ἐς Βονωνίαν ἐξεφέρετο. Τότε γὰρ οἱ κατ' αὐτὸν ἀνεχώρουν, ἐπὶ πόδα πρῶτον· εἶτα μεταβαλόντες, ὀξύτερον, ὡς ἐν φυγῇ. Καὶ οἱ νεήλυδες, ἰδόντες, ἔφευγον ἀτάκτως καὶ μετὰ βοῆς ἐς τὸ χαράκωμα, ὅπερ αὐτοῖς ἐξείργαστο ὁ ταμίας Τορκουάτος, συνεστώσης ἔτι τῆς μάχης, ὑπονοήσας ἐν χρείᾳ γενήσεσθαι. Οἱ μὲν δὴ νεήλυδες ἐς αὐτὸ ἀτάκτως συνειλοῦντο, Ἰταλοὶ μὲν ὄντες ὁμοίως τοῖς Ἀρείοις· ἡ δὲ ἄσκησις ἄρα τοῦ γένους ἐς τοσοῦτον ἀρετῇ διαφέρει. Οἱ δὲ Ἄρειοι οὐκ εἰσῆλθον μὲν ἐς τὸ χαράκωμα αὐτοὶ ὑπὸ ἀδοξίας, ἀλλὰ παρ' αὐτὸ ἔστησαν· κατάκοποι δὲ ὄντες, ὤργων ὅμως, εἴ τις ἐπίοι, μέχρι τοῦ ἀναγκαίου τέλους διαγωνίσασθαι. Ἀντώνιος δὲ τῶν μὲν Ἀρείων ἀπέσχετο, ὡς ἐπιπόνων· τοῖς δὲ νεήλυσιν ἐπιδραμὼν, πολὺν εἰργάζετο φόνον.

LXX. Ἵρτιος δὲ ἐν Μουτίνῃ τῆς μάχης πυθόμενος, ἑξήκοντα στάδια ἀπεχούσης, ἵετο δρόμῳ μετὰ τοῦ ἑτέρου τέλους τῶν ἀπὸ Ἀντωνίου μεταστάντων. Ἤδη τε ἦν ὀψία δείλη, καὶ οἱ νικήσαντες τῶν Ἀντωνίου παιανίζοντες ἐπανῄεσαν· καὶ αὐτοῖς ὁ Ἵρτιος ἀσυντάκτοις οὖσιν ἐπιφαίνεται συντεταγμένος, ὁλοκλήρῳ τέλει καὶ ἀπαθεῖ. Οἱ δὲ συνετάχθησαν μὲν αὖθις ὑπ' ἀνάγκης, καὶ πολλὰ καὶ πρὸς τούσδε ἔργα λαμπρὰ ἐπεδείξαντο· οἷα δὲ ἀκμήτων ἡσσῶντο κεκμηκότες, καὶ τὸ πλεῖστον αὐτῶν μάλιστα τὸ ἔργον Ἱρτίου διέφθειρε, καίπερ οὐ διώκοντος αὐτοὺς ὑπὸ φόβου τῶν ἑλῶν. Καὶ τῆς ἑσπέρας ἤδη μελαινομένης, διέλυσεν αὐτούς. Καὶ τὸ ἕλος ἐπιπλεῖστον ἐπεπλήρωτο ὅπλων τε καὶ νεκρῶν καὶ ἀνδρῶν ἡμιθνήτων καὶ τετρωμένων, οἱ δὲ καὶ ἐρρωμένοι σφῶν ὑπὸ τοῦ κόπου κατεφρόνουν. Ἱππεῖς δὲ αὐτοὺς ἐξ Ἀντωνίου περιθέοντες, ὅσοι παρήσπιζον αὐτῷ, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἀνελέγοντο, καὶ τοὺς μὲν ἀντὶ σφῶν αὐτῶν, τοὺς δὲ σὺν ἑαυτοῖς, ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀνετίθεντο, ἢ τῆς οὐρᾶς ἀντεχομένους παρεκάλουν παρατροχάζειν, καὶ βοηθεῖν σφίσιν ἐς τὴν σωτηρίαν. Ὧδε μὲν Ἀντωνίῳ καλῶς ἀγωνισαμένῳ διέφθαρτο ἡ ἰσχὺς, διὰ Ἵρτιον ἐπελθόντα. Καὶ ηὐλίσατο ἐν κώμῃ παρὰ τὸ πεδίον ἀχαρακώτως· Ἀγορὰ Κελτῶν ἡ κώμη καλεῖται. Ἔπεσον δὲ, τῶν μὲν ἄλλων, ἀμφὶ τοὺς ἡμίσεας ἑκατέρων, καὶ ἡ στρατηγὶς ἡ Καίσαρος ἅπασα· Ἱρτίου δὲ ὀλίγοι.

LXXI. Τῆς δ' ἐπιούσης ἀνεζεύγνυον ἐς τὰ ἐν τῇ Μουτίνῃ στρατόπεδα πάντες. Γνώμη δ' ἦν, Ἀντωνίῳ μὲν, ἐπὶ τοσῷδε πταίσματι μὴ ἐπιχειρεῖν ἔτι τοῖς ἐχθροῖς

ties vero lassitudine deficiebant, sicut in gymnicis certaminibus, utrimque paululum pedem referebant tantisper dum respirarent, moxque pugnam redintegrabant; magno stupore supervenientium tironum, dum in tam acri certamine tam accurate servari ordines simul et silentium vident.

LXIX. Ita supra vires humanas omnibus laborem perferentibus, prætoriani Cæsaris ad unum deleti sunt: ex Martiis vero hi, qui sub Carsuleio erant, adversam aciem propulerunt, non turpiter cedentem, sed subducentem se paulatim: qui vero sub Pansa erant, eodem modo urgebantur; sustinebant tamen fortiter, donec Pansa veruto per ilia sauciatus, ex pugna elatus est Bononiam. Tum vero hac parte cœperunt pedem referre, paulatim primum; moxque conversi, concitatius, ut in fuga. Quo viso, tirones turbatis ordinibus refugerunt cum clamore intra vallum, quod Torquatus quæstor, usui fore credens, perfecerat, dum certamen ardebat. In illud igitur confertim et sine ordine tirones confluebant, quamvis et ipsi essent Italici generis æque ac Martii: tanto plus ad virtutem confert exercitatio, quam genus. At Martii non intra ipsum vallum se receperunt, metu ignominiæ; sed in proximo stantes, quamvis defessi, cupiditate tamen etiam tunc pugnandi flagrabant, si quis aggrederetur; parati ad ultimum eventum decernere. Sed Antonius a Martiis quidem abstinuit, cum quibus grave futurum fuerat certamen; tirones vero adortus, magnam cædem edebat.

LXX. Hirtius vero ad Mutinam certior factus de eo prælio, ad octavum inde lapidem commisso, cursim eo tetendit cum altera legione quæ ab Antonio defecerat. Jamque vesper appetebat, et victores Antoniani vitulantes revertebantur: quos Hirtius inordinatos ex improviso nactus est, ipse legionem ducens instructam et viribus numeroque integram. Illi vero, pro tempore instauratis ordinibus, tum quoque pugnarunt egregie; sed, ut fessi a recentibus, victi sunt, et majori ex parte hoc posteriori prælio ab Hirtio cæsi: qui quidem, timens palustria loca, ne persecutus quidem est hostem, sed ingruente crepusculo receptui cecinit. Jamque palus magna sui parte repleta erat armis et cadaveribus, inter quæ semineces jacebant et saucii; quidam etiam integri, qui præ lassitudine salutem quærere neglexerant. Quos Antonius, circummissis equitibus, quotquot tunc apud eum erant, per totam noctem recolligi jussit: et eorum alios alii ex equitibus equis suis pro se imponebant, alios in terga assumebant; alios hortabantur, ut apprehensa cauda juxta equos currerent, atque ita effugere conarentur. Sic Antonius, post egregiam pugnam, profligatus superventu Hirtii, divertit in vicum ei campo proximum, nullo vallo munitum, cui Forum Gallorum nomen est. Cecidit, ex cæteris, utrimque circiter dimidium exercitus, et tota prætoria cohors Cæsaris; ex Hirtianis vero pauci.

LXXI. Postrie ejus diei castra ad Mutinam posita repetiere omnes. Antonius post hanc cladem statuerat abstinere a prælio, etiam lacessentibus hostibus, et tantum quotidia-

μεγάλῃ μάχῃ, μηδ' ἐπιόντων ἀμύνεσθαι· διὰ δὲ τῶν ἱππέων τὰ ἐφήμερα μόνα αὐτοὺς ἐνοχλεῖν, μέχρι παραδῴη Δέκμος αὐτὸν, ἐς ἔσχατον ἤδη λιμοῦ τετρυμένος· Ἱρτίῳ δὲ καὶ Καίσαρι, διὰ τοῦτο μάλιστα, ἐς τὴν μάχην ἐπείγεσθαι. Ἐπεὶ δ' ἐκτάσσουσιν αὐτοῖς ὁ Ἀντώνιος οὐκ ἐπεξῆγεν, ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα τῆς Μουτίνης ἀφυλακτότερα ὄντα διὰ δυσχέρειαν ἐχώρουν, ὡς βιασόμενοι βαρεῖ στρατῷ παρεσελθεῖν ἐς αὐτήν. Καὶ ὁ Ἀντώνιος αὐτῶν ἐξήπτετο τοῖς ἱππεῦσι καὶ τότε μόνοις. Ἀμυνομένων δὲ κἀκείνων αὐτὸν ἱππεῦσι μόνοις, καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς χωρούσης ἐφ' ἃ ἐβούλοντο, δείσας ὁ Ἀντώνιος περὶ τῇ Μουτίνῃ, ἐξῆγε δύο τέλη· οἱ δὲ ἡσθέντες ἐπέστρεφον, καὶ ἐμάχοντο. Ἄλλα δὲ Ἀντωνίου τέλη καλοῦντος ἐκ τῶν ἄλλων στρατοπέδων, ὧν βραδέως ὡς ἐν αἰφνιδίῳ τε μετακλήσει καὶ μακρόθεν ἰόντων, ἐκράτουν οἱ τοῦ Καίσαρος τῇ μάχῃ· Ἵρτιος δὲ καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον ἐσήλατο τοῦ Ἀντωνίου, καὶ περὶ τὴν στρατηγίδα σκηνὴν μαχόμενος ἔπεσε. Καὶ αὐτοῦ τό τε σῶμα ὁ Καῖσαρ ἐσδραμὼν ἀνείλετο, καὶ τοῦ στρατοπέδου κατέσχεν· ἕως μετ' ὀλίγον ἐξεώσθη πρὸς Ἀντωνίου. Διενυκτέρευσαν δὲ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις ἑκάτεροι.

LXXII. Καὶ ὁ Ἀντώνιος, δευτέρᾳ τῇδε συμπεσὼν πληγῇ, συνεβουλεύετο τοῖς φίλοις εὐθὺς ἀπὸ τοῦ πόνου. Καὶ τοῖς μὲν ἐδόκει, τῆς προτέρας αὐτὸν γνώμης ἔχεσθαι, πολιορκοῦντα Μουτίνην, καὶ ἐς μάχην οὐκ ἐπεξιόντα· τό τε γὰρ πάθος ὅμοιον ἀμφοῖν γεγονέναι, καὶ Ἵρτιον ἀνῃρῆσθαι, καὶ Πάνσαν νοσεῖν, καὶ σφᾶς τοῖς ἱππεῦσι πλεονεκτεῖν, Μουτίνην τε ἐς ἔσχατον ἀφῖχθαι λιμοῦ, καὶ εὐθὺς ἐνδώσειν. Ὧδε μὲν ἤρεσκε τοῖς φίλοις, καὶ ἦν τὰ ἄριστα. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, ἤδη θεοῦ βλάπτοντος, ἐδεδοίκει, μὴ ἐς τὴν Μουτίνην ὁ Καῖσαρ, ὥσπερ ἐχθὲς, ἐπιχειρήσας ἐσδράμοι, ἢ αὐτὸν ἐπιχειρήσειε περιτειχίζειν, πλέον ἔχων τὸ ἐργάσιμον· «ἐν ᾧ καὶ τῶν ἱππέων, ἔφη, γιγνομένων ἡμῖν ἀχρήστων, ὑπερόψεταί με Λέπιδος καὶ Πλάγκος ἡττώμενον. Εἰ δὲ Μουτίνης ἐξανασταῖμεν, Οὐεντίδιός τε ἡμῖν αὐτίκα προσέσται, τρία τέλη φέρων ἐκ τῆς Πικηνίτιδος· καὶ Λέπιδος καὶ Πλάγκος ἐρρωμένως οἱ συμμαχήσουσι.» Ταῦτα ἔλεγεν, οὐκ ἄτολμος ἐν τοῖς κινδύνοις ἀνήρ· καὶ εἰπὼν, εὐθὺς ἀνίστατο, καὶ ὥδευεν ἐπὶ τῶν Ἄλπεων.

LXXIII. Δέκμῳ δὲ, ἀπαλλαγέντι τῆς πολιορκίας, ὁ φόβος ἐς τὸν Καίσαρα ἐνηλλάσσετο. Τῶν γὰρ ὑπάτων ἐκποδὼν γενομένων, ὡς ἐχθρὸν ἐδεδοίκει. Τάς τε οὖν γεφύρας τοῦ ποταμοῦ διέκοπτε πρὸ ἡμέρας· καὶ κελητίῳ τινὰς ἐς τὸν Καίσαρα ἀποστέλλων, ἐμαρτύρει μὲν ὡς αἰτίῳ τῆς σωτηρίας, ἠξίου δὲ, μέσον ἔχοντα τὸν ποταμὸν ἐς λόγους οἱ συνελθεῖν ἐπὶ μάρτυσι τοῖς πολίταις· πείσειν γὰρ, ὅτι δαιμόνιον αὐτὸν ἔβλαψεν, ἐς τὴν Καίσαρος ἐπιβουλὴν ἐπηγμένον ὑφ' ἑτέρων. Καίσαρος δὲ τοῖς ἥκουσιν ἀποκριναμένου τε πρὸς ὀργὴν, καὶ τὴν χάριν ἣν δίδωσίν οἱ Δέκμος διωθουμένου· οὐ γὰρ Δέκμον ἐγὼ πάρειμι περισώσων, ἀλλ' Ἀντωνίῳ πολεμήσων, ᾧ μοι καὶ συναλλαγῆναί ποτε θέμις· Δέ-

nis equitum incursationibus infestare hostem, donec D. Brutus, ad extremam famem jam redactus, deditionem faceret. Contra Hirtius et Cæsar eo magis festinabant manus conserere. Sed quia non potuerunt hostem in aciem elicere, ad diversam Mutinæ partem, levius propter naturam loci obsessam, progressi sunt, quasi cum gravi exercitu per vim evasuri intra mœnia. His Antonius tunc quoque solos immisit equites. Quumque pariter ex adverso his occurrisset solus equitatus Hirtii, et reliquus interim exercitus qua occœperat pergeret; Antonius, ne amitteret Mutinam, duas legiones produxit. Tum vero Hirtii agmen cupide se in hostem convertit : atque ita commissum est prælium. Antonius interea alias legiones aliis e castris ciebat : quæ quum ad repentinum imperium, ut e longinquo, cunctantius accederent, Cæsarianis obtigit victoria. Hirtius etiam in Antonii castra irrupit, et circa prætorium pugnans cecidit. Tum Cæsar accurrens, corpore simul consulis et castris hostium potitus est, sed mox rursus ab Antonio repulsus. Quo facto utrique in armis pernoctarunt.

LXXII. Antonius, altera hac clade accepta, confestim amicos ab armis in consilium advocavit : qui suadebant ei, ut perstaret in continuandæ obsidionis proposito, abstinens a certamine; nam et cladem non majorem esse acceptam quam redditam, et Hirtium cecidisse, et Pansam laborare ex vulnere; se vero equitatu præstare, denique Mutinam, extrema fame coactam, brevi deditionem facturam. Hæc erat amicorum, optima sane, sententia. Sed Antonius, fortuna adversante, timebat, ne Cæsar, sicut pridie conatus fuerat, evaderet intra mœnia, aut se circumvallare instituerct (quod haud ægre efficere posset in tanta operarum copia), atque ita equitatum quoque redderet inutilem : quo facto, periculum esse, ne Lepidus et Plancus ipsum, pro victo, contemnant : Quod si abscedamus, inquit, a Mutina, continuo et Ventidius nobis præsto erit, ducens e Piceno tres legiones, et Lepidus ac Plancus validas opes ad hostem debellandum nobis conferent. Hæc locutus Antonius, quamquam in periculis cæteroquin intrepidus, statim versus Alpes iter ingressus est.

LXXIII. Jam vero D. Brutus, obsidione liberatus, pro Antonio a Cæsare sibi metuere cœpit; quem, submotis consulibus, ut inimicum timebat. Itaque, ante diluculum rupto ponte fluminis, in lembo ad Cæsarem misit, qui gratias ei tamquam servatori agerent, postularentque ut in adversam ripam procederet ad colloquium, arbitris civibus : « se enim ipsi demonstraturum, infelicitatis suæ magis, quam culpæ, fuisse conspirationem illam cum cæteris. » Ad ea D. Bruti mandata irate Cæsar respondit : « nullam se reposcere gratiam, nec ad eum servandum se venisse, sed ad bello persequendum Antonium, cum quo forte etiam in gratiam aliquando redire sibi liceret. Cæterum, ut in collo-

χμῳ δὲ ἡ φύσις οὐδ' ἐς ὄψιν ἢ λόγους ἐλθεῖν ἐπιτρέπει, σωζέσθω μέντοι, μέχρι τοῖς ἐν ἄστει δοκεῖ. Πυθόμενος τούτων ὁ Δέκμος, ἔστη τε πρὸ τοῦ ποταμοῦ, καὶ καλῶν ὀνομαστὶ τὸν Καίσαρα, σὺν βοῇ τὰ γράμματα τῆς βουλῆς ἀνεγίγνωσκε διδούσης οἱ τὴν Κελτικὴν ἡγεμονίαν, ἀπηγόρευέ τε Καίσαρι χωρὶς ὑπάτων μὴ περᾶν τὸν ποταμὸν ἐς ἀλλοτρίαν ἡγεμονίαν, μηδὲ ἐπὶ Ἀντώνιον ἔτι χωρεῖν, αὐτὸς γὰρ αὐτὸν διώκων ἀρκέσειν. Ὁ δὲ ᾔδει μὲν, ὑπὸ τῆς βουλῆς αὐτὸν εἰς τήνδε τὴν θρασύτητα αὐξανόμενον· δυνηθεὶς δ' ἂν ἐκ προστάγματος ἑλεῖν, ἐφείδετο ἔτι, καὶ πρὸς τὸν Πάνσαν ἐς Βονωνίαν τραπεὶς, ἔγραφε τῇ βουλῇ περὶ ἁπάντων· ἔγραφε δὲ καὶ Πάνσας.

LXXIV. Καὶ Κικέρων ἐν Ῥώμῃ τὰ μὲν ἐς τὸν δῆμον ἀνεγίγνωσκεν ὡς ὑπάτου, τὰ δὲ τοῦ Καίσαρος τῇ βουλῇ μόνον· θυσίας τε ἐπ' Ἀντωνίῳ πεντήκοντα ἡμερῶν ἱκεσίους ἐψηφίζετο, ὅσας οὔτε ἐπὶ Κελτοῖς οὔτε ἐπὶ ἄλλῳ πολέμῳ ποτὲ ἐψηφίσαντο Ῥωμαῖοι· καὶ τὸν στρατὸν τῶν ὑπάτων ἐδίδου Δέκμῳ, καίπερ ἔτι Πάνσα περιόντος (ἤδη γὰρ ἀπεγιγνώσκετο), στρατηγόν τε τὸν Δέκμον ἀπέφηνεν ἐπ' Ἀντωνίῳ μόνον εἶναι· καὶ εὐχὰς δημοσίας ἐποιεῖτο, Δέκμον Ἀντωνίου περιγενέσθαι. Τοσοῦτος ἦν οἶστρος αὐτῷ κατὰ Ἀντωνίου καὶ ἀπειροκαλία. Ἐβεβαίου τε αὖθις τοῖς δύο τέλεσι τοῖς ἀπὸ Ἀντωνίου μεταστᾶσι τὰς ἑκάστῳ προϋπεσχημένας παρὰ τοῦ κοινοῦ Ῥωμαίων ἐπινικίους δραχμὰς πεντακισχιλίας, ὡς ἤδη νενικηκόσι, καὶ στέφανον αὐτοὺς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἀεὶ θαλλοῦ περιτίθεσθαι. Περὶ δὲ Καίσαρος οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς γραφομένοις, οὐδὲ τοὔνομα ὅλως· οὕτως αὐτίκα κατεφρονεῖτο, ὡς Ἀντωνίου καθῃρημένου. Ἔγραφον δὲ καὶ Λεπίδῳ καὶ Πλάγκῳ καὶ Ἀσινίῳ, πολεμεῖν ὅπως πλησιάσειαν Ἀντωνίῳ. Καὶ τάδε μὲν ἦν τὰ ἐν Ῥώμῃ.

LXXV. Πάνσας δ' ἐκ τοῦ τραύματος ἀποθνήσκων, Καίσαρά οἱ παρεστήσατο, καὶ εἶπεν· « Ἐγὼ τῷ σῷ πατρὶ φίλος ἦν, ὡς ἐμαυτῷ· ἀναιρεθέντι δὲ οὐκ εἶχον ἐπαμύνειν, οὐδὲ τοῖς πλείοσι μὴ συνίστασθαι, οἷς γε δὴ καὶ σὺ καλῶς ποιῶν ὑπήκουσας, καίτοι στρατὸν ἔχων. Δείσαντες δ' ἐν ἀρχῇ σὲ καὶ Ἀντώνιον, φιλοτιμότατον κἀκεῖνον ἐς τὴν Καίσαρος γνώμην φανέντα, διαφερομένοις ὑμῖν ἐφήσθησαν, ὡς ἐς ἀλλήλους συντριβησομένοις. Ἐπεὶ δέ σε καὶ στρατοῦ δεσπότην εἶδον, προσεποιοῦντο εὐπρεπέσι καὶ ἀσθενέσι τιμαῖς, οἷα μειράκιον. Σοβαρωτέρου δέ σου καὶ ἐγκρατεστέρου τιμῆς τότε μάλιστα ὀφθέντος, ὅτε τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τοῦ στρατοῦ σοι δεδομένην οὐκ ἐδέξω, διεταράχθησαν, καὶ συστρατηγεῖν σε ἡμῖν ἀπέφηναν, ἵνα σου τὰ δύο τέλη τὰ πρακτικώτερα ἀποσπάσωμεν· ἐλπίσαντες, ἡττηθέντος ὑμῶν τοῦ ἑτέρου, τὸν ἕτερον ἀσθενέστερόν τε καὶ μόνον ἔσεσθαι, καὶ μετ' αὐτὸν ἤδη πᾶσαν τὴν Καίσαρος ἑταιρίαν καθελόντες, ἀνάξειν τὴν Πομπηΐου. Τόδε γὰρ ἐστιν αὐτοῖς τῆς γνώμης τὸ κεφάλαιον.

LXXVI. Ἐγὼ δὲ καὶ Ἵρτιος τὸ προστεταγμένον ἐποιοῦμεν, μέχρι συστεῖλαι τὸν Ἀντώνιον, ἐπιπολά-

quium aut in conspectum omnino admittat D. Brutum, naturam suam non pati : neque tamen obstare se velle, quominus ille sit incolumis, quamdiu magistratibus urbanis placuerit. » Quibus cognitis, Decimus prodiit ad fluvium, vocatoque nominatim Cæsare, elata voce de scripto recitavit senatusconsultum, quo Galliam provinciam ipse acceperat, illique denunciavit « ne trajecto fluvio sine consulibus alienam provinciam invaderet, neve contra Antonium ulterius procederet : se enim ad eum persequendum sufficere. » Cæsar, quum sciret, senatum D. Bruto illos animos addere, quumque unico jussu in suam potestatem illum redigere posset, tamen adhuc abstinuit : et ad Pansam profectus Bononiam, rem omnem ad senatum perscripsit : scripsitque simul etiam Pansa.

LXXIV. Tum in Urbe Cicero Pansæ literas pro concione recitavit, ut consulis; alteras vero Cæsaris in senatu solummodo. Retulit etiam, ut ob profligatum Antonium supplicationes quinquaginta dierum ex S. C. decernerentur, quot neque Gallis devictis, neque post ullam aliam victoriam, decretæ umquam a Romanis fuerant. Exercitum consulum D. Bruto dandum censuit, quamvis Pansa etiam tum superstite (jam enim de ejus vita desperabatur); et imperium soli Decimo committendum contra Antonium, votaque publice nuncupanda pro ejus victoria. Tanto furore Cicero, præter omne decorum, concitus erat in Antonium. Rursumque postulavit, ut duabus legionibus, quæ ab Antonio defecerant, ex ærario repræsentarentur promissi illi vicies milleni sestertii, victoriæ nomine, quasi jam debellatum esset : utque perpetuum jus haberent coronas oleagineas gestandi festis diebus. Cæsaris autem nec nomine tenus facta est mentio in senatusconsulto de his rebus confecto. Ita statim ille contemnebatur, quasi sublato jam Antonio. Lepido vero etiam et Planco et Asinio scripsit senatus, ut bellum Antonio, ubi eis appropinquasset, inferrent. Et hæc quidem Romæ gerebantur.

LXXV. Interea Pansa ex vulnere moriturus, accersito Cæsari hæc dixit : « Ego tuo patri tam fui amicus, quam mihi ipse; mortuum autem ulcisci non fuit mihi integrum, neque non consentire cum pluribus; quorum auctoritati tu quoque bene fecisti ut obtemperares, quamvis habens exercitum. Qui, quum principio timuissent te ac Antonium, Cæsaris pariter studiosissimum, vestra dissensione gavisi sunt; putantes, utrumque mutua conflictatione periturum. Postquam vero te exercitum quoque habere viderunt, alliciebant te speciosis et exigui momenti honoribus, ut adolescentulum. Sed quum graviorem te ac moderatiorem, quam speraverant, intellexerunt, quando oblatum ab exercitu magistratum accipere noluisti, territi, jusserunt te pari nobiscum jure habere imperium, ut duas legiones rebus gerendis aptissimas abs te abstraheremus; quod sperarent, altero vestrum victo alterum debiliorem et solum fore, atque ita, sublatis omnibus Cæsarianis, Pompeianos redituros ad tractationem reipublicæ. Hæc enim est eis consiliorum summa.

LXXVI. « Ego vero et Hirtius mandata fecimus, donec reprimeremus Antonii nimiam superbiam : victum autem

ζοντα ὑπεροψίᾳ· ἡττηθέντα δὲ σοὶ συναλλάσσειν ἐπενοοῦμεν, ὡς τῇ Καίσαρος φιλίᾳ τόδε χαριστήριον ἔχοντες ἀποδοῦναι, καὶ μόνον τῇ μοίρᾳ χρησιμώτατον ἐσόμενον ἐς τὰ μέλλοντα. Τοῦτο δ' οὐκ ἦν ἐκφέρειν σοι πρότερον, ἡττημένου δὲ νῦν Ἀντωνίου, καὶ Ἱρτίου τεθνεῶτος, κἀμὲ τοῦ χρεὼν ἀπάγοντος, ἐν καιρῷ λέλεκται, οὐχ ἵνα μοι γιγνώσκῃς χάριν ἀποθανόντι, ἀλλ' ἵνα σὺν δαιμονίᾳ μοίρᾳ γενόμενος, ὡς τὰ ἔργα ὑποδείκνυσι, τά τε σαυτῷ συμφέροντα γιγνώσκῃς, καὶ τὴν ἐμὴν καὶ Ἱρτίου προαίρεσίν τε καὶ ἀνάγκην. Τὸν μὲν οὖν στρατὸν, ὃν ἡμῖν αὐτὸς ἔδωκας, εὐπροφάσιστον ἀποδοῦναί σοι, καὶ παραδίδωμι. Τοὺς δὲ νεήλυδας εἰ μὲν καθέξεις λαβὼν, καὶ τούσδε σοι παραδώσω· εἰ δὲ τεθήπασι τὴν βουλὴν ἀμέτρως, ὅτι καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν φύλακες ἡμῖν ἐπέμφθησαν εἶναι, καὶ τό τε ἔργον ἐπίφθονον ἔσται σοι, καὶ πρὸ τοῦ δέοντος ἐξανίστησί σε, ὁ ταμίας παραλήψεται Τορκουάτος. » Ταῦτα εἰπὼν, καὶ τῷ ταμίᾳ τοὺς νεήλυδας ἐγχειρίσας, ἀπέθανε. Καὶ τούσδε μὲν ὁ ταμίας, καθὰ προσέτασσεν ἡ βουλὴ, Δέκμῳ παρεδίδου· Ἵρτιον δὲ καὶ Πάνσαν ὁ Καῖσαρ ἐπιφανῶς ἔθαπτε, καὶ ἐς Ῥώμην ἔπεμπε μετὰ τιμῆς.

LXXVII. Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ περί τε Συρίαν καὶ Μακεδονίαν τοιάδε ἐγίγνετο. Γάϊος Καῖσαρ, ὅτε Συρίαν διώδευε, τέλος ἐν αὐτῇ καταλελοίπει, τὰ ἐς Παρθυαίους ἤδη διανοούμενος. Τούτου τὴν μὲν ἐπιμέλειαν Καικίλιος Βάσσος εἶχε, τὸ δὲ ἀξίωμα Ἰούλιος Σέξστος, μειράκιον αὐτοῦ Καίσαρος συγγενές· ὅπερ ἐκδιαιτώμενον ἐς τρυφὴν, τὸ τέλος ἀσχημόνως ἐπήγετο πανταχοῦ. Μεμψαμένῳ δὲ τῷ Βάσσῳ ποτὲ ἐνύβρισε· καὶ καλῶν αὐτὸν ὕστερον, ἐπεὶ βραδέως ὑπήκουσεν, ἄγειν ἐκέλευσεν ἕλκοντας. Θορύβου δὲ καὶ πληγῶν γενομένων, ἡ στρατιὰ τὴν ὕβριν οὐ φέρουσα, τὸν Ἰούλιον κατηκόντισε. Καὶ εὐθὺς ἦν μετάνοια, καὶ δέος ἐκ τοῦ Καίσαρος. Συνομώσαντες οὖν, εἰ μή τις αὐτοῖς συγγνώμη καὶ πίστις γένοιτο, μέχρι θανάτου διαγωνιεῖσθαι, καὶ ἐς αὐτὸ Βάσσον ἀναγκάσαντες, ἄλλο συνέλεξαν τέλος καὶ συνεγύμνασαν. Ὧδε μὲν τισὶ περὶ τοῦ Βάσσου δοκεῖ· Λίβωνι δ', ὅτι τῆς Πομπηΐου στρατιᾶς γενόμενος, καὶ μετὰ τὴν ἧτταν ἰδιωτεύων ἐν Τύρῳ, διέφθειρέ τινας τοῦ τέλους, καὶ διεχρήσαντο τὸν Σέξστον, καὶ τῷ Βάσσῳ σφᾶς ἐνεχείρισαν. Ὁποτέρως δ' ἐγένετο, Στάτιον Μοῦρκον οἵδε, μετὰ τριῶν τελῶν ἐπιπεμφθέντα σφίσιν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ἐγκρατῶς ἀπεμάχοντο· ἕως ὁ Μοῦρκος ἐπεκαλεῖτο Μάρκιον Κρίσπον, ἡγούμενον Βιθυνίας, καὶ ἀφίκετο αὐτῷ βοηθῶν ὁ Κρίσπος τέλεσιν ἄλλοις τρισίν.

LXXVIII. Ὡς δὲ ὑπὸ τούτων ἐπολιορκοῦντο, ὁ Κάσσιος σὺν ἐπείξει καταλαβὼν, τά τε τοῦ Βάσσου δύο τέλη παρελάμβανεν αὐτίκα, καὶ τὰ τῶν πολιορκούντων αὐτὸν ἕξ, φιλίᾳ τε παραδόντων, καὶ ὡς ἀνθυπάτῳ κατηκόων γενομένων· ἐψήφιστο γὰρ, ὥς μοι προείρηται, πάντας ὑπακούειν Κασσίῳ τε καὶ Βρούτῳ. Ἄρτι δὲ καὶ Ἀλλιηνὸς, ὑπὸ Δολοβέλλα πεμφθεὶς ἐς Αἴγυπτον, ἐπανῆγεν ἐξ αὐτῆς τέσσαρα τέλη τῶν ἐκ τῆς ἥσσης

constitueramus tibi reconciliare, ut hanc amicitiæ gratiam, quam quidem possemus, referremus Cæsari, vel solam partibus Cæsarianis in posterum utilissimam futuram. Hoc vero consilium indicari tibi non licuit antea : nunc autem, victo Antonio, Hirtio mortuo, et me quoque in fata concedente, opportune prolatum est : non ut mihi defuncto habeas gratiam, sed ut, felici genio natus, sicut conjicere licet ex tuis gestis, scias quid tibi sit utile, simulque meam ac Hirtii cum voluntatem tum necessitatem cognoscas. Exercitus igitur, quem tu ipse nobis dedisti, ipsa æquitatis ratio postulare facile omnibus videbitur, ut tibi reddatur; et tibi eum reddo. Tirones autem si potes retinere, etiam hos tibi tradam : quod si nimis verentur senatum, quandoquidem etiam præfecti eorum in hoc, ut observarent nos, missi sunt; et quod si invidiosum tibi et ante tempus molestias creaturum videtur, si eos accipias, Torquatus quæstor eosdem accipiet. » His dictis, et tironibus quæstori traditis, animam efflavit Pansa. Tirones autem quæstor ex mandato senatus D. Bruto tradidit. Hirtii et Pansæ corpora Cæsar, illustri funere honorata, Romam misit.

LXXVII. Per idem tempus in Syria Macedoniaque hæc gesta sunt. C. Cæsar, quum per Syriam iter faceret, legionem in ea reliquerat, jam tum de Parthico bello cogitans. Ejus legionis curam Cæcilius Bassus habebat; præfecturæ vero dignitas erat penes Sex. Julium, consanguineum Cæsaris, admodum adolescentem; qui, voluptatibus vacans, legionem indecenter secum circumducebat. Id reprehendentem Bassum aliquando Julius rejecerat cum contumelia : et aliquanto post, quum vocanti obediret tardius, jussit eum attrahi. Tum vero coorto tumultu, quum ad manus ventum esset, exercitus non ferens insolentiam, jaculis confixit Julium. Quumque factum illud mox secuta esset pœnitentia et metus a Cæsare, conjurarunt inter se ejus legionis milites, ni venia fidesque sibi daretur, usque ad mortem se decertaturos : coactoque etiam Basso, ut fieret ejus conjurationis socius, ex novo delectu aliam legionem confecerunt, et assuefecerunt eisdem quibus ipsi utebantur exercitiis. Hæc quidem de Basso produnt nonnulli. Libo [Livius?], « militasse eum, ait, Pompeii auspiciis : quo victo, privatum egisse Tyri, corruptisque quibusdam legionariis effecisse, ut interfecto Sexto ipsum sibi ducem sumerent. » Utcunque illud factum sit, Statius Murcus, cum tribus legionibus a Cæsare contra eos missus, magna vi ab his repulsus est; donec Marcius Crispus, e Bithynia, cui præerat a Murco vocatus, cum aliis tribus legionibus in ejus auxilium venit.

LXXVIII. Ab his quum illæ duæ legiones obsidione premerentur, superveniens repente Cassius non solum obsessos, sed et sex illas legiones oppugnatrices, in fidem recepit, ducibus amicitia ipsius Cassii libenter eas tradentibus, ejusdemque imperio velut proconsulis parentibus. Omnibus enim, quemadmodum supra exposui, ex senatusconsulto fuerat edictum, ut Cassii Brutique imperata facerent. Eodem tempore Allienus, a Dolabella in Ægyptum missus, redibat inde cum quatuor legionibus, Pompeianæ

Πομπηΐου τε καὶ Κράσσου διαῤῥιφέντων, ἢ ὑπὸ Καίσαρος Κλεοπάτρᾳ καταλελειμμένων. Καὶ αὐτὸν ὁ Κάσσιος, οὐδὲν προπεπυσμένον, ἐν τῇ Παλαιστίνῃ περιέλαβέ τε, καὶ ἠνάγκασεν ἑαυτῷ προσθέσθαι, δείσαντα τοῖς τέσσαρι μάχεσθαι πρὸς ὀκτώ. Ὧδε μὲν δὴ Κάσσιος ἐκ παραδόξου δυώδεκα τελῶν ἀθρόως ἐκράτει· καὶ Δολοβέλλαν ἐκ τῆς Ἀσίας σὺν δύο τέλεσιν ἐλθόντα τε, καὶ ἐς Λαοδίκειαν ὑπὸ οἰκειότητος ἐσδεχθέντα περικαθήμενος ἐπολιόρκει. Καὶ ἡ βουλὴ μαθοῦσα ἐφήδετο.

LXXIX. Μακεδονίας δὲ πέρι Γάϊος Ἀντώνιος, ὁ Ἀντωνίου Μάρκου ἀδελφὸς, Βρούτῳ διεφέρετο καὶ ἐπολέμει, τέλος ἔχων ἓν ὁπλιτῶν· καὶ τὸν Βροῦτον ἡσσώμενος ἐνήδρευσεν. Ὁ δ' ἐκφυγὼν ἀντενήδρευσε, καὶ οὐδὲν εἰργάσατο ἀποληφθέντας, ἀλλὰ ἀσπάσασθαι τῷ ἰδίῳ στρατῷ τοὺς ἐναντίους προσέταξε· τῶν δὲ οὐκ ἀντασπασαμένων, οὐδὲ τὴν πεῖραν ἐνδεξαμένων, μεθῆκεν ἀπαθεῖς ἐκ τῆς ἐνέδρας ἀπιέναι. Κατὰ δὲ ἄλλας ὁδοὺς περιελθὼν, αὖθις ἐν ἀποκρήμνοις κατέστησε, καὶ πάλιν οὐκ ἐπεχείρησεν, ἀλλ' ἠσπάσατο. Οἱ δὲ, ὡς πολιτῶν τε περιφειδόμενον, καὶ τῆς δόξης ἄξιον ἧς εἶχεν ἐπὶ σοφίᾳ τε καὶ πρᾳότητι, ἠγάσαντο καὶ ἀντησπάσαντο, καὶ ἐς αὐτὸν μετεβάλοντο. Ἐπέτρεψε δὲ καὶ ὁ Γάϊος ἑαυτὸν, καὶ ἦν ἐν τιμῇ παρὰ Βρούτῳ· μέχρι τὸν στρατὸν πολλάκις διαφθείρων ἐλεγχθεὶς, ἀνῃρέθη. Οὕτω μὲν δὴ καὶ Βρούτῳ μετὰ τῶν προτέρων στρατῶν ἓξ ἐγίγνετο τέλη· καὶ Μακεδόνας ἐπαινῶν, δύο τέλη κατέλεξεν ἐξ αὐτῶν, καὶ ἐς τὸν Ἰταλικὸν τρόπον καὶ τάδε ἐγυμνάζετο.

LXXX. Τοιαῦτα μὲν δὴ καὶ τὰ περὶ Συρίαν καὶ Μακεδονίαν ἦν. Ἐν δὲ τῇ Ἰταλίᾳ ὁ Καῖσαρ, ἐν ὕβρει θέμενος, ἀντὶ οὗ Δέκμον ᾑρῆσθαι στρατηγὸν ἐπὶ Ἀντωνίῳ, τὴν μὲν ὀργὴν ἐπέκρυπτε, θρίαμβον δ' ἐπὶ τοῖς εἰργασμένοις ᾔτει. Καταφρονούμενος δ' ὑπὸ τῆς βουλῆς ὡς πρεσβύτερα τῆς ἡλικίας ἐπινοῶν, ἔδεισε, μὴ, διαφθαρέντος Ἀντωνίου, μᾶλλον ἔτι καταφρονηθείη, καὶ τὰς ἐς αὐτὸν συμβάσεις ἐπόθει, καθὰ καὶ Πάνσας αὐτῷ διεσήμαινεν ἀποθνήσκων. Τούς τε οὖν ἁλωμένους ἐκ τῆς ἐκείνου στρατιᾶς ἡγεμόνας ἢ στρατιώτας ἐφιλανθρωπεύετο, καὶ τοῖς ἰδίοις ἐγκατέλεγεν, ἢ τοὺς ἐθέλοντας αὐτῶν ἐς τὸν Ἀντώνιον ἔπεμπεν, ὡς οὐ δι' ἔχθρας ἀνηκέστου πρὸς αὐτὸν ἰόντα. Οὐεντιδίῳ τε τῷ Ἀντωνίου φίλῳ, μετὰ τριῶν τελῶν ὄντι, παραστρατοπεδεύσας, καὶ δέος ἐμβαλὼν, ἔπραξε μὲν οὐδὲν πολέμιον, ἐδίδου δὲ ὁμοίως συνεῖναί οἱ, ἢ ἐς τὸν Ἀντώνιον ἀδεῶς ἀπιέναι μετὰ τοῦ στρατοῦ, καὶ μέμφεσθαι τῆς ἐς τὸ κοινὸν συμφέρον ἀγνωσίας. Ὧν Οὐεντίδιος συνεὶς, ἐς τὸν Ἀντώνιον ἀπῄει. Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ Δέκιον, τῶν τινα ἡγεμόνων Ἀντωνίου, περὶ Μουτίνην ληφθέντα, διὰ τιμῆς ἄγων μεθῆκεν, εἰ θέλει, πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀπιέναι· καὶ πυνθανομένῳ περὶ τῆς ἐς τὸν Ἀντώνιον γνώμης, πολλὰ, ἔφη, σύμβολα τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἐξενηνοχέναι, τοῖς δ' ἄφροσιν οὐδὲ τὰ πλείονα ἀρκέσειν.

LXXXI. Ἀντωνίῳ μὲν δὴ τάδε ὁ Καῖσαρ ἐνεσή-

Crassianæque cladis reliquiis, aut ex eorum numero, qui Cæsare discedente apud Cleopatram erant relicti. Allienum igitur Cassius in Palæstina, ignarum quid accidisset, ex improviso circumvenit, coegitque suis partibus accedere, non ausum suas quatuor legiones opponere octo Cassii legionibus. Atque ita, præter opinionem, duodecim in universum legionibus potitus Cassius, Dolabellam cum duabus ex Asia venientem, et Laodiceæ tanquam amicum receptum, obsedit et oppugnavit : id quod senatui auditu fuit pergratum.

LXXIX. De Macedonia vero Caius Antonius, Marci frater, cum M. Bruto contendebat, fretus una legione; et, quod impar esset, struxit ei insidias. Quas quum evasisset Brutus, vicissim C. Antonio insidias paravit. Interceptum autem cum exercitu, nulla re læsit, sed suos jussit ut consalutarent adversarios : quumque illi nec resalutarent, nec salutationem ejus acciperent, incolumes passus est elabi ex insidiis. Hinc circumducto per alias vias exercitu, in præruptis locis deprehensos rursum non est aggressus, sed salutavit. Tum vero, ut parcentem civibus, et dignum existimatione qua habebatur mitis et sapiens, admirati sunt et resalutarunt, ad eumque transierunt. Et Caius quoque Antonius Bruto se dedidit, et ab eo honorifice est habitus; donec convictus sæpe solicitasse exercitum ad defectionem, occisus est. Ita et M. Brutus copias auxit ad sex legionum numerum : laudataque virtute Macedonum, duas ex eis quoque legiones conscripsit, et Romano more in armis exercuit.

LXXX. Dum hæc in Syria Macedoniaque geruntur, in Italia Cæsar, ad suam licet contumeliam ratus pertinere, quod non ipse, sed D. Brutus, electus esset imperator ad bellum cum Antonio gerendum, dissimulavit tamen iram, et triumphum ob rem feliciter gestam petiit. Contemtus autem a senatu, quasi majora quam pro ætate appeteret, veritus, ne deleto Antonio magis etiam contemneretur; cupivit cum eo redire in gratiam, juxta Pansæ morientis monita. Quapropter captivos ex ejus exercitu, tam duces, quam milites, comiter habuit, et in suorum numerum allegit, aut, si mallent ad illum redire, dimisit; ne videretur eum implacabili odio prosequi. Quumque castra metatus esset prope Ventidium, amicum Antonii, præfectum tribus legionibus; contentus ei timorem incussisse, nihil hostile egit præterea; sed similiter potestatem ei fecit vel transeundi ad se, vel tuto abeundi ad Antonium cum exercitu, jussitque eum ignorationem communis utilitatis Antonio exprobrare. Quo intellecto, ad Antonium Ventidius profectus est. Cæsar vero etiam Decio, cuidam ex Antonianis ducibus, ad Mutinam capto, et in honore habito, permisit, si vellet, redire ad Antonium : percontantique, quo animo esset erga Antonium, ait, se jam multa signa ostendisse recte sapientibus, imprudentibus vero ne plura quidem fore satis.

LXXXI. His Antonio significatis, Cæsar Lepido Asinio-

μαινε· Λεπίδῳ δὲ καὶ Ἀσινίῳ σαφέστερον ἔτι περὶ τῆς ἐς αὐτὸν ὕβρεως, καὶ τῆς τῶν σφαγέων ἀθρόας προαγωγῆς ἐπέστελλεν· ἐκφοβῶν αὐτούς, μή, ἐς χάριν τῆς Πομπηϊανῆς ἑταιρίας, καθ' ἕνα τῶν Καίσαρος ἕκαστος ὅμοια Ἀντωνίῳ πάθοι, κἀκείνῳ δι' ἀφροσύνην καὶ ὑπεροψίαν τοῦδε τοῦ δέους τάδε παθόντι. Ἠξίου τε, ἐς μὲν εὐπρέπειαν τῆς βουλῆς εἶναι κατηκόους, ἐς δὲ τὸ σφέτερον ἀσφαλὲς συμφρονεῖν, ἕως ἔτι δύνανται, καὶ ὀνειδίζειν ταῦτα Ἀντωνίῳ· μιμεῖσθαί τε τοὺς ὑπὸ σφίσιν ὁπλίτας, οὐ διαλυομένους, οὐδ' ὅτε παύσαιντο τῶν στρατειῶν, ἵνα μὴ τοῖς ἐχθροῖς εἶεν εὐεπίθετοι, ἀλλ' ἀθρόους ἐν ἀλλοτρίᾳ συνοικίζεσθαι διὰ τὴν ἰσχὺν μᾶλλον ἐθέλοντας, ἢ καθ' ἕνα τῶν πατρίδων ἀπολαύειν. Τάδε μὲν ὁ Καῖσαρ Λεπίδῳ τε ἐπέστελλε καὶ Ἀσινίῳ. Δέκμῳ δὲ ὁ ἀρχαῖος στρατὸς ἐνόσει, πιπλάμενος ἐκ λιμοῦ, καὶ τὰς γαστέρας κατεῤῥήγνυντο· ὅ τε νεοστράτευτος, ἀγύμναστος ἔτι ἦν. Πλάγκος δὲ προσεγένετο μετὰ τοῦ οἰκείου στρατοῦ. Καὶ ὁ Δέκμος ἐπέστελλε τῇ βουλῇ, τὸν Ἀντώνιον ἀλώμενον κυνηγετήσειν, ναυτικῶν περ ἤδη γεγονότων.

LXXXII. Οἵ τε Πομπηϊανοί, πυθόμενοι, θαυμαστοὶ ὅσοι διεφάνησαν, ἐκβοῶντες, ἄρτι τὴν πάτριον ἐλευθερίαν ἀπειληφέναι. Καὶ θυσίαι καθ' ἕνα ἦσαν, καὶ χειροτονίαι δέκα ἀνδρῶν ἐς εὔθυναν τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀντωνίου· πρόσχημα δὲ τοῦτο ἦν ἐς ἀκύρωσιν τῶν ὑπὸ Καίσαρος διατεταγμένων. Ἀντώνιος γὰρ οὐδὲν αὐτός, ἢ πάνυ σμικρά, πάντα δὲ ἐκ τῶν Καίσαρος ὑπομνημάτων διῳκήκει· καὶ τόδε σαφῶς εἰδυῖα ἡ βουλή, τὰ μέν τινα αὐτῶν ἐπὶ προφάσεσι διέλυεν, ἀθρόα δὲ οὕτως ἤλπιζε διαλύσειν. Οἱ μὲν δὴ δέκα προὔγραφον, ὅ τι τις λάβοι παρὰ τὴν ἀρχὴν Ἀντωνίου, πάντας αὐτίκα ἀπογράφεσθαι καὶ διδάσκειν· ἀπειλαί τε τοῖς ἀπειθοῦσιν ἐπετίθεντο. Καὶ τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἐς τὸ λοιπὸν τοῦ ἔτους οἱ Πομπηϊανοὶ μετῄεσαν ἀντὶ Ἱρτίου τε καὶ Πάνσα· μετῄει δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ, οὐκ ἐς τὴν βουλὴν ἔτι πέμπων, ἀλλ' ἐς τὸν Κικέρωνα ἰδίᾳ· καὶ αὐτὸν παρεκάλει καὶ συνάρξαι, ὡς Κικέρωνα μὲν τὴν ἀρχὴν διοικήσοντα, πρεσβύτερόν τε καὶ ἐμπειρότερον ὄντα, αὐτὸς δὲ τὴν ἐπωνυμίαν καρπωσόμενος μόνην, ἐς ἀπόθεσιν τῶν ὅπλων εὐπρεπῆ, οὗ δὴ καὶ πρῴην ἕνεκα τὸν θρίαμβον αἰτῆσαι. Κικέρων μὲν δὴ τούτοις ἐπαρθεὶς διὰ φιλαρχίαν, ἔλεγεν, αἰσθέσθαι σπονδῶν ἐν τοῖς ἔξω στρατηγοῖς ὑπονοουμένων· καὶ συνεβούλευε, θεραπεῦσαι τὸν ἄνδρα ὑβρισμένον, καὶ στρατοῦ ἔτι ἄρχοντα πολλοῦ, ἀνασχέσθαι τε παρ' ἡλικίαν ἄρχοντος ἐν τῇ πόλει μᾶλλον, ἢ μηνίοντος ἐν ὅπλοις· ὡς δ' ἄν τι μὴ πράξειε παρὰ τὸ τῇ βουλῇ συμφέρον, ἐκέλευεν, αὐτῷ συνελέσθαι τῶν τινα πρεσβυτέρων ἔμφρονα, τῆς ἐκείνου νεότητος ἐγκρατῆ παιδαγωγόν. Ἀλλὰ Κικέρωνα μὲν ἥ τε βουλὴ τῆς φιλαρχίας ἐγέλασε, καὶ οἱ συγγενεῖς μάλιστα τῶν σφαγέων ἐνέστησαν, δεδιότες, μὴ αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ τίσαιτο ὑπατεύων.

LXXXIII. Ὑπερθέσεων δὲ ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ γιγνομένων ἐννόμων κατὰ ποικίλας αἰτίας, ὁ Ἀντώνιος ἐν τῷ τέως τὰς Ἄλπεις ὑπερέβαλε, Κουλλεῶνα πείσας

que apertius etiam de illata sibi contumelia, deque parricidarum promotione repentina scripsit : injiciens eis metum, ne in gratiam Pompeianæ factionis, Cæsarianis singulis alii post alium idem accidat quod Antonio; qui per propriam imprudentiam, nihil tale metuens, in eam calamitatem incidisset. Monebat etiam, debere eos in speciem parere senatui, inter se autem securitatis causa conspirare, dum liceret, et Antonio hæc exprobrare : imitarique legionarios, qui ne finita quidem militia dispergantur, quo minus pateant inimicorum insidiis, malintque conjunctis viribus deduci in aliquam coloniam, quam singuli suis patriis frui. Dum ita literis Cæsar pertentat Lepidum et Asinium, D. Bruto vetus exercitus ægrotabat ex nimia repletione famem secuta, et dysenteria atterebatur : novus vero, qui ex tironibus constabat, rudis erat. Sed postquam Plancus se ei conjunxit cum suis copiis, ad senatum scripsit Decimus, se curaturum ut brevi in plagas suas incidat errabundus Antonius.

III. Atque ita imperium Romanum in Triumviros divisum est, dilatis in aliud tempus cæteris ultra mare Ionium provinciis, propter Brutum ac Cassium, qui tunc adhuc eas tenebant. Cum Cassio autem Brutoque bellum gerere Antonium et Cæsarem placuit. Nam Lepidus, designatus in proximum annum consul, in Urbe erat mansurus, ad ea quibus ibi opus esset administranda, Hispaniam recturus per vicarios. Lepido tribus ex suis legionibus relictis ad Urbis præsidium, reliquas septem inter se ita partiebantur Cæsar et Antonius, ut Cæsari attribuerentur tres, Antonio quatuor; ut uterque eorum viginti legionibus ad bellum illud gerendum uteretur. Et quo alacrior redderetur exercitus, præter alia proposita victoriæ præmia, promittendas constituerunt militibus coloniarum loco, octodecim Italicas urbes, tam opibus quam agri bonitate ac ædificiorum pulchritudine præcellentes; quæ cum agris et ædificiis, non secus quam bello captæ, in milites essent dividendæ. In earum numero eminebant, Capua, Rhegium, Venusia, Beneventum, Nuceria, Ariminum, Vibona. Atque ita pulcherrima Italiæ pars militibus est attributa. Sed ante omnia visum est, proprios etiam inimicos, ne hæc administrantibus et in longinquam expeditionem profectis impedimento essent, tollere. Hæc decreta Cæsar ex officio suo, quippe consul, recitavit de scripto exercitibus, proscriptione tantum silentio præterita. Et milites lætis acclamationibus mutuisque consalutationibus reconciliationem factam celebrabant.

IV. Interea multa horrenda in Urbe visa sunt prodigia. Nam et canes quasi ex composito ululatum, haud secus ac lupi, edebant inauspicatum; et lupi per forum discurrebant, animal inassuetum urbibus; et bos humanam emisit vocem; et infans recens natus locutus est: in simulacris sudor apparuit; et eorum nonnulla sanguinem quoque emiserunt: exauditi sunt magni clamores virorum, et armorum crepitus strepitusque equorum currentium, quorum nihil cernebatur oculis: circa solem quoque tristia multa prodigia sunt observata, et lapidibus aliquoties pluit, et sacræ ædes imaginesque continuis tactæ sunt fulminibus. His procurandis senatus aruspices ac vates accivit ex Etruria; quorum natu maximus, rediturum, ait, regnum quale priscis temporibus fuerat, cunctosque servituros, se uno excepto: simulque spiritum compressit, donec exanimis procideret.

V. Cæterum Triumviri, semotis arbitris, nomina consignabant eorum, quos interfectos volebant; primum suspectos ob potentiam, tum suos quisque inimicos; denique amicorum etiam et cognatorum salutem prodebant alter alteri, modo vicissim daretur tollendi adversarios copia: quod et tunc statim fecerunt, et identidem postea: nam et deinde alii post alios sunt adscripti in eumdem catalogum, quidam propter simultatem, quidam propter solam quamdam of-

ἔχθρας, ἢ πλούτου διαφέροντος. Ἐδέοντο γὰρ ἐς τὸν πόλεμον χρημάτων πολλῶν, Βρούτῳ μὲν καὶ Κασσίῳ τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας φόρων δεδομένων τε καὶ προσοδευομένων ἔτι, καὶ βασιλέων καὶ σατραπῶν συμφερόντων· αὐτοὶ δ' ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, καὶ μάλιστα τῆς Ἰταλίας, πολέμοις τε καὶ ἐσφοραῖς τετριμμένης, ἀποροῦντες· δι' ἃ καὶ τοῖς δημόταις, καὶ ταῖς γυναιξὶ, λήγοντες, ἐπέγραψαν εἰσφορὰς βαρυτάτας, καὶ τέλη πράσεων καὶ μισθώσεων ἐπενόησαν. Ἤδη δέ τις καὶ διὰ κάλλος ἐπαύλεως καὶ οἰκίας προεγράφη. Καὶ ἐγένοντο πάντες οἱ θανάτου τε καὶ δημεύσεως κατεγνωσμένοι ἀπὸ μὲν τῆς βουλῆς ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους, ἀπὸ δὲ τῶν καλουμένων ἱππέων ἐς δισχιλίους. Καὶ ἦσαν ἐν αὐτοῖς ἀδελφοί τε καὶ θεῖοι τῶν προγραφόντων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῖς ἡγεμόνων ὅσοι τι τοῖς ἄρχουσιν ἢ τοῖς ἡγεμόσι προσεκεκρούκεσαν.

VI. Τὸ μὲν δὴ πλῆθος αὐτῶν, ἀπὸ τῆς συνόδου διελθόντες ἐς Ῥώμην, προγράψειν ἔμελλον· δυώδεκα δὲ ἄνδρας, ἢ ὥς ἕτεροι λέγουσιν ἑπτακαίδεκα, τοὺς μάλιστα δυνατοὺς, ἐν οἷς ἦν καὶ Κικέρων, ἔδοξε προανελεῖν, ἐπιπέμψαντας ἄφνω. Καὶ τῶνδε μὲν τέσσαρες αὐτίκα ἀνῃρέθησαν ἐν ἑστιάσεσί τε καὶ ὑπαντήσεσι. Ζητουμένων δὲ τῶν ἄλλων, καὶ ἐρευνωμένων νεῶν τε καὶ οἰκιῶν, ἄφνω θόρυβος ἀνὰ τὴν νύκτα πᾶσαν ἦν, καὶ βοαὶ καὶ διαδρομαὶ μετ' οἰμωγῆς, ὡς ἐν ἁλισκομένῃ πόλει. Τῷ γὰρ ἐγνῶσθαι μὲν ἀνδρολήψια γίγνεσθαι, μὴ προγεγράφθαι δὲ μηδένα τῶν προκατεγνωσμένων, πᾶς τις αὐτὸς ἡγεῖτο ζητεῖσθαι πρὸς τῶν περιθεόντων. Οὕτω δὲ ἀπογιγνώσκοντες αὑτῶν, οἱ μὲν τὰ ἴδια, οἱ δὲ τὰ κοινὰ, ἐμπρήσειν ἔμελλον, δρᾶσαι τι δεινὸν ἀλόγως αἱρούμενοι, πρὶν παθεῖν· καὶ τάχ' ἂν ἔδρασαν, εἰ μὴ Πέδιος αὐτοὺς ὁ ὕπατος, μετὰ κηρύκων περιθέων, ἐπήλπιζε περιμείναντας ἐς ἕω τὰ ἀκριβέστερα μαθεῖν. Ἅμα δ' ἕῳ, παρὰ γνώμην τῶν τριῶν ἀνδρῶν, προὔγραφεν ὁ Πέδιος τοὺς ἑπτακαίδεκα, ὡς μόνους τε αἰτίους δόξαντας εἶναι τῶν ἐμφυλίων κακῶν, καὶ μόνους κατεγνωσμένους· πίστεις τε τοῖς ἄλλοις δημοσίας ἐποιεῖτο, ἀγνοῶν τὰ ἐγνωσμένα. Καὶ Πέδιος μὲν ἐκ καμάτου τῆς νυκτὸς ἐτελεύτησεν.

VII. Ἐσῄεσαν δ' οἱ τρεῖς τρισὶν ἡμέραις, ἀνὰ μέρος ἕκαστος αὐτῶν, ὁ Καῖσάρ τε καὶ ὁ Ἀντώνιος καὶ ὁ Λέπιδος, σὺν ταῖς στρατηγίσι τάξεσι, καὶ ὁπλιτῶν ἕκαστος ἑνὶ τέλει. Ὡς δὲ εἰσῆλθον, αὐτίκα μὲν ἡ πόλις ἦν πλήρης ὅπλων τε καὶ σημείων διατεταγμένων ἐς τὰ ἐπίκαιρα. Αὐτίκα δὲ ἐν μέσῳ τούτων ἤγετο ἐκκλησία, καὶ δήμαρχος Πούπλιος Τίτιος ἐνομοθέτει, καινὴν ἀρχὴν ἐπὶ καταστάσει τῶν παρόντων ἐς πενταετὲς εἶναι τριῶν ἀνδρῶν, Λεπίδου τε καὶ Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος, ἴσον ἰσχύουσαν ὑπάτοις (ἣν ἄν τις Ἑλλήνων Ἁρμοστὰς ὀνομάσειεν, ὃ καὶ Λακεδαιμόνιοι τοῖς καθισταμένοις τὰ ὑπήκοα ἐτίθεντο ὄνομα)· οὔτε διαστήματος ἐς δοκιμασίαν, οὔτε κυρίας εἰς τὴν χειροτονίαν ἡμέρας προτεθείσης· ἀλλ' αὐτίκα ἐκυροῦτο ὁ νόμος. Καὶ νυκτὸς ἄλλων, ἐπὶ τοῖς ἑπτακαίδεκα, τριά-

fensam, aut quod inimicorum essent necessarii, vel amicorum inimici. Nonnullis divitiæ fuerunt exitio. Nam opus erat ad belli apparatum multis pecuniis : quia reditus ex Asiæ vectigalibus Bruto Cassioque fuerant traditi, et ab illis solis adhuc percipiebantur, regibus etiam præterea ac satrapis de suo eisdem conferentibus. Triumviris autem Europa reliqua erat, et Italia, bellis tum maxime exactionibusque ita exhausta, ut parcissimus inde reditus esset. Itaque paulatim plebi quoque, ac tandem mulieribus etiam, gravissima tributa imposuerunt; et emtionum quoque et locationum vectigalia excogitarunt. Nec defuit qui propter villam aut domum amœniorem proscriptus est. Fuerunt autem proscripti, bonis publicatis, senatores CCC, equites Romani MM. In his erant fratres triumvirorum et avunculi; nonnulli etiam ex legatis eorumdem, qui vel imperatores vel alios legatos nonnihil offenderant.

VI. Jam majoris quidem numeri distulerunt proscriptionem donec a colloquio in Urbem discessissent : duodecim autem, vel, ut alii produnt, septemdecim, reliquis potentiores, et in his Ciceronem, placuit ante alios occidere, immissis subito percussoribus. Ex illisque statim quatuor, vel in conviviis, vel in fortuito occursu, cæsi sunt : reliqui vero dum per domos perque templa quæruntur, fit subito tota nocte tumultus, et discursatio cum clamore ejulatuque, non secus quam urbe capta. Quum enim intellexissent, quæri comprehendique aliquot viros, et nemo adhuc proscriptus esset; quisque se peti a circumcursantibus putabat. Itaque rebus desperatis, quidam suas privatas, quidam publicas etiam ædes cogitabant incendere; male sano quidem consilio facturi dirum aliquid, priusquam paterentur. Ac fecissent fortasse, ni Pedius consul, hac illac cum præcone cursitans, bene sperare eos jussisset, et lucem exspectare; tum accuratius, quid rei esset, cognituros. Prima vero luce, contra triumvirorum sententiam, proscripsit Pedius illos XVII, quasi solos auctores intestinorum malorum, solosque condemnatos : reliquis, interposita fide publica, securitatem promisit, ignarus decreti triumviralis. Et Pedius quidem sequenti nocte, morbo ex nimia defatigatione contracto, exstinctus est.

VII. Tum tres illi, Cæsar, Antonius, Lepidus, tribus continuis diebus, quoque die seorsim unus ex illis, Urbem sunt ingressi; quisque cum sua prætoria cohorte, et una legione. Quorum adventu urbs armatis continuo repleta est, et signa militaria conspecta in locis opportunioribus. Statimque advocata concione, eaque militibus bene cincta, Publius Titius tribunus plebis legem tulit de novo magistratu creando, ut Triumviri constituendæ reipublicæ præessent in quinquennium cum potestate consulari, Lepidus, Antonius et Cæsar (Harmostas Græce non incommode appellaveris; quo nomine Lacedæmonii vocabant eos, qui civitates ipsis subjectas moderabantur) : at nec trinundinum ex more ad examinandam legem concessum est, nec dies comitiis dicta, sed lex sine mora perlata est. Sequenti nocte, præter illos XVII, alii CXXX proscripti sunt : et nomina eorum diversis

κοντα καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν προγραφαὶ κατὰ πολλὰ τῆς πόλεως προυτίθεντο· καὶ μετ' ὀλίγον ἄλλων πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Καί τις προσετίθετο τοῖς πίναξιν ἀεὶ τῶν προκαταγιγνωσκομένων ἢ τῶν προανῃρημένων ὑπ' ἀγνοίας, ἐς δόξαν τοῦ δικαίως ἀνῃρῆσθαι. Διετέτακτό τε, πάντων τὰς κεφαλὰς ἐς τοὺς τρεῖς ἄνδρας ἐπὶ ῥητῷ κέρδει φέρεσθαι· καὶ ἦν τὸ κέρδος ἐλευθέρῳ μὲν, ἀργύριον, θεράποντι δὲ, ἐλευθερία τε καὶ ἀργύριον· παρέχειν δὲ ἐς ἔρευναν πάντας τὰ ἴδια· καὶ τὸν ὑποδεξάμενον ἢ κρύψαντα ἢ τὴν ἔρευναν οὐ παρασχόντα, τοῖς ἴσοις ἐνέχεσθαι· μηνύειν δὲ ἕκαστα τούτων τὸν ἐθέλοντα, ἐπὶ τοῖς ἴσοις κέρδεσι.

VIII. Καὶ εἶχεν οὕτως ἡ προγραφή· « Μάρκος Λέπιδος, Μάρκος Ἀντώνιος, Ὀκταούϊος Καῖσαρ, οἱ χειροτονηθέντες ἁρμόσαι καὶ διορθῶσαι τὰ κοινὰ, οὕτω λέγουσιν· Εἰ μὴ δι' ἀπιστίαν οἱ πονηροὶ, δεόμενοι μὲν, ἦσαν ἐλεεινοὶ, τυχόντες δὲ, ἐγίγνοντο τῶν εὐεργετῶν ἐχθροὶ, εἶτα ἐπίβουλοι· οὔτ' ἂν Γάϊον Καίσαρα ἀνῃρήκεσαν, οὓς ἐκεῖνος δορὶ λαβὼν ἔσωσεν ἐλέῳ, καὶ φίλους θέμενος, ἐπὶ ἀρχὰς καὶ τιμὰς καὶ δωρεὰς προήγαγεν ἀθρόως· οὔτ' ἂν ἡμεῖς τοῖς ἐνυβρίσασι καὶ πολεμίους ἀναγράψασιν ἡμᾶς ὧδε ἀθρόως ἠναγκαζόμεθα χρῆσθαι. Νῦν δὲ, ἐξ ὧν ἐπιβεβουλεύμεθα, καὶ ἐξ ὧν Γάϊος Καῖσαρ ἔπαθεν, ἀτιθάσευτον ὁρῶντες τὴν κακίαν ὑπὸ φιλανθρωπίας, προλαβεῖν τοὺς ἐχθροὺς ἢ παθεῖν αἱρούμεθα. Μὴ δή τις τὸ ἔργον ἄδικον ἢ ὠμὸν ἢ ἄμετρον ἡγείσθω, ἔς τε Γάϊον καὶ ἐς ἡμᾶς, οἷα πεπόνθαμεν, ὁρῶν. Γάϊον μὲν δὴ καὶ αὐτοκράτορα ὄντα, καὶ ἄρχοντα ἱερῶν, καὶ τὰ φοβερώτατα Ῥωμαίοις καθελόντα τε ἔθνη καὶ κτησάμενον, καὶ πρῶτον ἀνδρῶν ὑπὲρ τοὺς Ἡρακλείους ὅρους ἀπλώτου θαλάσσης ἀποπειράσαντα, καὶ Ῥωμαίοις γῆν ἄγνωστον εὑρόντα, ἐν μέσῳ τῷ ἱερῷ λεγομένῳ βουλευτηρίῳ, ὑπὸ ὄψεσι θεῶν, κατέκανον, εἴκοσι καὶ τρισὶ σφαγαῖς ἐνυβρίσαντες, οἱ πολέμῳ ληφθέντες ὑπ' ἐκείνου, περισωθέντες, καὶ κληρονόμοι τέ τινες αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἐγγραφέντες εἶναι. Οἱ λοιποὶ δὲ, ἐπὶ τῷ μύσει τῷδε, τοὺς ἐναγεῖς ἀντὶ κολάσεων ἐπὶ ἀρχὰς καὶ ἡγεμονίας ἐξέπεμψαν· αἷς ἐκεῖνοι χρώμενοι, τά τε κοινὰ τῶν χρημάτων ἥρπασαν, καὶ στρατὸν ἐξ αὐτῶν ἀγείρουσι καθ' ἡμῶν, καὶ ἕτερον αἰτοῦσι παρὰ βαρβάρων ἀεὶ τῆς ἀρχῆς πολεμίων· τάς τε ὑπὸ Ῥωμαίοις πόλεις, τὰς μὲν οὐ πείθοντες, ἐνέπρησαν ἢ κατέσκαψαν ἢ κατήρειψαν, τὰ δὲ καταπλήξαντες ἐπάγουσι τῇ πατρίδι καθ' ἡμῶν.

IX. Ἡμεῖς δὲ αὐτῶν τοὺς μὲν ἤδη τετιμωρήμεθα· τοὺς δὲ λοιποὺς, θεοῦ συνεπιλαμβάνοντος, αὐτίκα δίκην διδόντας ὄψεσθε. Τῶν δὲ μεγίστων ἡμῖν ἠνυσμένων καὶ ὑπὸ χερσὶν ὄντων, Ἰβηρίας τε, καὶ Κελτικῆς, καὶ τῶνδε τῶν οἴκοι, ἓν ἔστι λοιπὸν ἔτι ἔργον, στρατεύειν ἐπὶ τοὺς πέραν θαλάσσης αὐτόχειρας Γαΐου. Μέλλουσι δὴ πόλεμον ὑπὲρ ὑμῶν ἔκδημον ἀγωνιεῖσθαι, οὐκ ἀσφαλὲς οὔτε ἐς τὰ ἡμέτερα οὔτε ἐς τὰ ὑμέτερα εἶναι δοκεῖ, τοὺς ἄλλους ἐχθροὺς ὀπίσω καταλιπεῖν, ἐπιθησομένους ταῖς ἀπουσίαις ἡμῶν, καὶ τὰ συμβαίνοντα τῷ

Urbis locis proposita; nec multo post rursum alii C L. Et tabulis semper adscribebatur nomen alicujus ex eis, qui per errorem jam ante condemnati aut occisi erant, ne innocentes viderentur hi periisse. Edictumque erat, ut omnium capita ad Triumviros referrentur, propositis certis præmiis, ingenuo pecunia, servo libertate cum pecunia: tum, ut perquisitoribus quisque patefaceret ædes suas; pari enim in culpa cum proscriptis fore, quicunque aliquem ex his vel domo excepisset, vel occultasset, vel qui perquisitoribus non ultro aperiret omnia: et hujusmodi celatorum indicibus paria erant præmia proposita.

VIII. Fuit autem proscriptionis formula hæc: « M. Lepidus, M. Antonius, Octavius Cæsar, triumviri electi constituendæ et corrigendæ reipublicæ, edicunt sic: Nisi tanta esset improborum perfidia, ut postquam supplices miseratione servati sunt, benemeritis pro beneficio reponant odium, ac mox etiam vitæ insidias; neque hi C. Cæsarem interfecissent, quos ille bello victos servavit clementia, et in amicitiam receptos evexit ad honores, et liberalitate cumulavit; neque nos adversus eos, qui indigne nobiscum egerunt, et hostes reipublicæ nos judicaverunt, subito hanc rationem ingredi cogeremur. Nunc vero, postquam ex insidiis quas nobis struxerunt, et ex Cæsaris casu, intelleximus, nullis beneficiis perdomari eorum malitiam posse, prævenire inimicos, quam ab eis præoccupari, malumus. Nemo igitur hoc nostrum factum aut injustum, aut crudele, aut nimium existimet, quid C. Cæsar, quid nos ipsi passi simus, reputans. Illum certe, et imperatorem, et pontificem maximum, et gentium maxime populo Romano formidatarum domitorem subactoremque, qui primus mortalium ultra Herculeos terminos nemini navigatum mare superavit, et incognitas populo Romano aperuit terras; illum in loco sacrato, in media curia, sub oculis deorum, confecerunt, tribusque et viginti vulneribus lacerarunt hi, qui, quum jure belli ab eo fuissent capti, dimissi ab eodem fuerant incolumes, nonnulli etiam testamento hæredes ejus nuncupati. Cæteri vero, tantum abfuit, ut in conspurcatos tam exsecrabili crimine animadverterent, ut eis magistratus et provincias cum imperio dederint; quibus illi abusi, et pecunias publicas diripuerunt, et copias inde contra nos colligunt, atque alias a barbaris, perpetuis imperii nostri hostibus, postulant. Civitatesque populo Romano subjectas, partim, quod ipsorum imperata detrectassent, incenderunt, aut diruerunt, et solo æquarunt, partim minis ac territatione coegerunt ad arma nobis patriæque inferenda.

IX. « Nos vero de quibusdam eorum jam exegimus pœnas: reliquos, deo juvante, mox luere videbitis. Cæterum post res maximas, partim jam confectas a nobis, partim propediem expediendas, quæ ad Hispaniam ad Galliamque et ad hanc nostram Italiam pertinent; unum præterea magnum superest negotium, expeditio contra eos, qui trans mare sunt, Cæsaris parricidas. Id bellum pro patria gesturi peregre, neque nobis neque vobis tutum fore arbitrati sumus, si alios inimicos a tergo relinqueremus; usuros contra nos occasione, per absentiam nostram et per belli

πολέμῳ καιροφυλακήσοντας· οὐδ' αὖ βραδύνειν διὰ τούσδε, ἐν ἐπείξει τοσῇδε, μᾶλλον, ἢ ἐκ ποδῶν αὐτοὺς ἀθρόως ποιήσασθαι, ἄρξαντάς γε τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου, ὅτε πολεμίους ἡμᾶς τε καὶ τοὺς ὑφ' ἡμῖν στρατοὺς ἐψηφίζοντο εἶναι.

X. Κἀκεῖνοι μὲν τοσάσδε πολιτῶν μυριάδας ἡμῖν συναπώλλυον, οὔτε θεῶν νέμεσιν οὔτε φθόνον ἀνθρώπων ὑφορώμενοι. Ἡμεῖς δὲ πλήθει μὲν οὐδενὶ χαλεπανοῦμεν, οὐδὲ τοὺς ἐχθροὺς ἐπιλεξόμεθα πάντας, ὅσοι διηνέχθησαν ἡμῖν, ἢ ἐπεβούλευσαν, οὐδὲ ἐκ πλούτου πάντως ἢ περιουσίας ἢ ἀξιώσεως, οὐδ' ὅσους ἕτερος πρὸ ἡμῶν αὐτοκράτωρ ἔκτεινε, τὴν πόλιν κἀκεῖνος ἐν ἐμφυλίοις καθιστάμενος, ὃν Εὐτυχῆ προσείπατε δι' εὐπραξίαν· καίπερ ἀνάγκης οὔσης, τρισὶ πλέονας ἐχθρούς, ἢ ἑνί, εἶναι. Ἀλλὰ μόνους δὴ τοὺς φαυλοτάτους τε καὶ πάντων αἰτιωτάτους ἀμυνούμεθα. Καὶ τόδε δι' ὑμᾶς οὐχ ἧσσον ἡμῶν· ἀνάγκη γάρ, ἡμῶν διαφερομένων, ὑμᾶς πάντας ἐν μέσῳ δεινὰ πάσχειν· ἀνάγκη δέ τι καὶ τῷ στρατῷ γενέσθαι παραμύθιον, ὑβρισμένῳ τε καὶ παρωξυμμένῳ, καὶ πολεμίῳ πρὸς τῶν κοινῶν ἐχθρῶν ἀναγεγραμμένῳ. Δυνηθέντες δ' ἄν, οὓς ἔγνωμεν, ἐξ ἐφόδου συλλαβεῖν, αἱρούμεθα προγράψαι μᾶλλον, ἢ ἀγνοοῦντας ἔτι συλλαβεῖν· καὶ τόδε δι' ὑμᾶς, ἵνα μὴ ἐπὶ τοῖς ὁπλίταις ᾖ διωργισμένοις πλεονάζειν ἐς τοὺς ἀνευθύνους, ἀλλά, ἀπηριθμημένους καὶ ὡρισμένους ἔχοντες ὀνομαστί, τῶν ἄλλων κατὰ πρόσταγμα ἀπέχωνται.

XI. Ἀγαθῇ τύχῃ τοίνυν· τῶν ὑπογεγραμμένων τῷδε τῷ διαγράμματι μηδεὶς δεχέσθω μηδένα, μηδὲ κρυπτέτω, μηδὲ ἐκπεμπέτω ποι, μηδὲ πειθέσθω χρήμασιν. Ὃς δ' ἂν ᾖ σώσας ἢ ἐπικουρήσας ἢ συνειδὼς φανῇ, τοῦτον ἡμεῖς, οὐδεμίαν ὑπολογισάμενοι πρόφασιν ἢ συγγνώμην, ἐν τοῖς προγεγραμμένοις τιθέμεθα. Ἀναφερόντων δὲ τὰς κεφαλὰς οἱ κτείναντες ἐφ' ἡμᾶς· ὁ μὲν ἐλεύθερος, ἐπὶ δισμυρίαις δραχμαῖς Ἀττικαῖς καὶ πεντακισχιλίαις ὑπὲρ ἑκάστης· ὁ δὲ δοῦλος, ἐπ' ἐλευθερίᾳ τοῦ σώματος, καὶ μυρίαις Ἀττικαῖς, καὶ τῇ τοῦ δεσπότου πολιτείᾳ· τὰ δ' αὐτὰ καὶ τοῖς μηνύουσιν ἔσται· καὶ τῶν λαμβανόντων οὐδεὶς ἐγγεγράψεται τοῖς ὑπομνήμασιν ἡμῶν, ἵνα μὴ κατάδηλος ᾖ. » Ὧδε μὲν εἶχεν ἡ προγραφὴ τῶν τριῶν ἀνδρῶν, ὅσον ἐς Ἑλλάδα γλῶσσαν ἀπὸ Λατίνης μεταβαλεῖν.

XII. Πρῶτος δ' ἐν τοῖς προγράφουσι Λέπιδος, καὶ πρῶτος ἐν τοῖς προγραφομένοις ὁ ἀδελφὸς ὁ Λεπίδου Παῦλος· καὶ δεύτερος ἦν τῶν προγραφόντων Ἀντώνιος, καὶ δεύτερος τῶν προγραφομένων ὁ θεῖος ὁ Ἀντωνίου Λεύκιος· οἵδε μέν, ὅτι πρῶτοι πολεμίους αὐτοὺς ἐψηφίσαντο. Τρίτος δὲ καὶ τέταρτος ἦν, τῶν ἐν ἑτέρῳ πίνακι προκειμένων ἐς τὸ μέλλον ὑπάτων, Πλάγκου μὲν ὁ ἀδελφὸς Πλώτιος, Ἀσινίου δὲ ὁ πενθερὸς Κοΐντος. Καὶ οὐ κατ' ἀξίωσιν ἄρα μόνην οἵδε τῶν ἄλλων προὔκειντο μᾶλλον, ἢ ἐς θάμβος καὶ δυσελπιστίαν, μηδένα ῥύσασθαί τινα προσδοκᾶν. Ἦν δὲ καὶ Θωράνιος ἐν τοῖς προγεγραμμένοις, λεγόμενος ὑπό τινων ἐπιτροπεῦσαι Καίσαρος. Ἅμα δὲ ταῖς προγραφαῖς αἵ τε πύλαι

varios casus captata. Imo ne cunctandum quidem, urgente tam præsenti periculo, duximus; sed ad unum tollendos e medio; quandoquidem ipsi priores nobis bellum intulerunt tum, quum nos nostrosque exercitus hostes judicarunt.

X. « Et illis quidem nulla religio fuit, tot civium millia nobiscum velle perdere, spreta deorum vindicta hominumque invidia. Nos vero multitudini nulli molesti erimus : ne inimicos quidem, qui nobis vel adversati sunt vel insidiati, seligemus omnes, nec in divites omnino et locupletes honoratosve animadvertemus; neque in tam multos quam alius ante nos imperator, qui pariter labefactatam civilibus bellis rempublicam instauravit, quem vos ob res gestas Felicem cognominastis : quamvis necesse sit, plures esse inimicos tribus quam uni. Sed pessimum solummodo quemque mulctabimus, et præ cæteris nocentissimum. Atque id non nostrum magis causa faciemus, quam vestrum ipsorum; quos necesse esset, dum nos conflictaremur, in medio positos omnes multis involvi calamitatibus. Sed et necesse est aliquid in gratiam facere exercitus, ad levamen injuriarum quibus ille irritatus est, a communibus nostris inimicis hostis judicatus. Quanquam vero potueramus, quos visum esset, comprehendere e vestigio, malumus eos proscribere, quam ignaros opprimere : idque ipsum propter vos, ne in potestate sit iratorum militum, præter mandatum insontibus quoque vim inferre; sed ut, intra certum numerum suis nominibus designatorum coerciti, abstineant cæteris.

XI. « Ergo quod felix faustumque sit : Ex his quorum nomina huic scripto subjuncta sunt, nemo quemquam domum recipito, neve celato, neve ablegato, neve pecuniis corrumpitor. Quisquis autem vel servasse, vel adjuvisse, vel conscius fuisse deprehendetur, eum nos absque ulla excusatione veniaque in proscriptorum numerum referemus. Capita vero occisorum ad nos afferunto, accepturi præmium, centena millia HS. in singula capita, si liber attulerit; sin servus, libertatem cum quadraginta millibus H S. et heri sui jure civitatis. Eadem præmia sunto et indicibus : nec cujusquam nomen, qui præmium acceperit, inseretur nostris commentariis, ne manifestum fiat. » Talis fuit triumviralis proscriptionis formula.

XII. Primus autem inter proscriptores Lepidus fuit, et primus inter proscriptos frater Lepidi, Paulus : secundus ex proscriptoribus Antonius, et secundus proscriptus avunculus Antonii, Lucius : quia hi primi sententiis suis hostes eos judicaverant. Tertius porro et quartus erant necessarii designatorum in sequentem annum consulum (quorum nomina in alia tabula juxta illam erant descripta), Planci frater, Plotius, et Quintius, socer Asinii : qui non tam ob dignitatis eminentiam ante alios sunt positi, quam ad incutiendum timorem, spemque adimendam, ne quis liberare quempiam posse speraret. Erat et Thoranius inter proscriptos, qui tutor a nonnullis proditur fuisse Cæsaris. Editaque proscriptione, continuo portis additæ sunt custodiæ, et obsessi

κατείχοντο, καὶ ὅσαι ἄλλαι τῆς πόλεως ἔξοδοί τε καὶ λιμένες, ἢ ἕλη καὶ τέλματα, ἢ εἴ τι ἄλλο ἐς φυγὴν ὕποπτον ἦν, ἢ ἐς λαθραίους καταφυγάς· τήν τε χώραν ἐπετέτραπτο τοῖς λοχαγοῖς ἐρευνᾶν περιθέουσι· καὶ ἐγίγνετο πάντα ὁμοῦ.

XIII. Εὐθὺς οὖν ἦν ἀνά τε τὴν χώραν καὶ ἀνὰ τὴν πόλιν, ὡς ἕκαστός πη συνελαμβάνετο, ἀνδρολήψια αἰφνίδια πολλὰ, καὶ τρόποι τῶν φόνων ποικίλοι, τῶν τε κεφαλῶν ἀποτομαὶ τοῦ μισθοῦ χάριν ἐς ἐπίδειξιν, φυγαί τε ἀπρεπεῖς, καὶ σχήματα ἄτοπα ἐκ τοῦ πρὶν περιφανοῦς. Κατέδυνον γὰρ οἱ μὲν ἐς φρέατα, οἱ δὲ ἐς τὰς ὑπονόμους τάφρους ἐπὶ τὰ ἀκάθαρτα, οἱ δὲ ἐς καπνώδεις ὑπωροφίας, ἢ τῶν τεγῶν ταῖς κεραμίσι βυομέναις ὑπεκάθηντο, μετὰ σιγῆς βαθυτάτης. Ἐδεδοίκεσαν γὰρ οὐχ ἧσσον τῶν σφαγέων, οἱ μὲν γυναῖκας ἢ παῖδας οὐκ εὐμενῶς σφίσιν ἔχοντας, οἱ δὲ ἐξελευθέρους τε καὶ θεράποντας, οἱ δὲ καὶ δανεισμάτων χρήστας, ἢ χωρίων γείτονας, ἐπιθυμίᾳ τῶν χωρίων. Ἐπανάστασις γὰρ δὴ πάντων, ὅσα τέως ὕπουλα ἦν, ἀθρόα τότε ἐγίγνετο, καὶ ἀθέμιστος μεταβολὴ βουλευτῶν ἀνδρῶν, ὑπάτων, ἢ στρατηγῶν, ἢ δημάρχων, ἔτι τάσδε τὰς ἀρχὰς μετιόντων, ἢ ἐν αὐταῖς γεγονότων, ἐς πόδας ἰδίου θεράποντος ῥιπτουμένων σὺν ὀλοφύρσεσι, καὶ σωτῆρα καὶ κύριον τὸν οἰκέτην τιθεμένων. Οἴκτιστον δὲ ἦν, ὅτε καὶ ταῦτα ὑποστάντες οὐκ ἐλεηθεῖεν.

XIV. Ἰδέα τε πᾶσα κακῶν ἦν, οὐχ ὡς ἐν στάσεσιν ἢ πολέμου καταλήψεσιν. Οὐ γὰρ, ὡς ἐν ἐκείνοις, τὸν μὲν ἀντιστασιώτην ἢ πολέμιον ἐδεδοίκεσαν, τοῖς δ' οἰκείοις σφᾶς ἐπέτρεπον· ἀλλὰ καὶ τούσδε τῶν σφαγέων μᾶλλον ἐδεδοίκεσαν, οὐδὲν μὲν αὐτοὺς, ὡς ἐν πολέμῳ καὶ στάσει, δεδιότας, σφίσι δὲ αὐτίκα γιγνομένους ἐξ οἰκείων πολεμίους, ἢ δι' ὕπουλον ἔχθραν, ἢ ὑπὸ τῶν ἐπικεκηρυγμένων σφίσι γερῶν, ἢ διὰ τὸν ἐν ταῖς οἰκίαις χρυσόν τε καὶ ἄργυρον. Ἄπιστος γὰρ δὴ διὰ ταῦτα ἀθρόως ἕκαστος ἐς τὸν οἰκεῖον ἐγίγνετο, καὶ τὸ σφέτερον κέρδος τοῦ πρὸς αὐτὸν ἐλέου προὐτίθει. Ὁ δὲ πιστὸς ἢ εὔνους ἐδεδίει βοηθεῖν, ἢ κρύπτειν, ἢ συνειδέναι, δι' ὁμοιότητα τῶν ἐπιτιμίων. Ἔς τε τὸ ἔμπαλιν αὐτοῖς τοῦ πρώτου τῶν ἑπτακαίδεκα ἀνδρῶν δέους περιέστη. Τότε μὲν γὰρ οὐ προγραφέντος οὐδενὸς, ἀλλὰ τινῶν ἄφνω συλλαμβανομένων, πάντες ἐδεδοίκεσαν ὅμοια, καὶ συνήσπιζον ἀλλήλοις· ἐπὶ δὲ ταῖς προγραφαῖς, οἱ μὲν αὐτίκα πᾶσιν ἔκδοτοι γεγένηντο· οἱ δὲ ἐν ἀμερίμνῳ περὶ σφῶν καὶ ἐπὶ κέρδει γενόμενοι, τοὺς ἄλλους ἐπὶ μισθῷ τοῖς σφαγεῦσιν ἐκυνηγέτουν. Ὁ δὲ λοιπὸς ὅμιλος, οἱ μὲν τὰς οἰκίας τῶν ἀναιρουμένων διήρπαζον, καὶ τὸ κέρδος αὐτοὺς ἀπὸ τῆς συνέσεως τῶν παρόντων κακῶν ἐψυχαγώγει· οἱ δὲ ἐμφρονέστεροί τε καὶ ἐπιεικεῖς ἐτεθήπεσαν ὑπὸ ἐκπλήξεως· καὶ ἦν αὐτοῖς παραλογώτερον, ὅτε μάλιστα ἐνθυμηθεῖεν, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας πόλεις ἐλυμήναντο στάσεις, καὶ περιέσωσαν ὁμόνοιαι, τὴν δὲ καὶ αἱ στάσεις τῶν ἀρχόντων προαπώλεσαν, καὶ ἡ ὁμόνοια τοιάδε ἐργάζεται.

XV. Ἔθνησκον δὲ, οἱ μὲν, ἀμυνόμενοι τοὺς ἀναι-

cæteri omnes Urbis exitus; eademque diligentia circa portus adhibita, et circa loca palustria cœnosaque, et quidquid suspectum erat ut fugæ latebrisve commodum; tum centuriones jussi sunt ad inquirendum per agros discurrere: et hæc omnia eodem momento facta sunt.

XIII. Itaque confestim intra Urbem et extra, prout quoque loco quisque deprehensus esset, repente oppressi multi per varia mortis genera; et capita detruncata, ad fidem cædis faciendam, ferendamque mercedem. Passimque fuga erat parum decora virorum paulo ante illustrium, tunc in deformem habitum mutatorum. Nam pars descendebant in puteos, pars in cloacas impurissimas: alii in fumariis vel sub tectorum constipatis tegulis abditi summo cum silentio sedebant. Timebant enim sibi quidam non magis a percussoribus, quam ab infensis uxoribus, alii a filiis male in ipsos affectis; alii a libertis servisque; tum creditores a debitoribus; vicini a vicinis, contigua prædia appetentibus. Quidquid enim lividum ac suppuratum odiis antea fuerat, id subito tunc erumpebat; et indigno modo mutabatur fortuna virorum ex amplissimo ordine, consulum, prætorum, tribunorum, aut harum dignitatum candidatorum, aut qui illos magistratus gesserant: quos nunc ad pedes servorum suorum cum lamentis vidisses advolutos, et famulo appellatione servatoris ac domini adulantes. Quæ res eo erat miserabilior, quod multi ne tam demisse quidem supplices impetraverint misericordiam.

XIV. Neque vero ulla aberat calamitatis species, secus ac in seditionibus et hostili victoria. Nec enim, ut illic, adversarii soli hostesve timebantur, in domesticis reponebatur fiducia; sed ipsi domestici multo magis, quam percussores, formidabantur: qui de se ipsis præter bellorum seditionumve morem securi, hostes subito reddebantur ex familiaribus, sive propter dissimulatum odium, sive spe ostentati publice præmii, sive quod inhiarent auro argentoque in ædibus. His enim de causis nihil cuiquam fidum domi supererat, lucri aviditate præponderante pietatem domesticam. Quod si quis in fide permanebat ac benevolentia, tamen opem ferre non audebat, nec celare periclitantem, nec dissimulare conscientiam, propter pœnæ similitudinem, quæ celatores sequebatur. Eratque res longe diversa a superiore septemdecim damnatorum virorum periculo: tunc enim, nemine proscripto, nonnullis repente comprehensis, omnes metu similis casus protegebant se invicem. Evulgatis autem proscriptionis tabulis, proscripti mox omnium proditioni patebant; cæteri, securi de sua salute et lucris intenti, ceu venatici canes, mercenariam operam præstabant vestigandis his, quos ad necem objicerent. Reliqua turba diripiebat ædes interemtorum; et præsens lucrum mentem eorum a cogitatione publicæ calamitatis avocabat. Qui vero prudentiores erant ac moderatiores, attoniti stupebant: et inaudita plane res ac pæne incredibilis tum maxime eis videbatur, quum subiret animum, « alias civitates seditionibus civium afflictas, mox eorumdem concordia esse servatas: hanc vero, per dissensionem civium jam ante perditam, nunc quoque per eorumdem conspirationem talia perpeti. »

XV. Cadebant autem alii repugnantes; non repugnantes

ροῦντας· οἱ δ', οὐκ ἀμυνόμενοι, ὡς οὐχ ὑπὸ τῶνδε ἀδικούμενοι. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ σφᾶς αὐτοὺς λιμῷ τε ἑκουσίῳ δαπανῶντες, καὶ βρόχοις χρώμενοι, καὶ τὰ σώματα καταποντοῦντες, ἢ ῥιπτοῦντες ἀπὸ τῶν τεγῶν, ἢ ἐς πῦρ ἐναλλόμενοι, ἢ τοῖς σφαγεῦσιν ὑπίσχοντες, ἢ καὶ μεταπεμπόμενοι βραδύνοντας· ἕτεροι δὲ κρυπτόμενοι, καὶ λιπαροῦντες ἀπρεπῶς, ἢ διωθούμενοι τὸ κακὸν, ἢ ὠνούμενοι. Οἳ δὲ καὶ παρὰ γνώμην τῶν τριῶν ἀνδρῶν, ὑπ' ἀγνοίας, ἢ κατ' ἐπιβουλὴν, ἀπώλλυντο. Καὶ δῆλος ἦν ὁ μὴ προγραφεὶς νέκυς, ὅτε οἱ προσκέοιτο ἡ κεφαλή· τῶν γὰρ δὴ προγεγραμμένων ἐν ἀγορᾷ προυτίθεντο παρὰ τοῖς βήμασιν, ἔνθα ἔδει κομίσαντας ἀντιλαβεῖν τὰ ἀγαθά. Ἴση δ' ἦν ἑτέρων σπουδὴ, καὶ ἀρετὴ γυναικῶν τε καὶ παιδίων καὶ ἀδελφῶν καὶ θεραπόντων, περισωζόντων τε καὶ συμμηχανωμένων πολλὰ, καὶ συναποθνησκόντων, ὅτε μὴ τυχοῖεν ὧν ἐπενόουν· οἱ δὲ καὶ ἐπανῄρουν σφᾶς ἀνῃρημένοις. Τῶν δὲ ἐκφυγόντων, οἱ μὲν ὑπὸ ναυαγίων ἀπώλλυντο, ἐς πάντα σφίσι τῆς τύχης ἐπιβαρούσης· οἱ δὲ ἐπανήχθησαν ἐκ παραλόγων ἐπί τε ἀρχὰς τῆς πόλεως καὶ στρατηγίας πολέμων καὶ θριάμβους. Οὕτως ὁ καιρὸς ἦν ἐκεῖνος ἐπίδειξις παραδοξολογίας.

XVI. Καὶ τάδε ἐγίγνετο οὐκ ἐν ἰδιώτιδι πόλει, οὐδὲ ἐν ἀσθενεῖ καὶ σμικρῷ βασιλείῳ· ἀλλὰ τὴν δυνατωτάτην καὶ τοσούτων ἐθνῶν καὶ γῆς καὶ θαλάσσης ἡγεμονίδα διέσειεν ὁ θεὸς, ἐκ πολλοῦ ἄρα ἐς τὴν νῦν καθιστάμενος εὐταξίαν. Ἐγένετο μὲν οὖν τοιάδε ἕτερα ἐν αὐτῇ κατά τε Σύλλαν, καὶ ἔτι πρὸ ἐκείνου Γάϊον Μάριον· ὧν ὁμοίως τὰ γνωριμώτατα τῶν κακῶν ἐν τοῖς περὶ ἐκείνων ἀνελεξάμην· καὶ προσῆν ἐκείνοις ἀταφία. Ταῦτα δὲ, ἀξιώσει τε τῶν τριῶν ἀνδρῶν, καὶ τοῦ ἑνὸς αὐτῶν μάλιστα ἀρετῇ καὶ τύχῃ τὴν ἀρχὴν συστησαμένου τε ἐς ἕδραν ἀσφαλῆ, καὶ γένος καὶ ὄνομα τὸ νῦν ἄρχον ἀφ' ἑαυτοῦ καταλιπόντος, ἐπιφανέστερα. Ὧν τα λαμπρὰ καὶ τὰ χείρω γενόμενα, ἐν μνήμῃ τε μᾶλλον ὄντα, ὅτι καὶ τελευταῖα γέγονεν, ἐπελεύσομαι νῦν, οὐ πάντα· οὐ γὰρ ἀξιαφήγητον ἀναίρεσις ἁπλῆ καὶ φυγὴ, ἢ, τῶν τριῶν ἀνδρῶν τισι συγγνόντων ὕστερον, ἐπάνοδος, ἢ ἐπανελθόντων ἀφανὴς καταβίωσις· ἀλλ' ὅσα παραλογώτατα ὄντα μάλιστα ἂν ἐκπλήξειε, καὶ πιστεύσειν ποιήσειε τοῖς προλεγομένοις. Πολλὰ δ' ἔστι, καὶ πολλοὶ Ῥωμαίων ἐν πολλαῖς βίβλοις αὐτὰ συνέγραψαν ἐφ' ἑαυτῶν· ὀλίγα δὲ ἐγὼ καθ' ἑκάστην ἰδέαν, ἐς πίστιν ἑκάστης, καὶ ἐς εὐδαιμόνισμα τῶν νῦν παρόντων, ἐπὶ κεφαλαίου διὰ τὸ μῆκος ἀναγράψω.

XVII. Ἤρξατο μὲν δὴ τὸ κακὸν, ἐκ συντυχίας, ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχαῖς ἔτι ὄντων· καὶ πρῶτος ἀνῃρέθη δημάρχων Σαλούϊος. Ἱερὰ δ' ἐστὶν ἡ ἀρχὴ καὶ ἄσυλος ἐκ τῶν νόμων, καὶ τὰ μέγιστα ἴσχυεν, ὡς καὶ τῶν ὑπάτων τινὰς ἐς τὰς φυλακὰς ἐμβαλεῖν. Καὶ ἦν ὅδε ὁ δήμαρχος ὁ τὸν Ἀντώνιον ἐν μὲν ἀρχῇ κεκωλυκὼς εἶναι πολέμιον, ὕστερον δὲ συμπεπραχὼς ἐς πάντα Κικέρωνι. Πυθόμενος δὲ τῶν τριῶν ἀνδρῶν τῆς τε συμφρονήσεως καὶ τῆς ἐς τὴν πόλιν ἐπείξεως, τοὺς οἰκείους εἱστία, ὡς

alii, quod eam injuriam non ad ministros cædis referendam ducerent. Quidam se ipsi vel fame confecerunt vel laqueo : alii de tecto se præcipitarunt, aut in aquam conjecerunt ignemve; alii ultro jugulum præbuerunt percussoribus, aut illos cunctantes accersiverunt. Inviti obierunt alii, latebras quærentes, aut indecore supplicantes, aut tergiversantes, aut pretio conantes evadere. Nonnulli quoque, præter triumvirorum mentem, per errorem perierunt, aut per inimicorum insidias. Et cadaver non proscripti dignoscebatur a cæteris, quando non erat capit etruncatum : proscriptorum enim in foro proponebantur capita pro rostris, ubi rependebatur pro eis præmium. E diverso non minor exstitit passim virtus studiumque uxorum, liberorum, fratrum, famulorum, multa ad conservandam periclitantium salutem facientium comminiscentiumque; aut cum suis simul pereuntium, ubi cœpta non successissent : nec defuerunt qui se sponte jugularent supra cæsorum cadaveribus. Ex his vero qui evasere, aliquot naufragio perierunt, nihil se remittente adversa fortuna : alii, ad lætiora tempora præter opinionem servati, pervenerunt ad urbanos magistratus postea, et cum imperio præpositi exercitibus, triumphi etiam honorem sunt adepti. Tantum miraculorum attulerunt illa tempora.

XVI. Et hæc res non acciderunt in vulgari aliqua civitate, nec in parva regia ac invalida : sed potentissimam tot terra marique gentium dominam deus ita perculit; per diutinas ambages adducens eamdem ad feliciorem hanc, quæ nunc obtinet, constitutionem moderationemque. Ac similia quidem jam sub Syllæ dominatu passa erat Roma, et ante illum sub Mario : quorum malorum quæ præ cæteris maxime memorabilia sunt, in illorum historia enotavi : quo tempore quidem etiam hoc accessit, ut inhumata projicerentur occisorum corpora. Hæc autem, de quibus nunc agimus, propter Triumvirorum dignitatem sunt magis insignia, ac præsertim propter unius ex illis virtutem fortunæ conjunctam, qui, postquam imperium solido fundamento firmavit, genus et nomen suum in hos qui nunc imperant propagavit. Quarum rerum, quæ vel alias sunt illustriores, vel quæ sævitate eminent, eas nunc percurram : eo etiam memoratu faciliores, quod sint novissimæ. Enimvero non omnia persequar : quippe non digna videtur commemoratione simplex cædes aut fuga, aut, Triumviris aliquanto post ignoscentibus, reditus quorumdam, et vita deinde in obscuro acta : sed quæ maxime miraculo futura sint, et fidem factura lecturis eorum quæ jam diximus. Sunt autem bene multa, et a multis Romanis scriptoribus seorsim comprehensa multis voluminibus. Ex quibus ego, ne nimis longus sim, pauca per singula rerum genera breviter decerpam; quo cujusque generis constet fides, et quo magis eluceat præsentis ætatis felicitas.

XVII. Prima sævitia fortuito in eos effusa est, qui magistratibus etiam tum fungebantur. Et primus cæsus tribunus plebis Salvius. Est autem is magistratus sacrosanctus priscis legibus, et tantæ potestatis, ut consules etiam aliquot in carcerem miserit. Et hic tribunus primum quidem intercesserat, quominus hostis judicaretur Antonius; sed postea Ciceronem in omnibus rebus adjuverat. Cognita autem Triumvirorum conspiratione et ad Urbem festinatione, convivium familiaribus præbuit, ut non diu porro cum illis

οὐ πολλάκις αὐτοῖς ἔτι συνεσόμενος· ἐσδραμόντων δὲ ἐς τὸ συμπόσιον τῶν ὁπλιτῶν, οἱ μὲν ἐξανίσταντο σὺν θορύβῳ καὶ δέει, ὁ δὲ τῶν ὁπλιτῶν λοχαγὸς ἐκέλευεν ἠρεμεῖν κατακλιθέντας, τὸν δὲ Σαλούϊον, ὡς εἶχε, τῆς κόμης ἐπισπάσας ὑπὲρ τὴν τράπεζαν ἐς ὅσον ἔχρῃζε, τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμε, καὶ τοῖς ἔνδον αὖθις ἐκέλευεν ἀτρεμεῖν ὡς ἔχουσι, μὴ θορύβου γενομένου πάθοιεν ὅμοια. Οἱ μὲν δὴ καὶ οἰχομένου τοῦ λοχαγοῦ τεθηπότες, ἄναυδοι μέχρι βαθυτάτης νυκτὸς τῷ λοιπῷ τοῦ δημάρχου σώματι συγκατέκειντο. Δεύτερος δ' ἀνὴρ ἔθνησκε στρατηγὸς Μινούκιος, ἀρχαιρεσιάζων μὲν ἐν ἀγορᾷ· πυθόμενος δὲ ἐπιέναι τοὺς ὁπλίτας, ἀνεπήδησε, καὶ περιθέων ἔτι καὶ ἐννοούμενος ὅποι διαλάθοι, τὴν ἐσθῆτα ἐνήλλασσεν, ἔς τι τῶν ἐργαστηρίων ἐσδραμὼν, τοὺς ὑπηρέτας καὶ τὰ σημεῖα ἀποπέμψας. Οἱ δὲ, αἰδοῖ καὶ ἐλέῳ παραμένοντες, εὐμαρέστερον ἄκοντες ἐποίησαν τοῖς σφαγεῦσι τὸν στρατηγὸν εὑρεῖν.

XVIII. Ἄνναλιν, ἕτερον στρατηγὸν, τῷ παιδὶ μετιόντι ταμιείαν συμπεριθέοντα, καὶ τοὺς ψηφιουμένους παρακαλοῦντα, οἵ τε συνόντες φίλοι, καὶ οἱ τὰ σημεῖα τῆς ἀρχῆς φέροντες ἀπεδίδρασκον, πυθόμενοι προσγεγράφθαι τοῖς πίναξι τὸν Ἄνναλιν. Ὁ δὲ ἐς πελάτην ἑαυτοῦ τινα φυγὼν, ᾧ βραχὺ καὶ εὐτελές ἦν τέγος ἐν προαστείῳ, καὶ διὰ πάντα εὐκαταφρόνητον, ἐκρύπτετο ἀσφαλῶς· μέχρι τοὺς σφαγέας ὁ υἱὸς αὐτοῦ, τὴν φυγὴν ἐς τὸν πελάτην ὑποτοπήσας, ὡδήγησεν ὑπὸ τὸ τέγος· καὶ παρὰ τῶν τριῶν ἀνδρῶν τήν τε οὐσίαν ἔλαβε τοῦ πατρὸς, καὶ ἐς ἀγορανομίαν ᾑρέθη. Ἀναλύοντα δὲ αὐτὸν ἐκ μέθης στρατιῶταί τι προσκρούσαντες, ἔκτειναν, οἳ καὶ τὸν πατέρα ἀνῃρήκεσαν. Θουράνιος δὲ, οὐ στρατηγῶν μὲν ἔτι, ἀλλ' ἐστρατηγηκὼς, πατὴρ δὲ νεανίου τὰ μὲν ἄλλα ἀκολάστου, δυναστεύοντος δὲ παρ' Ἀντωνίῳ, τοὺς λοχαγοὺς ἠξίου τὴν σφαγὴν ἐπισχεῖν οἱ πρὸς ὀλίγον, ἔστε αὐτὸν ὁ υἱὸς αἰτήσαιτο παρ' Ἀντωνίου. Οἱ δ' ἐπιγελάσαντες, ᾔτησεν, εἶπον, ἀλλ' ἐπὶ θάτερα. Καὶ συνεὶς ὁ πρεσβύτης, ἕτερον αὐτίκα βραχύτατον ᾔτει διάστημα, μέχρι οὗ τὴν θυγατέρα ἴδοι· ἰδὼν δὲ, ἐκέλευε μὴ μετασχεῖν τῶν πατρῴων, μὴ κἀκείνην ὁ ἀδελφὸς αἰτήσαιτο παρ' Ἀντωνίου. Συνέβη δὲ καὶ τῷδε, τὴν οὐσίαν ἐς αἰσχρὰ δαπανῆσαι, καὶ κλοπῆς ἁλόντι φυγεῖν ἐκ καταδίκης.

XIX. Κικέρων δὲ, ὃς μετὰ Γάϊον Καίσαρα ἴσχυσεν, ὅση γένοιτο ἂν δημαγωγοῦ μοναρχία, κατέγνωστο μὲν ἅμα τῷ παιδὶ καὶ τῷ ἀδελφῷ καὶ τῷ παιδὶ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ πᾶσιν οἰκείοις τε καὶ στασιώταις καὶ φίλοις. Φυγὼν δὲ ἐπὶ σκάφους, οὐκ ἔφερε τὴν ἀηδίαν τοῦ κλύδωνος, ἀλλὰ εἰς ἴδιον χωρίον, ὃ καθ' ἱστορίαν τοῦδε τοῦ πάθους εἶδον, ἀμφὶ Καπύην πόλιν τῆς Ἰταλίας, καταχθεὶς, ἠρέμει. Πλησιαζόντων δὲ τῶν ἐρευνωμένων (τοῦτον γὰρ δὴ φιλοτιμώτατα πάντων Ἀντώνιός τε ἐζήτει, καὶ Ἀντωνίῳ πάντες), ἐς τὸ δωμάτιον αὐτοῦ κόρακες ἐσπτάντες ἔκλαζον, ἐπεγείροντες ἀπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ τὸ ἱμάτιον ἀπέσυρον ἀπὸ τοῦ σώματος· ἕως οἱ θεράποντες, σημηνάμενοι τὸ γιγνόμενον εἶναι σύμβολον ἔκ του

convicturus. Quumque irrupissent armati in triclinium, assurgentibus omnibus metu perculsis, centurio jussit cæteros quietos recumbere; Salvium, ita ut erat, capillis correptum super mensam protraxit quantum opus erat, atque ita præciso capite familiares ejus jussit silere et loco manere, ita ut erant, immotos, ne excitato tumultu similia paterentur. Et illi post centurionis quoque abitum, attoniti, sine voce, in multam noctem cum trunco tribuni corpore accubuerunt. Proxime post hunc occisus est prætor Minucius, quum in foro comitia haberet. Is, ubi peti se ab armatis audivit, prosiliit, et discurrens ac latebras quærens, mutata veste in officinam quamdam se proripuit, dimissis apparitoribus cum insignibus; qui, dum pudore et miseratione moti cunctantur, imprudentes effecerunt, ut facilius inveniretur prætor a percussoribus.

XVIII. Alium prætorem, Annalem, dum una cum filio quæsturæ candidato ambit suffragia, amicorum cohors et lictores deseruerunt, postquam didicerunt et hujus nomen adscriptum in tabulis. Annalis ad quemdam ex suis clientibus fuga delatus, cui parvum ac vile tectum erat in suburbio, contemnendum omnibus modis, latebat in tuto : donec ipsius filius, rem suspicatus, percussores sub id tectum duxit, et a triumviris paterna bona ædilitatemque accepit. Quem a compotatione redeuntem ebrium, exorta rixa, iidem milites occiderunt, qui patrem ante occiderant. At Thoranius, non quidem prætor, sed prætorius, pater adolescentis alioquin perditi, qui tamen multum posset apud Antonium, centuriones orabat, tantisper cædem differrent, dum se filius ab Antonio expeteret. Illi ridentes, Petiit, inquiunt, sed in contrarium. Id ubi intellexit senex, iterum brevissimum postulavit spatium, donec vidisset filiam : quam, in conspectum adductam, monuit ne adiret paternorum bonorum hæreditatem, ne et ipsam frater expeteret ab Antonio. Et hic quoque dein dignum factis exitum invenit : turpiter profuso patrimonio, furti damnatus, solum vertere coactus est.

XIX. Cicero autem, qui post Cæsaris cædem regnaverat in concionibus, proscriptus est cum filio, et fratre, et filio fratris, et suæ factionis amicis omnibus et familiaribus. Hic quum in navicula fugam capessivisset, jactationem non ferens, in villam suam, quam mihi libuit ob hujus casus memoriam invisere, prope Capuam [*f.* Cajetam] delatus est. Ubi quum requiesceret, appropinquantibus qui eum quærebant (nam hunc præ cæteris Antonius et pro Antonio omnes summa cura perquirebant), in cubiculum ejus involantes corvi crocitatu e somno eum excitabant, et stragulam ei detrahebant de corpore; donec servi, intelligentes divinitus

θεῶν, ἐς φορεῖον ἐσθέμενοι τὸν Κικέρωνα, αὖθις ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἦγον διὰ λόχμης βαθείας λανθάνοντες. Πολλῶν δὲ ἀνὰ μέρη διαθεόντων τε καὶ πυνθανομένων, εἴ που Κικέρων ὁραθείη· οἱ μὲν ἄλλοι ἐπ' εὐνοίᾳ καὶ ἐλέῳ, πλεῖν αὐτὸν ἐξαναχθέντα, ἔλεγον, ἤδη· σκυτοτόμος δὲ, πελάτης Κλωδίου, πικροτάτου τῷ Κικέρωνι ἐχθροῦ γεγονότος, Λαίνᾳ τῷ λοχαγῷ σὺν ὀλίγοις ὄντι τὴν ἀτραπὸν ἔδειξεν. Ὁ δὲ ἐπέδραμέ τε, καὶ θεράποντας ἰδὼν πολὺ πλείους τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὁρμῶντας ἐς ἄμυναν, στρατηγικῶς μάλα ἀνεβόησεν, Ἐσελθέτωσαν εἰς τὸ χωρίον οἱ περὶ οὐρὰν λοχαγοί. Τότε γὰρ οἱ μὲν θεράποντες ὡς ἐλευσομένων πλεόνων, κατεπλάγησαν.

XX. Ὁ δὲ Λαίνας, καὶ δίκην τινὰ διὰ τοῦ Κικέρωνός ποτε κατωρθωκώς, ἐκ τοῦ φορείου τὴν κεφαλὴν ἐπισπάσας ἀπέτεμνεν, ἐς τρὶς ἐπιπλήσσων καὶ ἐκδιαπρίζων ὑπὸ ἀπειρίας· ἀπέτεμε δὲ καὶ τὴν χεῖρα, ᾗ τοὺς κατὰ Ἀντωνίου λόγους οἷα τυράννου συγγράφων, ἐς μίμημα τῶν Δημοσθένους, Φιλιππικοὺς ἐπέγραφεν. Ἔθεον δὲ οἱ μὲν ἐπὶ ἵππων, οἱ δὲ ἐπὶ νεῶν, αὐτίκα τὸ εὐαγγέλιον Ἀντωνίῳ διαφέροντες. Καὶ ὁ Λαίνας ἐν ἀγορᾷ προκαθημένῳ, τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα μακρόθεν ἀνέσειεν ἐπιδεικνύς. Ὁ δὲ ἥσθη τε μάλιστα, καὶ τὸν λοχαγὸν ἐστεφάνωσε, καὶ πλέοσι τῶν ἄθλων ἐδωρήσατο πέντε καὶ εἴκοσι μυριάσιν Ἀττικῶν δραχμῶν, ὡς μέγιστον δὴ τόνδε πάντων ἐχθρὸν καὶ πολεμιώτατόν οἱ γενόμενον ἀνελόντι. Ἡ κεφαλὴ δὲ τοῦ Κικέρωνος καὶ ἡ χεὶρ ἐν ἀγορᾷ τοῦ βήματος ἀπεκρέμαντο ἐπιπλεῖστον, ἔνθα πρότερον ὁ Κικέρων ἐδημηγόρει· καὶ πλείους ὀψόμενοι συνέθεον, ἢ ἀκροώμενοι. Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς διαίτης ὁ Ἀντώνιος τὴν κεφαλὴν τοῦ Κικέρωνος θέσθαι πρὸ τῆς τραπέζης, μέχρι κόρον ἔσχε τῆς θέας τοῦ κακοῦ. Ὧδε μὲν δὴ Κικέρων, ἐπί τε λόγοις ἀοίδιμος ἐς ἔτι νῦν ἀνὴρ, καὶ ὅτε ἦρχε τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἐς τὰ μέγιστα τῇ πατρίδι γεγονὼς χρήσιμος, ἀνῄρητο· καὶ ἀνῃρημένος ἐνυβρίζετο. Ὁ δὲ παῖς ἐς τὴν Ἑλλάδα προαπέσταλτο ἐς Βροῦτον. Κόϊντος δὲ, ὁ τοῦ Κικέρωνος ἀδελφὸς, ἅμα τῷ παιδὶ καταληφθεὶς, ἐδεῖτο τῶν σφαγέων, πρὸ τοῦ παιδὸς αὐτὸν ἀνελεῖν· τὰ δὲ ἐναντία καὶ τοῦ παιδὸς ἱκετεύοντος, οἱ σφαγεῖς ἔφασαν ἀμφοτέροις διαιτήσειν, καὶ διαλαβόντες ἕτερον ἕτεροι κατὰ σύνθημα φονεῖς, ἀνεῖλον ὁμοῦ.

XXI. Ἰγνάτιοι δὲ, πατὴρ καὶ υἱὸς, συμφυέντες ἀλλήλοις, διὰ μιᾶς πληγῆς ἀπέθανον· καὶ αὐτῶν αἱ κεφαλαὶ μὲν ἀπετέτμηντο, τὰ δὲ λοιπὰ σώματα ἔτι συνεπέπλεκτο. Βάλβος τὸν υἱὸν, ἵνα μὴ βαδίζοντες ὁμοῦ φανεροὶ γένοιντο, προὔπεμψεν ἐς φυγὴν ἐπὶ θάλασσαν, καὶ μετ' ὀλίγον εἵπετο ἐκ διαστήματος. Ἐξαγγείλαντος δέ τινος, εἴτε ἐξ ἐπιβουλῆς, εἴθ' ὑπ' ἀγνοίας, τὸν υἱὸν συνειλῆφθαι, ἐπανῆλθε, καὶ τοὺς σφαγέας μετεπέμψατο. Συνέβη δὲ καὶ τὸν παῖδα ἀπολέσθαι ναυαγίῳ· οὕτω ταῖς τότε συμφοραῖς καὶ τὸ δαιμόνιον ἐπέκειτο. Ἀῤῥούντιος τὸν υἱὸν, οὐχ ὑφιστάμενον φεύγειν χωρὶς αὐτοῦ, μόλις ἔπεισεν ὡς νέον περισώζειν ἑαυτόν. Καὶ τόνδε μὲν ἡ μήτηρ ἐπὶ τὰς πύλας προὔπεμψε, καὶ ὑπέ-

illud missum esse ostentum, impositum lecticæ Ciceronem rursus deferrent ad mare per devia silvæ densissimæ. Multis vero passim discurrentibus, et percunctantibus nuncubi visus esset Cicero; alii, miserati virum et bene ei cupientes, respondebant, eum soluta navi jam ferri per mare : unus sutor, cliens Clodii, infensissimi quondam Ciceroni, callem indicavit Lænati centurioni, comitato paucis militibus : qui cursim insectatus, quum a multo pluribus, quam qui secum essent, stipatum eum vidisset ad propugnandum paratis, insigni strategemate usus, exclamavit : Properate centuriones, qui a tergo estis! Tum servi, quasi mox impares futuri, metu sunt cohibiti.

XX. Lænas, quamvis quondam Ciceronis patrocinio causam vicisset, attractum e lectica caput ejus, repetito ter ictu veluti serra præsecuit magis quam abscidit ob imperitiam. Manum quoque præcidit, qua contra Antonium tanquam tyrannum orationes illas scripserat, quas ad imitationem Demosthenicarum Philippicas inscripsit. Protinusque et terra per veredarios et mari per dromones Antonio lætissimus nuncius perfertur. Et mox Lænas eidem, in foro sedenti pro tribunali, e longinquo caput cum manu ostentavit quatiens. Antonius supra modum gravisus, centurionem coronavit, et ad statutum præmium eidem, ob maximum hunc et infensissimum omnium sibi inimicum sublatum, decies centena millia H S. adjecit. Caput Ciceronis cum manu diu pro rostris pependit, ubi prius concionari erat solitus : majorque tunc ad spectandum, quam prius ad audiendum, concursus fuit. Fertur etiam inter epulas caput Ciceronis mensæ impositum spectasse Antonius, donec eum satietas tam diri spectaculi cepisset. Ad hunc modum Cicero, vir eloquentiæ nomine nunc quoque laudatissimus, de patriaque sua in consulatu singulariter plane meritus, et occisus, et post necem contumeliis affectus est. Filius ejus jam ad Brutum in Græciam fuerat præmissus. Quintus vero, frater Ciceronis, comprehensus una cum suo filio, armatos orabat, ut se prius occiderent quam filium : at filius supplex rogabat contrarium. Percussores, composituros se illorum controversiam, dicentes, seorsim utrumque divisis partibus aggressi, ambos eodem momento necaverunt ex composito.

XXI. Itidem Egnatii, pater filiusque, invicem complexi, uno ictu ceciderunt; et, præcisis amborum simul cervicibus, trunci adhuc in mutuo complexu hæserant. Balbus filium, quo magis fallerent separati, præmisit, ut ad mare profugeret; ipse ex modico intervallo secutus. Quumque a quodam, sive dolo, sive per errorem, audisset, comprehensum esse filium; reversus, ultro percussores accivit. Filio autem accidit, ut in mari periret naufragio. Ita fortuna quoque calamitates illorum temporum augebat. Aruntius filio, non sustinenti absque patre fugam capere, ægre persuasit, ut homo juvenis salutem suam vellet quærere. Hunc mater

στρεψεν ἵνα ἀνῃρημένον τὸν ἄνδρα θάψειε. Πυθομένη δὲ, καὶ τὸν υἱὸν ὑπὸ τῆς θαλάσσης διεφθάρθαι, λιμῷ διεχρήσατο ἑαυτήν. Αἵδε μὲν δὴ παίδων ἀγαθῶν καὶ κακῶν ἔστων εἰκόνες.

XXII. Ἀδελφοὶ δὲ δύο ὁμοῦ προγραφέντες, οἷς ὄνομα ἦν Λιγάριοι, ἐκρύπτοντο ὑπὸ ἰπνῷ· μέχρι τῶν θεραπόντων αὐτοὺς ἀνευρόντων, ὁ μὲν αὐτίκα ἀνῃρέθη, ὁ δὲ ἐκφυγὼν, ἐπεὶ τὸν ἀδελφὸν ἔγνω διεφθαρμένον, ἔῤῥιψεν αὑτὸν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῆς γεφύρας ἐς τὸ ῥεῦμα. Καὶ, αὐτὸν ἁλιέων περισχόντων, ὡς οὐκ ἐναλάμενον, ἀλλὰ πεπτωκότα, ἐς πολὺ μὲν ἐφιλονείκει, καὶ ἑαυτὸν ἐς τὸ ῥεῦμα ἐώθει. Ἡσσώμενος δὲ τῶν ἁλιέων, περιεγίγνετο, καὶ, Οὐκ ἐμὲ, ἔφη, περισώζετε, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἐμοὶ προγεγραμμένῳ συναπόλλυτε. Οἱ δὲ καὶ ὣς αὐτὸν οἰκτείραντες περιέσωζον, μέχρι τινὲς τῶν στρατιωτῶν, οἳ τὴν γέφυραν ἐτήρουν, ἰδόντες, ἐπέδραμόν τε, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμον. Ἑτέρων δὲ ἀδελφῶν ὁ μὲν αὑτὸν ἔῤῥιψε κατὰ τοῦ ῥεύματος, καὶ θεράπων αὐτοῦ τὸ σῶμα ἀνεζήτει μέχρι πέμπτης ἡμέρας· εὑρὼν δὲ, ἔτι γνωρίζεσθαι δυναμένου, τὴν κεφαλὴν διὰ τὸ ἆθλον ἀπέκοψε. Τὸν δὲ ἕτερον, ἐν κοπρῶνι κρυπτόμενον, ἕτερος ἐμήνυσε θεράπων· καὶ οἱ σφαγεῖς εἰσελθεῖν μὲν ἀπηξίωσαν, δόρασι δὲ περικεντοῦντες ἐξήγαγον, καὶ, ὡς εἶχε, τὴν κεφαλὴν, οὐδὲ ἀπονίψαντες, ἀπέκοψαν. Ἕτερος δὲ, τοῦ ἀδελφοῦ συλλαμβανομένου, προσδραμὼν, ἀγνοίᾳ τοῦ καὶ αὐτὸς ἅμα ἐκείνῳ προγεγράφθαι, Ἐμὲ, ἔφη, κτείνατε πρὸ τούτου. Καὶ ὁ λοχαγὸς, ἔχων τὸ ἀκριβὲς ἀνάγραπτον, Εἰκότα ἀξιοῖς, ἔφη· σὺ γὰρ πρὸ τούτου γέγραψαι· καὶ εἰπὼν, κατὰ τὴν τάξιν ἔκτεινεν ἄμφω. Ταῦτα μὲν δὴ καὶ ἀδελφῶν δείγματα.

XXIII. Λιγάριον δὲ ἡ γυνὴ κρύπτουσα, μίαν ἐς τὸ ἀπόῤῥητον ἐπηγάγετο θεράπαιναν. Προδοθεῖσα δ' ὑπ' αὐτῆς, εἵπετο τῇ κεφαλῇ τοῦ ἀνδρὸς φερομένῃ, βοῶσα· Ἐγὼ τοῦτον ὑπεδεξάμην, τὰ δ' ὅμοια τοῖς ὑποδεξαμένοις ἐστὶν ἐπιτίμια. Καὶ οὐδενὸς αὐτὴν οὔτε ἀναιροῦντος, οὔτε μηνύοντος, αὐτάγγελος ἐς τοὺς ἄρχοντας ἦλθε καθ' ἑαυτῆς· κἀκείνων αὐτὴν διὰ τὴν φιλανδρίαν ὑπεριδόντων, ἑαυτὴν ἀπέκτεινε λιμῷ. Καὶ τῆσδε μὲν ἐνθάδε ἐπεμνήσθην, ὅτι τὸν ἄνδρα περισώζουσα ἀπετύγχανέ τε, καὶ συνεξήγαγεν ἑαυτήν. Ὅσαι δ' ἐπέτυχον τῆς φιλανδρίας, ἐν τοῖς περισωθεῖσι τῶν ἀνδρῶν ἀναγράψω. Ἕτεραι δὲ ἀθεμίστως ἐπεβούλευσαν τοῖς ἀνδράσι. Καὶ αὐτῶν ἐστιν, ἡ Σεπτιμίῳ μὲν ἐγεγάμητο, ὑπὸ δέ τινος Ἀντωνίῳ φίλου διεφθείρετο· ἐπειγομένη δὲ ἐκ μοιχείας εἰς γάμον, ἐδεήθη διὰ τοῦ μοιχεύοντος αὐτὴν Ἀντωνίου. Καὶ ὁ Σεπτίμιος αὐτίκα τοῖς πίναξι προσετέθη. Καὶ μαθὼν ἐκ τῆς γυναικὸς, ὑπ' ἀγνοίας τῶν οἴκοι κακῶν, ἔφευγεν. Ἡ δὲ, ὡς φιλοφρονουμένη, τὰς θύρας ἐπέκλεισε, καὶ ἐτήρει τὸν ἄνδρα, ἕως οἱ σφαγεῖς παρεγένοντο· καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας οἱ μὲν ἐκεῖνον ἀνῄρουν, ἡ δὲ ἔθυε γάμους.

XXIV. Σάλασσος δὲ, ἐκφυγών τε καὶ ἀπορούμενος, ἧκε μὲν ἐς πόλιν νυκτὸς, ὅτε μάλιστα ἔδοξεν ἀμβλύνεσθαι τὸ δεινόν. Πεπραμένης δὲ τῆς οἰκίας, μόνος

ad portam prosecuta, revertit domum, ut interemto marito justa persolveret. Aliquanto post, ubi didicit perisse in mari filium, ipsa quoque inedia vitam finivit. Hactenus filiorum bonorum atque malorum imagines proposui.

XXII. Duo fratres simul proscripti, quibus Ligariis nomen erat, latebant in fumario. Ubi quum aliquanto post deprehensi essent a servis, alter confestim occisus est: alter, elapsus, postquam fratrem periisse cognovit, de Tiberino ponte desiliit in fluvium: exceptusque a piscatoribus, quasi casu, non ultro decidisset, diu luctatus est, in flumen se ingerens. Quum vero nihil proficeret, illis vincentibus, Non me servatis, inquit, sed vos ipsos cum proscripto perditis. Sed illis tum quoque servare miserum pergentibus, milites quidam, pontis custodes, id conspicati, accurrerunt et obtruncarunt hominem. Aliorum fratrum alter præcipitavit se in fluvium: cujus corpus servus, quintam usque diem quæsitum, tandem invenit; et quoniam nondum omnino confusa erant oris lineamenta, caput abscidit, ut haberet præmium. Alter vero frater, in fimeto delitescens, ab alio servo est proditus: et percussores, dedignati eo descendere, hastis confixum extraxerunt, et, ita ut erat, caput ne ablutum quidem præciderunt. Alius, quum fratrem comprehendi videret, accurrit, nesciens se proscriptum pariter, exclamavitque, Me prius interficite! Tum centurio, qui proscriptorum seriem accurate scriptam ad manus habebat, Æquum postulas, inquit; nam tuum nomen ante hujus scriptum est: et cum dicto ambos interfecit ex ordine. Hæc fratrum exempla sunto.

XXIII. Ligarium vero uxor quum abdidisset, unica ancilla comitata noverat latebras: a qua prodita mulier, secuta est eos qui caput referebant, clamitans, Ego huic fui receptaculo: idem autem contra celatores propositum est præmium. Quumque nemo eam vel occideret vel indicaret, ipsa semet ad magistratus detulit: quibus pietatem erga conjugem dissimulanter ferentibus, se ipsam absumsit inedia. Quam ideo hoc loco memoravi, quod in servando marito frustata est conatu suo, et superstes ei esse noluit: nam eas, quibus felix fuit hæc pietas, in elapsorum mentione referam. Aliæ conjuges nefarias maritis struxerunt insidias. Inter quas eminet uxor Septimii; quæ quum stupri consuetudinem haberet cum quodam Antonii amico, percuperetque ex adultera conjux ejus fieri, per adulterum egit cum Antonio: moxque Septimius adscriptus est sanguinariis tabulis. Quod ubi ille ex ipsa uxore didicit, ignarus probri domestici, fugam paravit. Sed illa, comiter blandiens, fores occlusit, et tantisper retinuit maritum, dum venirent percussores: eodemque die, cæso marito, novas celebravit nuptias.

XXIV. Salassus, urbe elapsus, deficiente aliquanto post consilio, noctu in Urbem rediit, quum videretur jam remissius periculum. Ibi quum ædes reperisset venditas, a

XLV. Σέργιος δὲ ἐκρύφθη παρ' αὐτῷ Ἀντωνίῳ, μέχρι Πλάγκον ὑπατεύοντα ὁ Ἀντώνιος ἔπεισε κάθοδον αὐτῷ ψηφίσασθαι. Καὶ ἐπὶ τῷδε ὁ Σέργιος ὕστερον, ἐν τῇ Καίσαρος καὶ Ἀντωνίου στάσει, τῆς βουλῆς ψηφιζομένης εἶναι πολέμιον τὸν Ἀντώνιον, μόνος τὴν ἀπο-

XLV. Sergius apud ipsum Antonium latuit, donec Planco consuli persuasit Antonius, ut de reditu ejus referret. Quamobrem Sergius postea, dissidentibus Cæsare et Antonio, quum senatus hostem judicaret Antonium, solus aperte re-

λύουσαν ἔφερε φανερῶς. Καὶ οἵδε μὲν οὕτως ἐσώζοντο. Πομπώνιος δὲ, ἐς στρατηγοῦ σχῆμα κοσμήσας ἑαυτὸν, καὶ τοὺς θεράποντας ἐς ὑπηρέτας σκευάσας, τὴν πόλιν ὡς στρατηγὸς ὑπὸ ῥαβδούχοις διῆλθεν, ἐπιθλιβόντων αὐτὸν τῶν ὑπηρετῶν, ἵνα μὴ γνωσθείη πρὸς ἑτέρου· καὶ παρὰ ταῖς πύλαις ὀχημάτων τε δημοσίων ἐπέβη, καὶ τὴν Ἰταλίαν διώδευεν ἀποδεχομένων αὐτὸν καὶ παραπεμπόντων ἁπάντων, οἷα στρατηγὸν ὑπὸ τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἐπὶ σπονδὰς ἐς Πομπήϊον ἀπεσταλμένον, μέχρι καὶ δημοσίᾳ τριήρει διέπλευσε πρὸς ἐκεῖνον.

XLVI. Ἀπουλήϊος δὲ καὶ Ἀῤῥούντιος, ὑποκριθέντες εἶναι λοχαγοὶ, καὶ τοὺς θεράποντας ἐς στρατιώτας σκευάσαντες, τὰς μὲν πύλας διέδραμον, ὡς λοχαγοὶ διώκοντες ἑτέρους· τὴν δὲ λοιπὴν ὁδὸν, διελόμενοι, τοὺς δεσμώτας ἐξέλυον, καὶ τοὺς ἀποδράσαντας συνέλεγον· μέχρι, χειρὸς ἱκανῆς ἑκατέρῳ γενομένης, σημεῖά τε ἦν ἤδη καὶ ὅπλα, καὶ ὄψις στρατοῦ. Χωρῶν δὲ ἑκάτερος αὐτῶν ἐπὶ θάλασσαν, ἀμφί τινι λόφῳ σταθμεύουσι, μεγάλῳ δέει καθορῶντες ἀλλήλους. Ἅμα δὲ ἕῳ περινεύοντες ἐκ τοῦ λόφου, ἔδοξαν ἀλλήλους ἑκάτερος στρατὸν ἐπὶ σφᾶς ἐπιπεμφθέντα εἶναι, καὶ συμπλακέντες ἐμάχοντο· μέχρι ποτὲ ἔγνωσαν, καὶ τὰ ὅπλα ἀπεῤῥίπτουν καὶ ὠλοφύροντο, καὶ τὴν τύχην ὡς ἐπιβαροῦσαν σφίσιν ἐς ἅπαντα ἐπεμέμφοντο. Διαπλεύσαντες δὲ, ὁ μὲν ἐς Βροῦτον, ὁ δ᾽ ἐς Πομπήϊον· ὁ μὲν τῷ Πομπηΐῳ συγκατῆλθεν· ὁ δὲ ἐστρατήγησε τῷ Βρούτῳ Βιθυνίας, καὶ Βρούτου πεσόντος, Ἀντωνίῳ παραδοὺς Βιθυνίαν, κατήχθη. Οὐεντίδιον δὲ ἀπελεύθερος εὐθὺς μὲν προγραφέντα κατέδησεν, ὡς παραδώσων τοῖς σφαγεῦσι· νυκτὸς δὲ τοὺς θεράποντας ἔπεισε, καὶ ἐσκεύασεν ὡς ὁπλίτας, καὶ τὸν δεσπότην ὡς λοχαγὸν ἐξήγαγε· τήν τε ἄλλην Ἰταλίαν μέχρι Σικελίας διώδευσαν, καὶ συγκατέλυσαν πολλάκις ἑτέροις λοχαγοῖς, ζητοῦντες Οὐεντίδιον.

XLVII. Ἕτερον ἐν τάφῳ κρύπτων ἀπελεύθερος, οὐ φέροντα φαντασίαν τάφου, μετήγαγεν ἐς φαῦλον οἴκημα μισθωτόν. Στρατιώτου δ᾽ αὐτῷ παρακατοικισθέντος, οὐδὲ τοῦτον φέρων τὸν φόβον, ἐς θαυμαστὴν τόλμαν ἐκ δειλίας μετέβαλε· καὶ κειράμενος, ἡγεῖτο ἐν αὐτῇ Ῥώμῃ διδασκαλείου μέχρι τῶν σπονδῶν. Οὐολούσιος δὲ ἀγορανομῶν προεγράφη, καὶ φίλον ὀργιαστὴν τῆς Ἴσιδος ἔχων, ᾔτησε τὴν στολὴν, καὶ τὰς ὀθόνας ἐνέδυ τὰς ποδήρεις, καὶ τὴν τοῦ κυνὸς κεφαλὴν ἐπέθετο, καὶ διῆλθεν οὕτως ὀργιάζων αὐτῷ σχήματι ἐς Πομπήϊον. Σίττιον δὲ Καληνοὶ, πολίτην σφῶν ὄντα, καὶ πολλὰ ἐς αὐτοὺς ἐκ περιουσίας δαψιλοῦς ἀναλώσαντα, ἐφύλασσον, σιδηροφοροῦντές τε ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τοῖς οἰκέταις ἀπειλοῦντες, καὶ τοὺς στρατιώτας ἀπερύκοντες ἀπὸ τῶν τειχῶν· μέχρι, μαραινομένου τοῦ κακοῦ, καὶ ἐς τοὺς τρεῖς ἐπρέσβευσαν ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ ἔτυχον Σίττιον τῆς ἄλλης Ἰταλίας εἰργόμενον ἐν τῇ πατρίδι μένειν. Σίττιος μὲν δὴ πρῶτος ἢ μόνος ἀνδρῶν ὅδε τῆς ξένης ἐφυγαδεύετο ἐν τῇ πατρίδι. Οὐάῤῥων δὲ ἦν φιλόσοφός τε καὶ ἱστορίας συγγραφεὺς, ἐστρατευμένος τε καλῶς καὶ

fragatus est. Et hi quidem ita servati sunt. At Pomponius, sumtis insignibus prætoriis, et servis in modum apparitorum exornatis, Urbem, veluti prætor, cum lictoribus transiit, arcte stipantibus eum apparitoribus, ne agnosceretur ab aliis : et ad portam conscenso vehiculo publico, profectus est per Italiam; omnibus, ut prætorem, et ut legatum de pace a Triumviris ad Pompeium missum, excipientibus eum prosequentibusque; adeo, ut etiam triremi publica ad Pompeium transvectus sit.

XLVI. Apuleius et Aruntius, sumta centurionum persona, et servis instructis militariter, per portam evolarunt, quasi persequerentur alios : deinde diversas vias ingressi, vinctos solvebant, et fugitivos colligebant; donec uterque, valida manu munitus, jam et numero et signis armisque referret exercitus speciem. Et quum uterque mare peteret, circa tumulum quemdam consederunt, ubi magnus utrique pavor ex mutuo conspectu est obortus. Postridie, quum primo diluculo prospectantes ex tumulo, alteri alteros hostilem exercitum adversus se missum judicassent, congressi invicem, pugnarunt aliquamdiu; donec tandem agnoverunt errorem, abjectisque armis ad lamenta versi, culpam in fortunam, pervicaciter sibi omnibus in rebus adversam, rejecere. Deinde, postquam alter ad Brutum, alter ad Pompeium navigiis erat delatus; hic una cum Pompeio reipublicæ est restitutus, ille Bruti auspiciis rexit Bithyniam; et post Bruti mortem, tradita Antonio provincia, reditum impetravit. Ventidium libertus proscriptum vinxit continuo, quasi traditurus percussoribus : noctu vero servos persuasos instruxit militariter, et dominum tanquam centurionem eduxit : atque ita peragrantes totam Italiam, usque Siciliam, sæpe in eodem diversorio pernoctarunt cum aliis centurionibus, quærentes Ventidium.

XLVII. Alius proscriptus, fide liberti in sepulcro occultatus, quum non ferret horrorem loci, in miserum quoddam cubiculum mercede conductum ab eodem est translatus. Sed quoniam in proximo habitabat miles, ne hunc quidem timorem ferens ille, ex metu ad miram processit audaciam : attonsus, ludum literarium aperuit in ipsa Urbe, cui usque ad redditam pacem præfuit. Volusius, in ædilitate proscriptus, amicum habebat Isiacum, a quo lineam stolam talarem sumsit, et canicipitem personam indutus, tali habitu bacchabundus evasit ad Pompeium. Sittium Caleni, civem suum, et in ipsos pro amplis facultatibus munificum, custodiverunt armati, servos minis cohibendo, milites arcendo a mœnibus; donec, defervescente malo, per legatos impetrarunt a Triumviris, ut in patria manens exularet a reliqua Italia. Ita Sittius primus, et solus fortasse mortalium, exulavit in patria. At Varro, philosophus idem et historicus, milesque simul et dux probatus, fortasse his

ἐστρατηγηκώς, καὶ ἴσως διὰ ταῦτα ὡς ἐχθρὸς μοναρχίας προὐγράφη. Φιλοτιμουμένων δὲ αὐτὸν ὑποδέξασθαι τῶν γνωρίμων, καὶ διεριζόντων ἐς ἀλλήλους, Καληνὸς ἐξενίκησε, καὶ εἶχεν ἐν ἐπαύλει, ἔνθα Ἀντώνιος ὅτε διοδεύοι κατήγετο· καὶ τὸν Οὐάῤῥωνα οὐδεὶς ἔνδον ὄντα ἐνέφηνε θεράπων, οὔτε αὐτοῦ Οὐάῤῥωνος, οὔτε Καληνοῦ.

XLVIII. Οὐεργίνιος δὲ, ἀνὴρ ἡδὺς εἰπεῖν, τοὺς οἰκέτας ἐδίδασκεν, ὅτι κτείναντες μὲν αὐτὸν δι' ὀλίγα χρήματα οὐκ ἀσφαλῆ, μύσους τε πίπλανται, καὶ φόβων ἐς ὕστερον μεγάλων· περισώσαντες δὲ, δόξης τε εὐσεβοῦς καὶ ἐλπίδων ἀγαθῶν, καὶ χρημάτων ὕστερον πολὺ πλεόνων τε καὶ ἀσφαλεστέρων. Οἱ μὲν δὴ συνέφευγον ὡς ὁμοδούλῳ, καὶ γνωρισθέντος αὐτοῦ παρὰ τὴν ὁδὸν, πρὸς τοὺς ὁπλίτας ἀπεμάχοντο. Ὁ δὲ, ληφθεὶς ὑπὸ τῶν ὁπλιτῶν ἐδίδασκε κἀκείνους, ὅτι κατὰ μὲν ἔχθραν αὐτὸν οὐκ ἀνελοῦσιν, ἀλλὰ χρημάτων οὕνεκα μόνων· χρήματα δὲ αὐτοῖς εἴη δικαιότερα καὶ πλέονα λαβεῖν, ἐπὶ θάλασσαν ἐλθοῦσιν· Ἔνθα μοι τὸ γύναιον, ἔφη, ναῦν φέρουσα χρημάτων συνετάξατο. Καὶ αὐτῷ καὶ οἵδε πεισθέντες, κατῄεσαν ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Ἡ γυνὴ δὲ ἀφῖκτο μὲν ἐπὶ τὴν ἠϊόνα, κατὰ τὸ συγκείμενον· βραδύνοντος δὲ τοῦ Οὐεργινίου, νομίσασα αὐτὸν ἐς Πομπήϊον προπεπλευκέναι, ἀνήγετο, θεράποντα ὅμως ἐπὶ τῆς ἠϊόνος ἐξαγγέλλειν ὑπολιποῦσα. Καὶ ὁ θεράπων τὸν Οὐεργίνιον ἰδὼν, ἀνέθορέ τε ὡς ἐς δεσπότην, καὶ τὴν ναῦν ἐδείκνυεν ὡς δρωμένην, καὶ τὴν γυναῖκα ἔφραζε, καὶ τὰ χρήματα, καὶ αὐτὸς ἐφ' ὅτῳ κατελείφθη. Οἱ δὲ ἐπίστευον ἅπασιν ἤδη, καὶ τὸν Οὐεργίνιον ἀξιοῦντα σφᾶς περιμένειν, ἔστε μετακληθείη τὸ γύναιον, ἢ συνελθεῖν οἱ πρὸς αὐτὴν ἐπὶ τὰ χρήματα, ἐσβάντες ἐς σκάφος, παρέπεμπον ἐς Σικελίαν, ἐρέσσοντες φιλοπόνως· ἐκεῖ δὲ ἔτυχόν τε τῶν ἐπαγγελιῶν, καὶ οὐκ ἀπέστησαν ἔτι θεραπεύοντες αὐτὸν μέχρι τῶν σπονδῶν. Ῥεβοῦλον δὲ ναύκληρος ἐς τὴν ναῦν ὑποδεξάμενος, ὡς διοίσων ἐς Σικελίαν, ᾔτει χρήματα, μηνύσειν ἀπειλῶν εἰ μὴ λάβοι. Ὁ δὲ, οἷόν τι καὶ Θεμιστοκλῆς φεύγων ἐποίησεν, ἀντηπείλει, μηνύσειν ὅτι αὐτὸν ἐπὶ χρήμασιν ἄγοι· μέχρι δείσας ὁ ναύκληρος διέσωσεν ἐς Πομπήϊον.

XLIX. Μάρκος δὲ, Βρούτῳ στρατηγῶν, προεγέγραπτο μὲν καὶ ὅδε διὰ τόδε. Ἡττωμένου δὲ τοῦ Βρούτου συλλαμβανόμενος, ὑπεκρίνατο εἶναι θεράπων, καὶ αὐτὸν ὠνήσατο Βαρβούλας. Δεξιὸν δὲ ὁρῶν, ἐπέστησε τοῖς ὁμοδούλοις, καὶ χρήματα διοικεῖν ἔδωκε. Δεινὸν δὲ ἐν ἅπασι καὶ συνετὸν ὄντα ὑπὲρ θεράποντος φύσιν, ὑπενόει· καὶ ἐπήλπιζεν, εἰ τῶν προγεγραμμένων τις εἴη, περισώσειν ὁμολογήσαντα. Ἀπομαχόμενον δὲ ἰσχυρῶς, καὶ γένος ἀναπλάσσοντα καὶ ὄνομα καὶ προτέρους δεσπότας, ἐς Ῥώμην ἐπήγετο, ἐλπίσας ὀκνήσειν ἐς Ῥώμην ἀφίξεσθαι προγεγραμμένον. Ὁ δὲ εἵπετο καὶ ὥς. Περὶ δὲ τὰς πύλας τῶν ὑπαντώντων τις φίλων Βαρβούλα, θεασάμενος τὸν Μάρκον ὡς οἰκέτην αὐτῷ παρεστῶτα, κρύφα ἐμήνυσε τῷ Βαρβούλᾳ. Ὁ δὲ ἐδεήθη Καίσαρος δι' Ἀγρίππα, καὶ ἀφείθη τῆς

ipsis de causis, ut iniquior dominatui, proscriptus est. Eum familiaribus certatim cupientibus recipere, vicit Calenus, et in villa, ad quam ex itinere Antonius divertere solebat, eum habuit : a nullo tamen vel ipsius Varronis vel Caleni servo indicatus est.

XLVIII. Virginius autem, vir facundus, servis suis edisseruit : « si se propter modicum et incertum præmium occiderent, manere eos in posterum sceleris conscientiam et pavorem perpetuum : contra, servato se, laudem pietatis et bonam spem eos secuturam, et insuper præmia majora multo certioraque. » Sic effecit, ut quasi conservum comitarentur in fuga, et, quum esset agnitus a militibus, pro eo adversus illos pugnarent. Captus autem a militibus, similiter ad hos disseruit : « nullam sibi cum eis simultatem intercedere, cur necatum se cupiant, præmia tantum expeti : ea autem et justiora et auctiora habituros, si secum ad mare descendant, quo uxor condixisset se venturam cum navi et pecuniis. » Paruerunt illi deduxeruntque ad littus hominem. Uxor vero venerat quidem illuc ex composito; sed, cunctante Virginio, rata eum jam vela dedisse ad Pompeium solverat et ipsa relicto tamen in ora servo, qui rem nunciaret. Is Virginium conspicatus, ei occurrit, et navem nondum ex oculis ablatam ostendit : simulque indicavit de uxore ac pecunia, et cur ipse relictus sit. Et habita est ei fides : postulanteque Virginio, ut aut exspectarent milites donec revocaretur uxor, aut simul ad eam proficiscerentur, accepturi pecunias; conscenderunt scapham, et devexerunt eum in Siciliam, navigantes strenue. Ibi recepto quod promissum fuerat, ne tum quidem abscesserunt, sed usque ad pacem redditam in ejusdem familia permanserunt. Rebulum vero [*l.* Rebilum] nauclerus in navem acceperat, ut transportaret in Siciliam : qui quum ab eo pecuniam postularet, aut, indicem se fore, ei minaretur, ni recipiat; ille contra, usus illo Themistoclis in fuga commento, vicissim minatus est, se eum indicaturum, quod pecunia corruptus proscriptum aveheret. Atque ita perterritus nauclerus incolumem pervexit ad Pompeium.

XLIX. Marcus, Bruti legatus, ob id ipsum proscriptus est. Is, devicto deinde Bruto, captus, servum se finxit, et eum Barbula emit : qui, quoniam industrium videbat, conservis eumdem præposuit, et pecuniæ fecit dispensatorem. Quod munus quum ille prudentius, quam pro ingenio servili, gereret, suspicatus id quod res erat Barbula, spem ei fecit de impetranda venia, si proscriptum se fateretur. Id quum ille pernegaret fortiter, et genus fingeret, et nomen, et priores dominos, Romam eum secum duxit, sperans tergiversaturum, si proscriptus esset : secutus est tamen. Obviam iverant Barbulæ amici ad portam officii gratia : quorum unus, ubi Marcum servili habitu adstantem ei vidit, secreto rem indicavit Barbulæ. Tum is per Agrippam impetravit a Cæsare, ut ex proscriptis eximeretur

προγραφῆς ὁ Μάρκος, καὶ φίλος ἐγίγνετο Καίσαρι· καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ στρατηγὸς ἦν ἐπὶ Ἀντωνίῳ περὶ Ἄκτιον. Ἐστρατήγει δὲ καὶ Ἀντωνίῳ Βαρβούλας, καὶ ἡ τύχη περιῆλθεν ἐς τὸ ὅμοιον ἀμφοτέροις. Βαρβούλας τε γὰρ, ἡττηθέντος Ἀντωνίου, λαμβανόμενος, ὑπεκρίνατο οἰκέτης εἶναι, καὶ ὁ Μάρκος αὐτὸν ὡς ἀγνοῶν ὠνήσατο· ἐκθέμενος δὲ ἅπαντα τῷ Καίσαρι, ἤτησέ τε, καὶ ἔτυχε, τοῖς ὁμοίοις τὸν Βαρβούλαν ἀμείψασθαι. Τοῖσδε μὲν οὖν ἡ συντυχία τῶν ὁμοίων καὶ ἐς τὸ ἔπειτα παρέμεινεν. Ἦρξαν γὰρ τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἐν ἄστει οἱ δύο ὁμοῦ.

L. Βαλβίνῳ δὲ ἐκφυγόντι, καὶ κατελθόντι σὺν Πομπηΐῳ, καὶ ὑπατεύοντι οὐ πολὺ ὕστερον, Λέπιδος, ἰδιώτης ὑπὸ Καίσαρος ἐκ δυνάστου γενόμενος, ὑπὸ τοιᾶσδε ἀνάγκης παρέστη. Μαικήνας ἐδίωκε τὸν Λεπίδου παῖδα βουλεύσεως ἐπὶ Καίσαρι, ἐδίωκε δὲ καὶ τὴν μητέρα τῷ παιδὶ συνεγνωκέναι· Λεπίδου γὰρ αὐτοῦ ἄρα, ὡς ἀσθενοῦς, ὑπερεώρα. Τὸν μὲν δὴ παῖδα ὁ Μαικήνας ἐς Ἄκτιον ἔπεμπε τῷ Καίσαρι· τὴν δὲ μητέρα, ἵνα μὴ ἄγοιτο, οὖσα γυνὴ, ἐγγύην ᾔτει παρὰ τῷ ὑπάτῳ πρὸς Καίσαρα ἀφίξεσθαι. Οὐδενὸς δὲ τὴν ἐγγύην ὑφισταμένου, ὁ Λέπιδος ἀμφὶ τὰς Βαλβίνου θύρας ἐτρίβετο πολλάκις, καὶ δικάζοντι παρίστατο, καὶ διωθουμένων αὐτὸν ἐς πολὺ τῶν ὑπηρετῶν, μόλις εἶπεν· Ἐμοὶ μὲν καὶ οἱ κατήγοροι μαρτυροῦσιν ἐπιείκειαν, οὐδὲ γυναικί με ἢ παιδὶ συγγνῶναι λέγοντες. Σὲ δὲ οὐκ ἐγὼ μὲν προέγραψα, κάτω δέ εἰμι τῶν προγραφέντων. Ἀλλ' ἐς τὴν ἀνθρώπειον τύχην ἀφορῶν, καὶ ἐς ἐμὲ, σοὶ παρεστῶτα, χάρισαί μοι, τὴν γυναῖκα ἀπαντήσειν ἐς Καίσαρα ἐγγυωμένῳ, ἢ μετ' ἐκείνης ἀπελθεῖν δεομένῳ. Ταῦτα ἔτι τοῦ Λεπίδου λέγοντος, οὐκ ἐνεγκὼν τὴν μεταβολὴν ὁ Βαλβῖνος, ἀπέλυσε τῆς ἐγγύης τὴν γυναῖκα.

LI. Κικέρων δὲ, ὁ Κικέρωνος, προαπέσταλτο μὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐς τὴν Ἑλλάδα, τοιάδε ἔσεσθαι προσδοκῶντος· ἀπὸ δὲ τῆς Ἑλλάδος ἐς Βροῦτον, καὶ μετὰ Βροῦτον ἀποθανόντα, ἐς Πομπήϊον ἐλθὼν, τιμῆς παρ' ἑκατέρῳ καὶ στρατηγίας ἠξιοῦτο. Ἐπὶ δ' ἐκείνοις αὐτὸν ὁ Καῖσαρ, ἐς ἀπολογίαν τῆς Κικέρωνος ἐκδόσεως, ἱερέα τε εὐθὺς ἀπέφηνε, καὶ ὕπατον οὐ πολὺ ὕστερον, καὶ Συρίας στρατηγόν· καὶ τὴν Ἀντωνίου περὶ Ἄκτιον συμφορὰν, ἐπισταλεῖσαν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ὁ Κικέρων ὅδε, ὑπατεύων, ἀνέγνω τε τῷ δήμῳ, καὶ προύθηκεν ἐπὶ τοῦ βήματος, ἔνθα πρότερον ἡ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ προύκειτο κεφαλή. Ἄππιος δὲ διένειμε τοῖς θεράπουσι τὰ ὄντα, καὶ μετ' αὐτῶν ἐς Σικελίαν ἔπλει. Χειμῶνος δὲ ἐπιλαβόντες, ἐπιβουλεύοντες οἱ θεράποντες τοῖς χρήμασιν, ἐς σκάφος ἐνέθεντο τὸν Ἄππιον, ὡς ἐς ἀσφαλεστέραν ἐλπίδα μεταφέροντες. Καὶ συνέβη τῷ μὲν, ἐκ παραλόγου διαπλεῦσαι· τοῖς δὲ, ἀπολέσθαι, τῆς νεὼς διαλυθείσης. Πούπλιος δὲ, ὁ ταμίας Βρούτου, τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀντώνιον αὐτὸν πειθόντων προδοῦναι Βροῦτον, οὐκ ἀνασχόμενος, διὰ τόδε καὶ προεγράφη· καὶ κατήχθη, καὶ Καίσαρι φίλος ἐγίγνετο, καὶ ἐπιόντι ποτὲ τῷ Καί-

Marcus. Qui mox receptus inter amicos Cæsaris, paulo post inter duces Cæsarianos ad Actium pugnavit adversus Antonium. Barbula vero tunc sub Antonio ductabat ordines; quum fortunæ vertere vices utriusque libuit. Devicto enim Antonio, Barbula servum se finxit, et Marcus emit eum tanquam ignotum : expositaque re tota Cæsari, obtinuit, ut sibi par liceret pari referre. Eosdem etiam post hæc secuta est similitudo fortunæ : nam in Urbe ambo simul consulatum gesserunt.

L. Balbinus, fuga elapsus, cum Pompeio deinde restitutus est, nec multo post ad consulatum quoque promotus. Cui consuli Lepidus, tunc ex summa potentia ad conditionem privatam redactus, hujusmodi ex causa supplex adstitit. Mæcenas Lepidi filium majestatis reum agebat, simulque matrem juvenis, ut consciam culpæ : nam ipsum Lepidum, ut invalidum, plane contemnebat. Filio itaque Actium ad Cæsarem misso, a matre, ne femina vexaretur itineribus, vades Mæcenas poposcit præbendos consuli. Quumque nemo illud suscipere vadimonium vellet, Lepidus, circa fores Balbini sæpe frustra obversatus, etiam ad tribunal ejus sese ingerebat; repulsusque diu ab apparitoribus, vix tandem hæc effari potuit : « Meæ certæ innocentiæ vel ipsi accusatores sunt testes, qui me negant uxori filiove conscium. Neque vero ego te proscripsi; et nunc infra proscriptos sum depressus. At tu, rerum humanarum fortuitas vices, meque tibi adstantem, considerans, hoc mihi quæso gratificare, ut aut vadem me pro uxore accipias, aut me cum illa ad Cæsarem sinas proficisci. » Vix hæc Lepidus dixerat, quum Balbinus, non ferens tantam mutationem, vadimonium remisit mulieri.

LI. Cicero, Ciceronis filius, in Græciam præmissus a patre talia mala divinante, inde ad Brutum profectus, et eo mortuo ad Pompeium, apud utrumque honorata dignatus erat militia. Post hos Cæsar, quo averteret a se proditi Ciceronis dedecus, augurem hunc fecit, et paulo post consulem, postremo Syriæ proconsulem : et literas de profligato ad Actium Antonio, Romam a Cæsare missas, Cicero consul recitavit pro concione, earumque exemplum pro rostris proposuit, ubi patris ejus caput olim fuerat propositum. Appius, bonis suis distributis in famulos, cum his navigavit in Siciliam : tempestate autem exorta, servi pecuniis inhiantes, eum in scapham, quasi ibi major spes salutis esset, transtulerunt : et ita casus tulit, ut hic præter opinionem in portum appelleret, illi perirent naufragio. Publius [L.?], Bruti quæstor, ab Antonianis de proditione frustra sollicitatus, proscriptusque ob eam causam, tandem in patriam reversus, in Cæsaris amicitiam receptus est :

σαρι προὔθηκεν εἰκόνας Βρούτου, καὶ ἐπῃνέθη καὶ ἐπὶ τῷδε ὑπὸ τοῦ Καίσαρος. Τὰ μὲν δὴ παρὰ δόξαν τισὶ τῶν προγραφέντων εἴς τε κίνδυνον καὶ σωτηρίαν γενόμενα, πολλὰ καὶ ἄλλα παραλιπόντι, τοιάδε μάλιστα ἦν.

LII. Γιγνομένων δὲ τούτων ἐν Ῥώμῃ, καὶ τὰ ὑπερόρια πάντα πολέμοις διὰ τήνδε τὴν στάσιν ἐδονεῖτο, καὶ τῶν πολέμων οἱ μείζους ἦσαν ἀμφί τε Λιβύην Κορνιφικίου πρὸς Σέξστιον, καὶ ἐν Συρίᾳ Κασσίου πρὸς Δολοβέλλαν, καὶ περὶ Σικελίαν Πομπηΐου. Πάθη τε πολλὰ συνηνέχθη πόλεσιν ἐκ δοριαλωσίας· ὑπεριδόντι δὲ τῶν ἐλασσόνων, τὰ μέγιστα δὴ, καὶ δι' ἀξίωσιν τῶν ἄλλων περιφανέστατα, Λαοδικεῦσι, καὶ Ταρσεῦσι, καὶ Ῥοδίοις, καὶ Παταρεῦσι, καὶ Ξανθίοις. Καὶ αὐτῶν ἕκαστα, ὡς ἐν κεφαλαίῳ συναγαγόντι φράσαι, τοιάδε ἦν.

LIII. Λιβύης Ῥωμαῖοι τὴν μὲν ἔτι καλοῦσι Παλαιὰν, ὅσης Καρχηδονίους ἀφείλοντο· ἣν δὲ Ἰόβας εἶχεν, ὕστερόν τε ἔλαβον ἐπὶ Γαΐου Καίσαρος, καὶ διὰ τοῦτο Νέαν προσαγορεύουσι Λιβύην· εἴη δ' ἂν τῆς Νομαδικῆς. Σέξστιος οὖν, ὑπὸ Καίσαρι τῆς Νέας ἡγούμενος, ᾔτει Κορνιφίκιον ἐκστῆναί οἱ τῆς Παλαιᾶς, ὡς Λιβύης ἁπάσης ἐν τῇ λήξει τῶν τριῶν ἀνδρῶν Καίσαρι νενεμημένης. Ὁ δὲ, οὔτε τὴν λῆξιν, ἔφη, γιγνώσκειν τῶν τριῶν ἐφ' ἑαυτῶν πεποιημένων, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν παρὰ τῆς βουλῆς λαβὼν, ἄλλῳ μεθήσειν χωρὶς αὐτῆς. Ἐκ μὲν δὴ τούτων ἀλλήλοις ἐπολέμουν. Στρατὸν δὲ εἶχεν ὁ μὲν βαρύν τε καὶ πλείονα, ὁ δὲ Σέξστιος κουφότερόν τε καὶ ὀλιγώτερον· ᾧ δὴ καὶ τὰ μεσόγαια τοῦ Κορνιφικίου περιιὼν ἀφίστη, καὶ Οὐεντίδιον στρατηγὸν τοῦ Κορνιφικίου μετὰ πλειόνων ἐπελθόντων ἀπεμάχετο πολιορκούμενος. Ἐδῄου δὲ καὶ Λαίλιος, ἕτερος τοῦ Κορνιφικίου στρατηγὸς, τὴν Σεξστίου Λιβύην, καὶ Κίρταν περικαθήμενος ἐπολιόρκει.

LIV. Καὶ πάντες ἐπρέσβευον περὶ συμμαχίας ἔς τε Ἀραβίωνα βασιλέα καὶ τοὺς καλουμένους Σιττιανούς· οἳ ἀπὸ τοιᾶσδε συντυχίας οὕτως ὠνομάζοντο. Σίττιος, ἐν Ῥώμῃ δίκην ἰδίαν οὐχ ὑποστὰς, ἔφυγε· καὶ στρατὸν ἀγείρας ἔκ τε αὐτῆς Ἰταλίας καὶ Ἰβηρίας, ἐς Λιβύην διέπλευσε, καὶ τοῖς Λιβύων βασιλεῦσι πολεμοῦσιν ἀλλήλοις ἀνὰ μέρος συνεμάχει. Ἀεὶ δὲ οἷς προσθοῖτο νικώντων, ὁ Σίττιος ἐπὶ ὀνόματος ἐγίγνετο, καὶ ὁ στρατὸς αὐτῷ γεγύμναστο λαμπρῶς. Γαΐῳ τε Καίσαρι, διώκοντι τοὺς Πομπηΐανοὺς ἐν Λιβύῃ, συνεμάχησε, καὶ Σαβόρραν Ἰόβα στρατηγὸν διώνυμον ἀνεῖλε, καὶ γέρας τούτων ἔλαβε παρὰ Καίσαρος τὴν Μασανάσσου γῆν, οὐχ ἅπασαν, ἀλλὰ τὸ κράτιστον αὐτῆς. Μασανάσσης δ' ἦν Ἀραβίωνος τοῦδε πατὴρ, Ἰόβα σύμμαχος, καὶ αὐτοῦ τὴν χώραν ὁ Καῖσαρ τῷδε τῷ Σιττίῳ καὶ Βόκχῳ Μαυρουσίων βασιλεῖ δεδώρητο· καὶ τὸ μέρος ὁ Σίττιος τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀνδράσιν ἐπιδιεῖλεν. Ἀραβίων δὲ τότε μὲν εἰς Ἰβηρίαν ἐξέφυγε πρὸς τοὺς παῖδας τοὺς Πομπηΐου· Γαΐου δὲ Καίσαρος ἀναιρεθέντος, ἐς Λιβύην ἐπανῆλθε, καὶ Λιβύων τινὰς ἀεὶ

et aliquando domi suæ, quum Cæsar ipsum convenisset, imagines etiam Bruti eidem spectandas exposuit, laudante quoque id factum Cæsare. Hi ferme sunt proscriptorum, sive elapsorum, sive oppressorum, mirifici casus, e multis præcipui.

LII. Quæ dum Romæ geruntur, intereà foris quoque, per easdem contentiones, bellis quatiebantur omnia: e quibus graviora fuere, in Africa bellum inter Sextium et Cornificium; inter Cassium et Dolabellam in Syria: in Sicilia vero bellum Pompeianum. Quibus bellis multæ urbes expugnatæ sunt hostiliter, inter quas potiores, Laodicea, Tarsus, Rhodus, Patara, Xanthus; ut de cæteris ignobilioribus taceam. Jamque et has clades, summatim quamque et compendio, enarrabimus.

LIII. Africæ Romani alteram provinciam, ademtam Carthaginiensibus, etiam nunc Veterem Africam; alteram, quæ Jubæ regnum fuerat, a C. Cæsare imperio Romano adjectam, idcirco Novam appellant, quam eamdem Numidicam dixeris. Hanc Sextius regens nomine Cæsaris, denunciabat Cornificio, ut Vetere sibi decederet, quod ex Triumvirorum divisione universa Africa deberetur Cæsari. Ille, nescire se, ait, quid Triumviri inter se privato consilio diviserint: neque injussu senatus cuiquam decessurum provincia, quam a senatu accepisset. » Hæc belli inter Sextium et Cornificium origo. Habuit autem Cornificius exercitum graviorem et majorem numero. Sextius vero, levius armatis paucioribusque utens, mediterraneas statim regiones, factis in eas excursationibus, a Cornificio ad suas partes pertraxit; tum contra Ventidium, Cornificii legatum, cum majori copiarum numero ipsum petenti oppugnantique, strenue se defendit. Sed et Lælius, alius Cornificii legatus, ingressus Sextii provinciam, obsedit Cirtam oppugnavitque.

LIV. Simul vero utraque pars per legatos societatem petebat auxiliaque cum regis Arabionis, tum Sittianorum qui vocabantur: cujus nominis hæc fuerat origo. Sittius olim, Romæ accusatus, non exspectato judicio, profugerat; collectisque ex Italia et Hispania copiis trajecerat in Africam. Erat tum bellum inter Africæ regulos. Horum nunc hunc, nunc illum, Sittius juvit auxilio: quumque semper vincerent quibuscunque ille se adjungeret, clarum nomen Sittius est consecutus, et exercitum suum rei militaris egregie peritum reddidit. C. Cæsari deinde, Pompeianos in Africa bello persequenti, adfuit, et Saburram, Jubæ ducem, occidit. Pro quibus meritis accepit a Cæsare agrum Manassæ [l. Masinissæ,] non totum, sed partem ejus optimam. Manasses ille [l. Masinissa] Arabionis hujus fuerat pater, Jubæ amicus et socius. Ejus igitur ditionem Cæsar partim huic Sittio, partim Boccho, regi Mauretanorum, donaverat: et Sittius portionem suam divisit suis militibus. Arabio tunc in Hispaniam ad Pompeii filios profugit: post necem vero Cæsaris in Africam reversus, subinde Afrorum auxilia Sex.

τῷ νεωτέρῳ Πομπηΐῳ πέμπων ἐς Ἰβηρίαν, καὶ γεγυμνασμένους ἀπολαμβάνων, Βόκχον ἀφῄρητο τὴν χώραν, καὶ Σίττιον ἀνῃρήκει δόλῳ. Εὔνους δὲ ὢν τοῖς Πομπηϊανοῖς διὰ τάδε, κατεγίγνωσκεν ἀεὶ τῆς μοίρας, ὡς ἀτυχούσης ἀμειλίκτως, καὶ Σεξστίῳ προσέθετο, εὐμενιζόμενος δι' αὐτοῦ Καίσαρα. Προσέθεντο δὲ καὶ οἱ Σιττιανοὶ κατ' εὔνοιαν οἶδε πατρῴαν τοῦ Καίσαρος.

LV. Θαρσήσας οὖν ὁ Σέξστιος, ἐξῄει τῆς πολιορκίας ἐς μάχην· καὶ πεσόντος τοῦ Οὐεντιδίου, καὶ τοῦ στρατοῦ φεύγοντος ὑπ' ἀναρχίας, εἵπετο κτείνων τε καὶ ζωγρῶν. Καὶ τάδε μαθὼν ὁ Λαίλιος, διέλυε τὴν τῆς Κίρτης πολιορκίαν, καὶ ἐχώρει πρὸς τὸν Κορνιφίκιον. Ὁ δὲ Σέξστιος ἐπαιρόμενος τοῖς γεγονόσιν, ἐπ' αὐτὸν ἤδη τὸν Κορνιφίκιον ἐς Ἰτύκην ᾔει, καὶ ἀντεστρατοπέδευε μετὰ πλειόνων ὄντι. Λαίλιον δὲ τοῦ Κορνιφικίου μετὰ τῶν ἱππέων πέμψαντος ἔς τινα κατάσκεψιν, ὁ Σέξστιος Ἀραβίωνα ἔπεμψεν ἱππομαχεῖν τῷ Λαιλίῳ κατὰ μέτωπον, καὶ αὐτὸς ᾔει μετὰ τῶν εὐζώνων ἐς τὰ πλάγια τῆς ἱππομαχίας, καὶ ἐμβαλὼν ἐθορύβει· μέχρι τὸν Λαίλιον οὐχ ἡσσημένον πω δεῖσαι περὶ τῆς ἀναχωρήσεως μὴ ἀποκλεισθείη, καὶ λόφον ἐν μέσῳ καταλαβεῖν, Ἀραβίωνα δὲ ἀρτώμενον αὐτοῦ, κτεῖναί τε πολλούς, καὶ τὸν λόφον περικυκλῶσαι. Ὁρῶν δὲ ταῦτα ὁ Κορνιφίκιος, ἐξῄει τῷ πλέονι στρατῷ, βοηθήσων τῷ Λαιλίῳ· καὶ τοῦδε μὲν ὁ Σέξστιος ὄπισθεν γενόμενος, ἐξήπτετο συντρέχων, καὶ αὐτὸν ἐπιστρεφόμενος ὁ Κορνιφίκιος ἀπεμάχετο μάλα κακοπαθῶς.

LVI. Ὁ δὲ Ἀραβίων ἐν τούτῳ πετροβάταις ἀνδράσιν ἀνέρπουσι διὰ κρημνῶν ἐς τὸ στρατόπεδον τοῦ Κορνιφικίου παρέδυ λαθών. Καὶ Ῥώσκιος μὲν ὁ φύλαξ, τοῦ χάρακος ἁλισκομένου, τῶν ὑπασπιστῶν τινι τὴν σφαγὴν ὑπέσχε, καὶ ἀνῃρέθη. Ὁ δὲ Κορνιφίκιος, τῇ μάχῃ κάμνων, μετεπήδα πρὸς Λαίλιον ἐς τὸν κολωνὸν, οὐκ εἰδώς πω περὶ τοῦ στρατοπέδου· μεταπηδῶντα δ' αὐτὸν οἱ τοῦ Ἀραβίωνος ἱππεῖς ἐπιδραμόντες ἔκτειναν. Καὶ γιγνόμενα ταῦτα ὁ Λαίλιος ἀπὸ τοῦ λόφου καθορῶν, ἑαυτὸν διεχρήσατο. Τῶν δ' ἀρχόντων πεσόντων, ὁ στρατὸς κατὰ μέρη διέφυγε· καὶ ὅσοι τῶν προγεγραμμένων ἦσαν παρὰ τῷ Κορνιφικίῳ, οἱ μὲν ἐς Σικελίαν διέπλεον, οἱ δ' ὅπη δύναιντο ἕκαστος. Ὁ δὲ Σέξστιος Ἀραβίωνα μὲν καὶ τοὺς Σιττιανοὺς ἐδωρεῖτο πολλοῖς λαφύροις, τὰς δὲ πόλεις τῷ Καίσαρι καθίστατο, συγγινώσκων ἁπάσαις. Τοῦτο μὲν δὴ τέλος ἦν τῷ περὶ Λιβύην Σεξστίου καὶ Κορνιφικίου πολέμῳ, βραχεῖ διὰ ταχυεργίαν δόξαντι εἶναι.

LVII. Τὰ δ' ἀμφὶ Κάσσιόν τε καὶ Βροῦτον, μικρὰ καὶ τῶν εἰρημένων ἀναλαβόντι ἐς ὑπόμνημα, ἦν τοιάδε. Ἐπειδὴ Γάϊος Καῖσαρ ἀνῄρητο, οἱ μὲν σφαγεῖς αὐτοῦ τὸ Καπιτώλιον κατέλαβον, καὶ ψηφισθείσης αὐτοῖς ἀμνηστίας, κατέβησαν. Ὁ δὲ δῆμος ἐπὶ τῇ ἐκκομιδῇ τοῦ σώματος ἐν οἴκτῳ Καίσαρος γενόμενος ἐζήτει τοὺς φονέας περιθέων. Οἱ δὲ τότε μὲν ἠμύνοντο αὐτοὺς ἀπὸ τῶν τεγῶν· εὐθὺς δὲ ἐξῄεσαν αὐτῶν ὅσοι στρατηγεῖν ἐθνῶν ὑπὸ Καίσαρος αὐτοῦ κεχειροτόνηντο. Κάσ-

Pompeio submittebat: quos ubi jam exercitatos rursus ab eo recepit, Bocchum expulit, Sittium per insidias sustulit. Arabio igitur, quamvis Pompeianis his de causis bene cuperet, a factione tamen eorum abstinuit, ut fortunæ favore destituta; et Sextio se adjunxit, per quem captabat Cæsaris gratiam. Et Sittiani quoque, paternæ memores amicitiæ, easdem partes secuti sunt.

LV. Itaque auctus animis ac opibus Sextius, non passus se diutius oppugnari, in pugnam copias eduxit: in qua pugna postquam cecidit Ventidius, exercitus duce orbatus terga vertit, Sextio persequente, et cædente aut vivos capiente quotquot assequi poterat. Quo nuncio accepto Lælius obsidionem Cirtæ solvit, et ad Cornificium se recepit. At Sextius, hoc successu elatus, jam ipsum Cornificium Uticamque petiit, et castra metatus est in proximo, quamvis minores haberet copias. Ibi Lælio, cum equitatu ad speculandum præmisso a Cornificio, Sextius Arabionem cum suis equitibus jussit occurrere: ipse cum expeditis peditibus hostem equestri prælio intentum invasit a latere; tantumque tumultum excivit, ut Lælius, nondum victus, timens, ne receptu excluderetur, in proximum tumulum refugeret. Cujus vestigiis inhærens Arabio, cæsis multis, corona eum tumulum cinxit. Quo viso quum Cornificius, ut succurreret Lælio, cum pluribus esset progressus; Sextius eum a tergo propere insecutus aggressus est: cui Cornificius, conversis signis, repugnavit valde laboriose.

LVI. Interim Arabio, missis quibusdam assuetis prærupta scandere, clam obrepsit in castra Cornificii: et Roscius, castrorum custodiæ præpositus, jugulandum se uni ex suis satellitibus præbuit. Cornificius, non ferens Sextii impetum, ac nesciens etiam tunc castra amissa, ad Lælium se in tumulum recipere conatur: sed dum in eo est, equitum Arabionis incursu opprimitur. Id ex editiore loco conspicatus Lælius, seipsum interemit: occisisque ducibus, exercitus diffugit. Proscripti, qui apud Cornificium fuerant, alii trajecerunt in Siciliam, alii quo quisque potuit. Sextius Arabionem et Sittianos multis donavit manubiis; urbes omnes, venia data, in fidem Cæsaris recepit. Ita Cornificius in Africa a Sextio debellatus est: et exiguum quidem id bellum, propter rerum gestarum celeritatem, est habitum.

LVII. Nunc Cassii Brutique res gestæ exponentur; paucis prius, memoriæ causa, ex his quæ supra dicta sunt, repetitis. Occiso Cæsare, conjurati Capitolium statim occuparunt; sed oblivione deinde cædis a senatu decreta, rursus descenderunt. Tum vero plebs, in exsequiis Cæsaris ad misericordiam commota, exquisivit conjuratos, et ædes eorum invasit. Et illi tum quidem de tectis pugnantes, repulerunt plebis impetum; sed mox abierunt in suam quisque provinciam, a Cæsare acceptam. Cassius autem et

σιος δὲ καὶ Βροῦτος ἐστρατήγουν μὲν ἔτι τῆς πόλεως, ᾕρηντο δὲ ἐπὶ τῇ στρατηγίᾳ καὶ οἵδε ὑπὸ Γαΐου Καίσαρος ἡγεῖσθαι Συρίας μὲν ὁ Κάσσιος, Μακεδονίας δὲ ὁ Βροῦτος. Οὔτε δὲ ἄρχειν πω τῶν ἐθνῶν πρὸ τοῦ χρόνου δυνάμενοι, οὔτε τὸν ἐν ἄστει φόβον ὑπομένοντες, ἐξῄεσαν ἔτι στρατηγοῦντες· καὶ αὐτοῖς ἐς εὐπρέπειαν ἡ βουλὴ σίτου φροντίσαι προσέταξεν, ἵνα μὴ τὸ ἐν μέσῳ διάστημα φεύγειν νομίζοιντο. Οἰχομένων δὲ αὐτῶν, Συρία μὲν καὶ Μακεδονία ἐς τοὺς ὑπάτους Ἀντώνιόν τε καὶ Δολοβέλλαν μετεψηφίζετο, τῆς βουλῆς πάνυ δυσχεραινούσης. Ἀντεδόθη δὲ ὅμως τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον Κυρήνη τε καὶ Κρήτη· ὧν ὑπεριδόντες ὡς βραχυτέρων ἐκεῖνοι, στρατὸν καὶ χρήματα ἤγειρον, ὡς ἐς Συρίαν καὶ Μακεδονίαν ἐσβαλοῦντες. Καὶ οἱ μὲν ἦσαν ἐν τούτοις.

LVIII. Τρεβώνιον δὲ ἐν Ἀσίᾳ κτείναντος Δολοβέλλα, καὶ Δέκμον Ἀντωνίου πολιορκοῦντος ἐν Κελτοῖς, χαλεπαίνουσα ἡ βουλὴ Δολοβέλλαν μὲν καὶ Ἀντώνιον ἐψηφίσαντο εἶναι πολεμίους, Βροῦτον δὲ καὶ Κάσσιον ἐς τὰς προτέρας ἡγεμονίας ἐπανήγαγον, καὶ Βρούτῳ τὴν Ἰλλυρίδα προσέθεσαν, τοῖς τε ἄλλοις πᾶσιν ἐκέλευσαν, ὅσοι Ῥωμαίοις ἡγεμονεύουσιν ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἀπὸ τοῦ Ἰονίου μέχρι Συρίας, ὑπακούειν ἐς ὅ τι κελεύοι Κάσσιος ἢ Βροῦτος. Ἐπὶ δὲ τούτοις Κάσσιος φθάνει Δολοβέλλαν εἰς τὴν Συρίαν ἐμβαλών, καὶ σημεῖα τῆς ἡγεμονίας ἀνέσχε, καὶ δυώδεκα τέλη στρατου Γαΐῳ Καίσαρι ἐκ πολλοῦ στρατευόμενα καὶ γεγυμνασμένα, προσέλαβεν ἀθρόως· οὗ τὸ μὲν ἓν αὐτῶν ὁ Καῖσαρ ἐν Συρίᾳ καταλελοίπει, τὰ ἐς Παρθυαίους ἤδη διανοούμενος· τὴν δὲ ἐπιμέλειαν αὐτοῦ ἐπιτέτραπτο μὲν Καικίλιος Βάσσος, τὸ δὲ ἀξίωμα εἶχε νεανίας, αὐτοῦ Καίσαρος συγγενής, Σέξστος Ἰούλιος. Ἐκδιαιτώμενος δὲ ὁ Ἰούλιος, τὸ τέλος ἐς τρυφὴν ἐπήγετο ἀσχημόνως, καὶ ἐπιμεμφομένῳ τῷ Βάσσῳ ποτὲ ἐνύβρισε· καὶ καλῶν ὕστερον, ἐπειδὴ βραδέως ὑπήκουεν, ἄγειν αὐτὸν ἐκέλευεν ἕλκοντας. Θορύβου δὲ ἀσχήμονος καὶ πληγῶν ἐς τὸν Βάσσον γενομένων, οὐκ ἐνεγκοῦσα τὴν ὄψιν ἡ στρατιά, τὸν Ἰούλιον συνηκόντισε. Καὶ εὐθὺς ἦν μετάνοια καὶ δέος ἐκ τοῦ Καίσαρος. Συνομόσαντες οὖν ἀλλήλοις, εἰ μή τις αὐτοῖς συγγνώμη καὶ πίστις γένοιτο, διαγωνιεῖσθαι μέχρι θανάτου, τὸν Βάσσον ἐς ταῦτα συνηνάγκασαν. Τέλος δὲ στρατεύσαντες ἕτερον, συνεγύμναζον ἄμφω· καὶ Στάτιον Μοῦρκον, ὑπὸ Καίσαρος αὐτοῖς σὺν τρισὶ τέλεσιν ἐπιπεμφθέντα, γενναίως ἀπεμάχοντο. Μούρκῳ δ᾽ ἧκεν ἐπίκουρος Μάρκιος Κρίσπος ἐκ Βιθυνίας μετὰ τριῶν τελῶν ἄλλων, καὶ τὸν Βάσσον ἐπολιόρκουν ὁμοῦ πάντες ἓξ τέλεσιν ἤδη.

LIX. Κάσσιος οὖν τήνδε τὴν πολιορκίαν σπουδῇ καταλαβών, τόν τε τοῦ Βάσσου στρατὸν αὐτίκα παρελάμβανεν ἑκόντα, καὶ ἐπ᾽ ἐκείνῳ τὰ Μούρκου τέλη καὶ Μαρκίου, κατά τε φιλίαν αὐτῷ παραδιδόντων, καὶ κατὰ τὸ δόγμα τῆς βουλῆς ἐς πάντα ὑπακουόντων. Ἄρτι δὲ καὶ Ἀλλιηνός, ὑπὸ Δολοβέλλα πεμφθεὶς ἐς

Brutus præturas adhuc in Urbe gerebant; ipsi quidem quoque destinati a Cæsare proprætores, Cassius Syriæ, Brutus Macedoniæ : sed quia necdum tempus aderat in provincias succedendi, et in Urbe præ metu manere non poterant, senatus eos honestæ speciei causa ad annonæ curam allegavit, ne viderentur profugisse interim. His profectis, mutato senatusconsulto, Syria Macedoniaque provinciæ consulibus Antonio et Dolabellæ decretæ sunt, senatu quidem iniquissime id ferente. Bruto tamen Cassioque pro illis provinciis Cyrene et Creta sunt decretæ. Sed illi, his contemtis, ut exiguis, exercitum ac pecunias colligere instituerunt, in Syriam et Macedoniam invasuri.

LVIII. Hoc tunc erat eorum negotium, quum in Asia occiso a Dolabella Trebonio, Antonio D. Brutum oppugnante in Gallia, senatus offensus, tam Antonium quam Dolabellam hostes judicavit; Brutum vero et Cassium in provincias pristinas restituit, ac Bruto Illyricum etiam adjecit; et omnium trans Ionium mare provinciarum exercituumque præfectis, ut Cassii Brutique jussa facerent, imperavit. Post hæc Cassius, cessante Dolabella, præoccupata Syria, imperatoria signa ibi sumsit, et brevi duodecim legiones veteranas, superioris Cæsaris militia exercitatos, in fidem accepit. Ex illis legionibus unam ipse C. Cæsar, jam tum bellum cogitans Parthicum, in Syria reliquerat; cujus curam commiserat Cæcilio Basso, imperii honos penes Sex. Julium fuerat adolescentem, gentilem ipsius Cæsaris : qui voluptatibus vacans, legionem indecenter secum circumducebat. Id reprehendentem aliquando Bassum juvenis cum contumelia rejecerat; nec multo post, quum vocanti obediret tardius, attrahi eum jusserat. Inde exorto incondito tumultu, in quo ne plagæ quidem abstinebantur a Basso; milites, non ferentes eam insolentiam, jaculis confixerant Julium. Mox autem secuta pœnitentia et metu a Cæsare, conjuraverant inter se, ni venia fidesque sibi daretur, usque ad mortem se decertaturos; Bassumque, ut ejus conjurationis fieret socius, coegerant. Tum novo delectu alia legione confecta, et eisdem quibus ipsi utebantur exercitiis assuefacta, Statio Murco, cum tribus legionibus a Cæsare contra se misso, repugnaverant fortiter. Murco in auxilium e Bithynia venerat Marcius Crispus cum tribus legionibus aliis, atque ita Bassus a sex legionibus erat oppugnatus.

LIX. Ei tunc obsidioni propere intervenit Cassius : et Bassi statim exercitum, ultro sese dedentem, moxque Murci etiam et Marcii legiones, in fidem accepit; tradentibus eas amicitiæ causa ducibus, et ex senatusconsulto omnibus in rebus imperio Cassii sese subjicientibus. Per idem tempus Allienus, quum a Dolabella missus fuisset in Ægyptum, re-

Αἴγυπτον, ἐπανῆγεν ἐξ αὐτῆς τέσσαρα τέλη τῶν ἀπὸ τῆς ἥσσης Πομπηΐου τε καὶ Κράσσου διαῤῥιφέντων, ἢ ὑπὸ Καίσαρος Κλεοπάτρᾳ καταλελειμμένων. Καὶ αὐτὸν ὁ Κάσσιος ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, τῶν ὄντων οὐ προπεπυσμένον, ἄφνω περιέλαβέ τε, καὶ ἠνάγκασε προσθέσθαι οἱ, καὶ παραδοῦναι τὸν στρατὸν, δείσαντα τέσσαρσι τέλεσι μάχεσθαι πρὸς ὀκτώ. Οὕτω μὲν ὁ Κάσσιος ἐκ παραδόξου δυώδεκα τελῶν ἀρίστων ἀθρόως ἐκράτει. Καὶ αὐτῷ τινὲς καὶ Παρθυαίων ἱπποτοξόται συνεμάχουν, δόξαν ἔχοντι παρὰ τοῖς Παρθυαίοις, ἐξ οὗ Κράσσῳ ταμιεύων ἐμφρονέστερος ἔδοξε τοῦ Κράσσου γενέσθαι.

LX. Δολοβέλλας δὲ διέτριψε μὲν περὶ τὴν Ἰωνίαν, κτείνων Τρεβώνιον, καὶ ταῖς πόλεσιν ἐπιβάλλων ἐσφορὰς, καὶ ναυτικὸν ἀγείρων ἐπὶ μισθῷ διὰ Λευκίου Φίγλου, παρά τε Ῥοδίων καὶ Λυκίων καὶ Παμφύλων καὶ ἐκ Κιλικίας. Ὡς δέ οἱ τάδε ἕτοιμα ἦν, ἐπῄει τῇ Συρίᾳ, κατὰ μὲν τὴν γῆν αὐτὸς μετὰ δύο τελῶν, διὰ δὲ τῆς θαλάσσης ὁ Φίγλος. Πυθόμενος δὲ τῆς Κασσίου στρατιᾶς, ἐς Λαοδίκειαν οἰκείως ἔχουσάν οἱ παρῆλθεν, ἐπί τε χεῤῥονήσου συνῳκισμένην, καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς ὠχυρωμένην, καὶ ἐς τὸ πέλαγος ἔχουσαν ὅρμον, ὅθεν ἔμελλεν εὐπορήσειν τε ἀγορᾶς ἀπὸ θαλάσσης, καὶ ἀδεῶς ὅτε βούλοιτο ἀποπλευσεῖσθαι. Ὧν αἰσθανόμενος ὁ Κάσσιος, καὶ δεδιὼς μὴ αὐτὸν ὁ Δολοβέλλας διαφύγοι, τόν τε ἰσθμὸν ἔχου διστάδιον ὄντα, λίθους καὶ πᾶσαν ὕλην ἐξ ἐπαύλεων καὶ προαστείων καὶ τάφων συμφέρων, καὶ ἐπὶ ναῦς περιέπεμπεν ἔς τε Φοινίκην καὶ Λυκίαν καὶ Ῥόδον.

LXI. Ὑπερορώμενος δὲ ὑπὸ τῶν ἄλλων πλὴν Σιδωνίων, ἐπανήχθη τῷ Δολοβέλλᾳ, καὶ κατέδυσαν μὲν ἑκατέρου νῆες ἱκαναὶ, πέντε δὲ αὐτοῖς ἀνδράσιν εἷλεν ὁ Δολοβέλλας. Καὶ ὁ Κάσσιος αὖθις ἔπεμπεν ἐς τοὺς ὑπεριδόντας αὐτοῦ, καὶ ἐς Κλεοπάτραν τὴν Αἰγύπτου βασιλίδα, καὶ ἐς Σεραπίωνα τὸν ἐν Κύπρῳ τῇ Κλεοπάτρᾳ στρατηγοῦντα. Τύριοι μὲν δὴ καὶ Ἀράδιοι, καὶ Σεραπίων, οὐδὲν τῆς Κλεοπάτρας προμαθὼν, ἔπεμψαν αὐτῷ ναῦς ὅσας εἶχον· ἡ βασιλὶς δὲ Κασσίῳ μὲν προὔφερε λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν ἐνοχλοῦντα τότε Αἰγύπτῳ, διὰ δὲ οἰκειότητα τοῦ προτέρου Καίσαρος συνέπρασσε τῷ Δολοβέλλᾳ. Καὶ ἀπὸ τῆσδε τῆς γνώμης αὐτῷ καὶ τὰ τέσσαρα τέλη προπεπόμφει δι' Ἀλλιηνοῦ, καὶ στόλον ἄλλον ἕτοιμον εἶχεν ἐπαμύνειν, ἄνεμοι δὲ ἐπεῖχον. Ῥόδιοι δὲ καὶ Λύκιοι οὔτε Κασσίῳ οὔτε Βρούτῳ συμμαχήσειν ἔφασκον ἐς ἐμφύλια· ἐπεὶ καὶ Δολοβέλλᾳ δοῦναι ναῦς προπομποὺς, καὶ οὐκ εἰδέναι συμμαχούσας.

LXII. Ἑτοιμασάμενος οὖν ὁ Κάσσιος αὖθις ἐκ τῶν παρόντων, ἐπανήγετο δὶς τῷ Δολοβέλλᾳ· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀγχώμαλοι διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων, τῇ δὲ ἑξῆς ναυμαχίᾳ ἡσσᾶτο ὁ Δολοβέλλας· καὶ ὁ Κάσσιος, αἱρομένου τοῦ χώματος, ἔκοπτεν αὐτοῦ τὸ τεῖχος ἤδη καὶ ἐσάλευε. Τόν τε νυκτοφύλακα αὐτοῦ Μάρσον οὐ δυνηθεὶς διαφθεῖραι, διέφθειρε τοὺς ἡμεροφυλακοῦντας

duxerat inde quatuor legiones, Pompeianæ Crassianæque cladis dilapsas reliquias, aut ex eorum numero quos Cæsar discedens reliquerat apud Cleopatram. Eumque Cassius in Palæstina, rerum omnium ignarum, subito circumvenit, coegitque sibi quas duxerat copias tradere, non ausum quatuor suos opponere octo legionibus, atque ita præter opinionem duodecim in universum legionibus Cassius potitus est; auctus etiam nonnullis Parthorum equitibus sagittariis, apud quam gentem in præclara existimatione fuit, jam inde ex quo Crassi quæstor imperatore ipso visus eis erat prudentior.

LX. Dolabella interim in Ionia hærens, Trebonium peremerat, tributaque exegerat a civitatibus, et classem mercede per L. Figulum a Rhodiis, Lyciis, Pamphyliis, Cilicibusque conduxerat. Quo apparatu confecto, expeditionem aggressus est in Syriam; ipse terrestri itinere cum duabus profectus legionibus, Figulo illuc navigante cum classe. Edoctus autem de Cassii copiis, Laodiceam concessit; urbem sibi amicam, sitam in peninsula, et, qua continentem spectat, bene munitam; ad mare vero stationem navium portumque habentem, ad commeatus abunde convehendos idoneum, nec minus ad securum abitum quandocumque navigare liberet. Id Cassius intelligens, et veritus ne Dolabella evaderet, per transversum isthmum duorum stadiorum spatio excitavit aggerem, saxis et omnis generis materie ex suburbanis villis sepulcrisque congesta: tum naves etiam e Phœnice ac Lycia Rhodoque per nuncios petiit.

LXI. Contemtus autem ab omnibus præter Sidonios, navale prælium cum Dolabella iniit; in quo, utrinque satis multis navibus demersis, quinque una cum navalibus sociis in Dolabellæ potestatem sunt redactæ. Tum Cassius rursus nuncios misit ad eos qui priora imperata contemserant, ad Cleopatramque Ægypti reginam, et ad Serapionem, qui in Cypro copiis Cleopatræ præerat. Ac Tyrii quidem Aradiique, et Serapio quoque, inconsultâ regina, miserunt Cassio naves quotquot habebant: Cleopatra vero causata est, Ægyptios fame simul et peste laborare; favebat autem magis Dolabellæ, propter consuetudinem quam cum superiore Cæsare habuerat. Quamobrem et quatuor legiones ei per Allienum præmiserat, et classem paratam habebat ad ferendum auxilium, quæ quidem tunc per adversas tempestates retinebatur, ut navigare non posset. Sed Rhodii Lyciique negaverunt, se vel Cassio vel Bruto ad bella civilia laturos opem: nam et Dolabellæ se naves in hoc solum dedisse, ut eum deducerent; neque scivisse, eum his ad belli operam usurum.

LXII. Itaque Cassius, reparatis pro facultate viribus, denuo bis cum Dolabella conflixit navali certamine; primum dubio Marte, iterum multo superior. Jamque, et a continenti, perfecto aggere, arietes admoti magna vi quatiebant mœnia. Et postquam nocturnarum excubiarum præfectum, cui Marso nomen erat, non potuit pecuniis corrumpere, corrupit centuriones qui sub ejus imperio diurnas agebant

αὐτῷ λοχαγούς· καὶ, ἀναπαυομένου τοῦ Μάρσου, μεθ' ἡμέραν ἐσῆλθεν, ὑπανοιχθεισῶν αὐτῷ πυλίδων κατὰ μέρη πολλῶν. Ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως, ὁ μὲν Δολοβέλλας προὔτεινε τὴν κεφαλὴν τῷ σωματοφύλακι αὐτοῦ, καὶ τεμόντα προσέταξε φέρειν Κασσίῳ σῶστρον ἴδιον· ὁ δὲ, τεμὼν, ἐπικατέσφαξεν ἑαυτόν. Διεχρήσατο δὲ καὶ Μάρσος ἑαυτόν. Ὁ δὲ Κάσσιος τὴν μὲν τοῦ Δολοβέλλα στρατιὰν ἐς ἑαυτὸν μεθώρκου· Λαοδικέων δὲ τά τε ἱερὰ καὶ τὰ κοινὰ ἐσύλα, καὶ τοὺς ἐπιφανεῖς ἐκόλαζε, καὶ τοὺς λοιποὺς ἐσφοραῖς βαρυτάταις ἐξέτρυχε, μέχρι τὴν πόλιν περιήνεγκεν ἐς ἔσχατον κακοῦ.

LXIII. Μετὰ δὲ Λαοδίκειαν ἐπ' Αἴγυπτον ὥρμα, πυνθανόμενος μὲν Κλεοπάτραν βαρεῖ στόλῳ διαπλευσεῖσθαι πρός τε Καίσαρα καὶ πρὸς Ἀντώνιον, ἐπινοῶν δὲ κωλῦσαί τε τὸν πλοῦν, καὶ τίσασθαι τῆς γνώμης τὴν βασιλίδα, καὶ πρὸ τῶνδε αὐτὴν Αἴγυπτον ἐνθυμιζόμενος μάλιστα ἐν καιρῷ, τετρυμένην τε ὑπὸ λιμοῦ, καὶ ξενικὸν στρατὸν οὐ πολὺν ἔχουσαν, ἄρτι τῶν Ἀλλιηνοῦ στρατιωτῶν ἀποστάντων. Οὕτω δὲ αὐτὸν ὁρμῆς καὶ ἐλπίδος ἔχοντα καὶ καιροῦ, ὁ Βροῦτος ἐκάλει κατὰ σπουδὴν, ὡς ἤδη Καίσαρος καὶ Ἀντωνίου τὸν Ἰόνιον περώντων. Ἄκων μὲν δὴ Κάσσιος Αἴγυπτον ἐκ τῶν ἐλπίδων μεθίει· καὶ τοὺς Παρθυαίων ἱπποτοξότας ἀπέπεμπε τιμήσας, καὶ πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα αὐτῶν ἔστελλε περὶ μείζονος συμμαχίας· ἣ μετὰ τὸ ἔργον ἀφικνουμένη, Συρίαν τε καὶ πολλὰ τῶν ἐγγὺς ἐθνῶν μέχρι Ἰωνίας ἐπέδραμε, καὶ ἀνεχώρησεν. Αὐτὸς δὲ ὁ Κάσσιος τὸν μὲν ἀδελφιδοῦν ἐν Συρίᾳ μεθ' ἑνὸς τέλους ἀπέλιπε, τοὺς δὲ ἱππέας προὔπεμψεν ἐς Καππαδοκίαν· οἳ Ἀριοβαρζάνην τε ἄφνω κατέκανον, ὡς ἐπιβουλεύοντα Κασσίῳ, καὶ χρήματα πολλὰ τὰ ἐκείνου καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν ἐς τὸν Κάσσιον ἐπανήγαγον.

LXIV. Ταρσέων δ' ἐς στάσιν διῃρημένων, οἱ μὲν τὸν Κάσσιον ἐστεφανώκεσαν ἐλθόντα πρότερον, οἱ δὲ τὸν Δολοβέλλαν ἐπελθόντα· ἀμφότεροι δὲ τῷ τῆς πόλεως σχήματι ταῦτα ἔπρασσον. Καὶ παραλλὰξ αὐτῶν προτιμώντων ἑκάτερον, ὡς εὐμεταβόλῳ πόλει χαλεπῶς ἐχρῶντο ἑκάτεροι· Κάσσιος δὲ, νικήσας Δολοβέλλαν, καὶ ἐσφορὰν ἐπέθηκεν αὐτοῖς χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα. Οἱ δὲ, ἀποροῦντές τε, καὶ ὑπὸ στρατιωτῶν ἐπειγόντων ἀπαιτούμενοι σὺν ὕβρει, τά τε κοινὰ ἀπεδίδοντο πάντα· καὶ τὰ ἱερὰ ἐπὶ τοῖς κοινοῖς, ὅσα εἶχον ἐς πομπὰς, ἢ ἀναθήματα, ἔκοπτον. Οὐδενὸς δὲ μέρους οὐδ' ὡς ἀνυομένου, ἐπώλουν αἱ ἀρχαὶ τὰ ἐλεύθερα· καὶ πρῶτα μὲν ἦν παρθένοι τε καὶ παῖδες· ἐπὶ δὲ, γυναῖκές τε καὶ γέροντες ἐλεεινοὶ, βραχυτάτου πάμπαν ὤνιοι· μετὰ δὲ, οἱ νέοι. Καὶ διεχρῶντο οἱ πλέονες ἑαυτούς. Ἕως ὧδε ἔχοντας ὁ Κάσσιος, ἐκ Συρίας ἐπανιὼν, ᾤκτειρέ τε, καὶ τοῦ λοιποῦ τῶν ἐσφορῶν ἀπέλυσε. Τάρσος μὲν δὴ καὶ Λαοδίκεια τοιάδε ἐπεπόνθεσαν.

LXV. Κάσσιος δὲ καὶ Βροῦτος συμβολήσαντες ἀλλήλοιν, Βρούτῳ μὲν ἐδόκει τὴν στρατιὰν ἀλίσαντε, χωρεῖν ἐπὶ τὸ μεῖζον ἔργον ἐς Μακεδονίαν· τέλη τε γὰρ ἤδη

stationes : atque ita, Marso interdiu quiescente, per aliquot minores portas intro admissus est. Sic capta a Cassio Laodicea, Dolabella custodi corporis cervicem feriendam præbuit, jusso ut abscisso capite salutem suam redimeret: fecit ille imperatum, sed se ipsum jugulavit insuper. Marsus quoque sibi ipse manus intulit. Cassius exercitum Dolabellæ jussit sibi sacramentum dicere : Laodicensium et fana et ærarium diripuit, et nobilissimum quemque civium affecit supplicio, a cæteris gravissima tributa exegit, ita ut eam civitatem ad extremam redegerit miseriam.

LXIII. Inde Ægyptum infestus petiit Cassius, quum Cleopatram cognovisset magna classe navigaturam ad Cæsarem et Antonium; cogitans, se hoc modo et profectionem classis impediturum, et a regina pœnas consilii illius repetiturum; maxime vero ipsam Ægyptum, commodo tunc tempore, præripere cupiens, fame afflictam, et externo milite pæne vacuam, post recentem Allieni cum suis copiis discessum. Ab hoc conatu, sperantem se occasione bene usurum, revocavit Brutus; hortatus ut properaret, quandoquidem Cæsar jam et Antonius Adriaticum trajicerent. Sic invitus a sperata Ægypto distractus est : remissisque non sine muneribus ad Parthorum regem equitibus sagittariis, legatos etiam eis adjunxit, qui majora auxilia peterent. Quæ quidem, postquam deinde rebus demum perditis venere, Syriam et aliquot vicinas provincias usque ad Ioniam incursarunt, atque ita rursus discesserunt. Cassius fratris filium cum una legione reliquit in Syria, equites præmisit in Cappadociam; qui Ariobarzanem repente invadentes interfecerunt, quod insidias Cassio struxisset : magnamque vim pecuniæ, aliumque belli apparatum, ad Cassium inde reportarunt.

LXIV. Tarsenses, in factiones fuerant divisi, et pars Cassium coronaverant prius advenientem, pars Dolabellam qui venit posterior : utrumque autem publico nomine id fecerant; et, nunc hunc nunc illum præferentes, in causa fuere, ut civitatem tanquam levi momento mutabilem uterque affligeret. Tandem Cassius, victo Dolabella, mille quingentis talentis eos mulctaverat. Et illi præ inopia, quum milites violenter pecuniam exigerent, publicis primum possessionibus cunctis venditis, fercula etiam templorum et donaria omnia in monetas excuderunt : et quum ne hæc quidem sufficerent, venum magistratus dederunt ingenua corpora, primum virgines ac pueros, deinde mulieres et senes miseros, minimo addictos, postea juvenes : et plerique mortem sibi consciverunt. Ad extremum Cassius, e Syria revertens, sic affectos miseratus, quod adhuc deerat imperatæ summæ eis remisit. Eo calamitatum Tarsus et Laodicea devenere.

LXV. Cassius autem et Brutus postquam convenere, de rebus gerendis consultarunt. Brutus censebat, conjunctis copiis eundum in Macedoniam, ut de summa rerum decer-

τοῖς πολεμίοις ἐς τεσσαράκοντα εἶναι στρατοῦ, καὶ αὐτῶν διεληλυθέναι τὸν Ἰόνιον ὀκτώ. Κασσίῳ δὲ ἐδόκει, τῶν μὲν πολεμίων ἔτι περιορᾶν, ὡς τριφθησομένων ἐν σφίσιν ἐξ ἀπορίας, διὰ τὸ πλῆθος· Ῥοδίους δὲ καὶ Λυκίους ἐξελεῖν, εὔνους τε ὄντας ἐκείνοις, καὶ ναυτικὸν ἔχοντας, ἵνα μὴ κατὰ νώτου σφίσιν γίγνωνται παρὰ τὸ ἔργον. Ἐπεὶ δὲ ἔδοξεν ὧδε, ἐχώρουν, Βροῦτος μὲν ἐπὶ Λυκίους, Κάσσιος δὲ ἐπὶ Ῥοδίους, τεθραμμένος τε ἐν αὐτῇ καὶ πεπαιδευμένος τὰ Ἑλληνικά. Ὡς δὲ κρατίστοις τὰ ναυτικὰ ἀνδράσι συνοισόμενος ἐς μάχην, τὰς ἰδίας ναῦς ἐπεσκεύαζε, καὶ ἀνεπλήρου, καὶ ἐγύμναζεν ἐν Μύνδῳ.

LXVI. Ῥοδίων δὲ οἱ μὲν ἐν λόγῳ μᾶλλον ὄντες ἐδεδοίκεσαν, Ῥωμαίοις μέλλοντες ἐς χεῖρας ἰέναι· ὁ δὲ λεὼς ἐμεγαλοφρονεῖτο, ἐπεί οἱ καὶ παλαιῶν ἔργων πρὸς οὐχ ὁμοίους ἄνδρας ἐμνημόνευον. Ναῦς τε καθεῖλκον τὰς ἀρίστας σφῶν τρεῖς καὶ τριάκοντα. Καὶ τάδε πράσσοντες ἔπεμπόν τινας ἐς Μύνδον ὅμως, οἳ τὸν Κάσσιον ἠξίουν μήτε Ῥόδου καταφρονεῖν, πόλεως ἀμυναμένης ἀεὶ τοὺς καταφρονήσαντας, μήτε συνθηκῶν, αἳ Ῥοδίοις εἰσὶ καὶ Ῥωμαίοις, ὅπλα μὴ φέρειν ἐπὶ ἀλλήλους· εἰ δέ τι περὶ συμμαχίας ἐπιμέμφοιτο, ἐθέλειν παρὰ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς πυθέσθαι, καὶ κελευούσης ἔφασαν συμμαχήσειν. Οἱ μὲν δὴ τοιάδε μάλιστα ἔλεγον. Ὁ δὲ, τὰ μὲν ἄλλα τὸν πόλεμον ἀντὶ λόγων, ἔφη, κρινεῖν· τὰς δὲ συνθήκας κελεύειν, ὅπλα μὴ φέρειν ἐπ' ἀλλήλους· καὶ ἐπενηνοχέναι Ῥοδίους Κασσίῳ, Δολοβέλλᾳ συμμαχοῦντας. Κελεύειν δὲ, ἀλλήλοις συμμαχεῖν. Κασσίῳ δὲ δεομένῳ, εἰρωνεύεσθαί τε περὶ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς, φευγούσης καὶ ἀλωμένης ἐν τῷ παρόντι διὰ τοὺς ἐν ἄστει τυράννους· οἳ δώσουσι μὲν αὐτοὶ δίκας, δώσουσι δὲ καὶ Ῥόδιοι, τὰ ἐκείνων προτιμῶντες, ἢν μὴ θᾶσσον ἀνέχωνται τῶν κελευομένων. Ὧδε μὲν ὁ Κάσσιος αὐτοὺς ἠμείψατο. Καὶ οἱ εὖ φρονοῦντες Ῥοδίων μᾶλλον ἐδεδοίκεσαν· τὸ δὲ πλῆθος ἐδημαγώγουν Ἀλέξανδρός τε καὶ Μνασέας, ἀναμιμνήσκοντες, ὅτι καὶ Μιθριδάτης πλέοσι ναυσὶ ἐπιπλεύσειε τῇ Ῥόδῳ, καὶ Δημήτριος ἔτι πρὸ τοῦ Μιθριδάτου. Οἱ μὲν δὴ τὸν Ἀλέξανδρον ἐκ τούτων εἵλοντο σφίσι πρυτανεύειν, ἥπερ ἐστὶν ἀρχὴ παρ' αὐτοῖς μάλιστα αὐτοκράτωρ, καὶ ναυαρχεῖν Μνασέαν.

LXVII. Ἔπεμπον δ' ὅμως ἐς τὸν Κάσσιον ἔτι πρεσβευτὴν Ἀρχέλαον, ὃς ἐν Ῥόδῳ τὰ Ἑλληνικὰ διδάσκαλος γεγένητο τῷ Κασσίῳ, δεησόμενον ἤδη τόνδε τοῦ Κασσίου λιπαρέστερον. Καὶ ἐδεῖτο, τῆς δεξιᾶς λαβόμενος, ὡς γνωρίμου· « Μὴ πόλιν ἀναστήσῃς Ἑλληνίδα, φιλέλλην ἀνήρ· μὴ Ῥόδον, φιλελεύθερος ἀνήρ· μηδὲ αἰσχύνῃς ἀξίωμα Δώριον, οὐχ ἡσσημένον ἐξ οὗ γεγόναμεν· μηδὲ ἐκλάθῃ καλῆς ἱστορίας ἧς ἔμαθες ἐν Ῥόδῳ τε καὶ ἐν Ῥώμῃ· ἐν Ῥόδῳ μὲν, ὅσα Ῥόδιοι κατὰ πόλεις καὶ πρὸς βασιλέας, ἄλλους τε, καὶ τοὺς μάλιστα ἀμάχους δόξαντας εἶναι, Δημήτριον, καὶ Μιθριδάτην, ὑπὲρ ἐλευθερίας ἔπραξαν, ὑπὲρ ἧς δὴ καὶ σὺ φῂς τάδε κάμνειν· ἐν Ῥώμῃ δὲ, ὅσα ὑμῖν αὐτοῖς καθ' ἑτέρων,

nerent : jam enim apud hostes esse legiones quadraginta : ex his octo jam Adriaticum transmisisse. E diverso Cassius contemnendas adhuc censebat hostium copias; illas enim etiam absque hoste, ob nimiam multitudinem, fame iri attritum : debellandos autem prius fautores adversæ factionis, Rhodios ac Lycios, classibus potentes, ne se in hostem conversos a tergo invaderent. Et hæc sententia vicit. Brutus Lycios aggressus est, Cassius Rhodios; apud quos educatus olim et Græcis literis fuerat imbutus. Cassius itaque, quoniam cum rei navalis peritissimis res erat, refectam classem complevit milite, et apud Myndum exercuit.

LXVI. Rhodiorum vero quotquot dignitate præstabant, timebant certaturi cum Romanis : at vulgus sibi placebat, memor veterum victoriarum de viris longe diversis reportatarum. Itaque naves deducunt selectas triginta tres : sed nihilominus interim Myndum mittunt, qui Cassium rogarent ne vel Rhodum contemneret, quæ semper contumelias suas ulta sit, vel fœdera inter Romanos Rhodiosque icta, quibus diserte cautum sit, ne alter populus arma ferat contra alterum : quod si de negatis sibi auxiliis Cassius conquerатur, velle se Romam ad senatum legationem mittere, et, si jubeantur, laturos auxilium. » Respondit Cassius : « de cæteris non verbis disceptandum; sed armis finiendam controversiam. Quod vero ad fœdus attineat, quo cautum sit, ne arma alteri alteris inferant, id prius violatum esse a Rhodiis, arma contra Cassium ferentibus pro Dolabella. Adscriptum autem fœderi esse, auxilia deberi mutua; sed ipsos, a Cassio rogatos, illudere ei prætextu senatus, qui nunc vagus exulet, oppressa per tyrannos patria. Sed et hos ipsos pœnam daturos; et Rhodios, qui illorum partes præferant, nisi confestim imperata fecissent, male iri mulctatum. » Hoc responsum magis etiam terruit prudentiores cives. Plebs vero agitabatur Alexandri Mnaseæque concionibus; memorantium, quanto pluribus navibus Mithridates Rhodum invasisset, et ante illum Demetrius. Quamobrem Alexandrum Prytanin crearunt, qui magistratus apud Rhodios plurimum pollet imperio : Mnaseam classi præfecerunt.

LXVII. Miserunt tamen ad Cassium unum etiam legatum, Archelaum, quo ille in Græcis literis præceptore fuerat usus, submissius jam rogaturum. Qui, pro familiaritate apprehensa dextra Cassii, in hunc modum eum precatus est : « Absit, ut Græcam urbem subvertas, Græcorum amicus; absit, ut Rhodum, libertatis studiosus; absit, ut ignominiæ notam inuras gloriæ invictæ hactenus nationis Doricæ. Cave vero, obliviscaris præclararum historiarum, quas vel Rhodi, vel Romæ didicisti : Rhodi, quam multa Rhodii vel contra alias civitates, vel adversus reges, cum alios, tum vero omnium potentissimos, Mithridatem atque Demetrium, pro libertate gesserint, pro qua tuenda tu quoque ais te hanc navare operam : Romæ vero, quam multa fuerint nostra erga populum Romanum merita, cum

καὶ κατὰ Ἀντιόχου τοῦ Μεγάλου συνεμαχήσαμεν, ὧν εἰσὶν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνάγραπτοι στῆλαι παρ' ὑμῖν. Τάδε μὲν δὴ καὶ γένους ἕνεκα καὶ ἀξιώσεως ἡμῶν, καὶ τύχης ἐς τονῦν ἀδουλώτου, καὶ συμμαχίας, καὶ προαιρέσεως ἐς ὑμᾶς, ὦ Ῥωμαῖοι, λελέχθω.

LXVIII. Πρὸς σὲ δὲ, ὦ Κάσσιε, καὶ αἰδώς τις ἐστὶν ἐξαίρετος ἔς τε τὴν πόλιν, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ τροφήν τε σου καὶ παίδευσιν, καὶ ἰατρικὴν, καὶ ἑστίαν ἣν ᾤκησας, καὶ τοὐμὸν διδασκαλεῖον αὐτὸ, καὶ ἐμὲ, ἐλπίσαντα μὲν ἐς ἕτερα τούτοις ποτὲ ἐναβρυνεῖσθαι, νῦν δὲ ὑπὲρ τῆς πατρίδος αὐτὰ δαπανῶντα, ἵνα μηδ' αὐτή σοι πολεμεῖν ἀναγκάζηται, πεπαιδευμένῳ τε ὑπ' αὐτῆς καὶ τεθραμμένῳ, μηδὲ γένηται δυοῖν ὑπ' ἀνάγκης θάτερον, ἢ Ῥοδίους ἀποθανεῖν πάντως, ἢ Κάσσιον ἡσσᾶσθαι. Συμβουλεύω δὲ ἐπὶ τῇ παρακλήσει, τοιῶνδέ σε ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ἁπτόμενον ἔργων, θεοὺς ἡγεμόνας ἀεὶ ποιεῖσθαι παντὸς ἔργου. Θεοὺς δ' ὠμόσατε, ὅτε ἡμῖν ἔναγχος διὰ Γαΐου Καίσαρος συνετίθεσθε, καὶ σπονδὰς ἐπὶ τοῖς ὅρκοις ἐσπένδετε, καὶ δεξιὰς ἐτίθεσθε, αἳ καὶ παρὰ πολεμίοις ἰσχύουσιν, οὐ παρὰ φίλοις καὶ τροφεῦσι. Φείδου δὲ, ἐπὶ τοῖς θεοῖς, καὶ δόξης τῆς κατὰ ἀνθρώπους· ὡς οὐδέν ἐστι συνθηκῶν παραβάσεως μᾶλλον, ὃ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀπίστους ἐς ἅπαντα ποιεῖ καὶ φίλοις καὶ πολεμίοις. »

LXIX. Ταῦτ' εἰπὼν ὁ πρεσβύτης, οὐ μεθίετο τῆς χειρὸς, ἀλλ' ἐπεδάκρυεν αὐτῇ· ὡς ἐρυθριάσαι μὲν ἐπὶ τῷ σχήματι τὸν Κάσσιον, καὶ παθεῖν τι ὑπὸ αἰδοῦς, ὑφελόντα δὲ ὅμως εἰπεῖν· « Εἰ μὲν οὖν οὐ συνεβούλευσας Ῥοδίοις μὴ ἀδικεῖν με, σύ με ἠδίκεις· εἰ δὲ διδάσκων οὐκ ἔπεισας, ἀμυνῶ σοι. Ἠδικούμην δὲ δήπου σαφῶς· τὸ μὲν πρῶτον ἀδίκημα, συμμαχίαν αἰτῶν, καὶ παρορώμενος ὑπὸ τῶν παιδευσάντων καὶ θρεψάντων· τὸ δὲ ἑξῆς, προτιμώντων μου Δολοβέλλαν, ὃν οὐκ ἐπαίδευσαν, οὐδὲ ἀνέθρεψαν· τὸ δὲ ἀνιαρότερον, ἐμοῦ μὲν, καὶ Βρούτου, καὶ ὅσων ὁρᾶτε ἀπὸ τῆς βουλῆς ἀρίστων ἀνδρῶν, φευγόντων τυραννίδα, καὶ τὴν πατρίδα ἐλευθερούντων, ὦ Ῥόδιοι φιλελεύθεροι, Δολοβέλλα δὲ αὐτὴν καταδουλοῦντος ἑτέροις· οἷς δὴ καὶ ὑμεῖς εὔνως ἔχοντες, ὑποκρίνεσθε ἐξίστασθαι τοῖς ἐμφυλίοις ἡμῶν. Ἔστι δὲ ἐμφύλια μὲν, εἰ καὶ ἡμεῖς δυναστείας ὠρεγόμεθα· πόλεμος δὲ σαφὴς τὸ γιγνόμενόν ἐστι δημοκρατίας πρὸς μοναρχίαν. Καὶ δημοκρατίαν ἀβοήθητον καταλείπετε, οἱ παρακαλοῦντες ὑπὲρ αὐτονομίας· φιλίαν τε Ῥωμαίοις προφέροντες, οὐκ ἐλεεῖτε ἀκρίτους ἐπὶ θανάτῳ καὶ δημεύσει προγραφομένους· ἀλλ' ὑποκρίνεσθε πεύσεσθαι τῆς βουλῆς, τῆς ταῦτα πασχούσης, καὶ οὐδὲ ἀμύνειν ἑαυτῇ πω δυναμένης. Ἡ δ' ὑμῖν ἤδη προαπεκρίνατο, ἐν οἷς ἐψηφίσατο, τοὺς ἀμφὶ τὴν ἕω πάντας ἀμύνειν ἐμοί τε καὶ Βρούτῳ.

LXX. Σὺ δὲ, εἰ μέν ποτε ἡμῖν περικτωμένοις τι συνεπράξατε, ὧν εὐεργεσίας καὶ μισθοὺς ἀντικεκόμισθέ που, καταλογίζῃ· ὅτι δὲ ἡμῖν ἐς τὴν ἐλευθερίαν καὶ σωτηρίαν ἀδικουμένοις οὐ συμμαχεῖτε, ἐπιλανθάνῃ· οὓς εἰκὸς ἦν, εἰ καὶ μηδὲν ἡμῖν ἐς ἀλλήλους ὑπῆρχεν,

alia, tum eo potissimum bello, quod vos cum Antiocho Magno, nostris adjuti auxiliis, gessistis : quorum monumenta, testimonium nobis exhibentia, apud vos exstant æri incisa. Et hæc quidem de genere et dignitate nostra, de conditionisque ad hunc diem libertate, tum de meritis ac perpetua nostra erga vos, Romani, voluntate, dicta sint.

LXVIII. « Tu vero, Cassi, privatim quoque nonnullam huic civitati debes reverentiam; in qua educatus, in qua eruditus es, in qua ægrotans remedia valetudini invenisti; in qua tuum quondam focum, tuos lares, habuisti : et meam scholam quid taceam, meque ipsum? qui quidem alium in usum gloriari aliquando his rebus posse speraveram, quibus nunc pro ipsa patria utor, ne illa cogatur cum discipulo et alumno suo gerere bellum, neve alterutrum sequatur necessario, ut aut omnes Rhodii pariter occumbant, aut Cassius bello superetur. Deprecationi addo consilium : ut, qui tanta negotia sustines pro republica, per omnia deos duces sequaris. Per deos jurastis, quum nuper ex auctoritate Cæsaris fœdus inter nos renovatum est, et juramenti religionem libatione confirmastis, et dextras fidei nobis dedistis, quæ apud hostes etiam valet, nedum apud alumnos et amicos. Juxta deos vero immortales, hominum etiam existimationis habeas rationem; apud quos turpissimum ducitur, violare fœdera; quorum temeratoribus nulla fides porro apud amicos pariter hostesque reliqua est. »

LXIX. Hæc locutus senex, non dimisit Cassii manum, nec lacrimis eam perfundere cessavit; ut ad hanc speciem Cassius erubesceret, nonnihilque moveretur verecundia. Tandem, exemta manu, his verbis respondit : « Tu si non suasisti Rhodiis, ut injuriam a me abstineant, ipse mihi facis injuriam. Quod si persuadere non potuisti, pœnas mihi dabunt, qui te contemserunt. Passum autem me injuriam, manifestum est. Primum, quia non impetravi auxilium, despectus a meis eruditoribus et educatoribus : deinde, quia Dolabellam mihi prætulerunt, nec eruditum a se nec educatum. Et, quod gravius est, hæc ego Brutusque, et quotquot alios nobiscum videtis ex senatu optimates, a vobis, Rhodii, libertatis assertores passi sumus, dum tyrannidem fugimus, et patriam conamur in libertatem vindicare, quam Dolabella prodidit in aliorum servitutem : quibus nimirum ipsis vos faventes, fingitis a civilibus nostris conflictationibus velle abstinere. Essent autem civiles hæ contentiones, si et nos pariter affectaremus potentiam : nunc apertum bellum est reipublicæ adversus tyrannos. Et rempublicam vos nullo auxilio dignamini, qui deprecatores pro vestra mittitis libertate; et, qui vestram cum populo Romano societatem amicitiamque jactatis, eosdem vos non miseret tot civium Romanorum, indicta causa proscriptorum, et bonis suis exutorum : sed fingitis vos exspectare jussa senatus, oppressi hunc ad modum, nec valentis seipsum jam defendere. Atqui jamdudum responsum a senatu habetis, quum orientales omnes provincias opem ferre mihi Brutoque jussit.

LXX. « Tu vero, si quid unquam operæ nobis, imperium augentibus, contulistis (pro quo abunde recepistis præmia), id nunc imputas : quod vero libertate ac salute pugnantibus non adsitis, id oblivisceris : quum debueritis, etiam si nihil vobis antea nobiscum commercii fuisset, nunc

ἀλλὰ νῦν ἄρχειν ἐθελοντὰς ὑπερμαχῆσαι τῆς Ῥωμαίων δημοκρατίας, Δωριέας ὄντας. Οἳ δ', ἀντὶ τοιούτων ἔργων καὶ λογισμῶν, συνθήκας ἡμῖν προφέρετε (γενομένας μὲν ὑμῖν καὶ τάσδε πρὸς Γάϊον Καίσαρα, τῆσδε τῆς μοναρχίας ἡγεμόνα· λέγουσι δ' ὅμως αἱ συνθῆκαι, Ῥωμαίους καὶ Ῥοδίους ἐν ταῖς χρείαις ἀλλήλοις ἀμύνειν), ἀμύνατε οὖν ἐς τὰ μέγιστα κινδυνεύουσι Ῥωμαίοις. Κάσσιος ὑμῖν ἐστι ὁ τὰς συνθήκας τάσδε προφέρων, καὶ ἐπὶ συμμαχίαν καλῶν, Ῥωμαῖος ἀνὴρ, καὶ Ῥωμαίων στρατηγὸς, ὥς φησι τὸ ψήφισμα τῆς βουλῆς, ἐν ᾧ πάντας ὑπακούειν ἡμῖν ἔταξε τοὺς τοῦ Ἰονίου πέραν. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ Βροῦτος ὑμῖν προτείνει ψηφίσματα, καὶ Πομπήϊος, τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῆς βουλῆς ἐπιτετραμμένος· τὰς δ' ἱκετείας, ἐπὶ τοῖς ψηφίσμασι, καὶ οἵδε πάντες, ὅσοι φεύγουσιν ἀπὸ τῆς βουλῆς, οἱ μὲν ἐς ἐμὲ καὶ Βροῦτον, οἱ δ' ἐς Πομπήϊον. Ἔστι δὲ δήπου τὸ συγκείμενον, Ῥωμαίοις Ῥοδίους βοηθεῖν, κἂν καθ' ἕνα χρήζωσιν. Εἰ δὲ οὔτε στρατηγοὺς ἡμᾶς, οὔτε Ῥωμαίους ἔτι, ἀλλὰ φυγάδας ἢ ξένους ἢ κατακρίτους, ὡς οἱ προγράψαντες λέγουσιν, ἡγεῖσθε· οὐ πρὸς ἡμᾶς ἐστιν ὑμῖν ἔτι, ἀλλὰ πρὸς Ῥωμαίους, ὦ Ῥόδιοι, τὰ συγκείμενα· ἡμεῖς δὲ, ξένοι καὶ ἀλλότριοι τῶν συνθηκῶν ὄντες, πολεμήσομεν ὑμῖν, ἢν μὴ ἐς πάντα κατακούητε. » Τοιαῦτα μὲν ὁ Κάσσιος ἐπειρωνευσάμενος, τὸν Ἀρχέλαον ἀπέλυεν.

LXXI. Ἀλέξανδρος δὲ καὶ Μνασέας, οἱ Ῥοδίων ἡγούμενοι, ταῖς τριάκοντα καὶ τρισὶ ναυσὶν ἀνήγοντο ἐπὶ Κάσσιον ἐς Μύνδον, ὡς προκαταπλήξοντες τῷ ἐπίπλῳ· καί τι που καὶ κούφως εἶχον ἐλπίδος, ὅτι καὶ Μιθριδάτη ἐς Μύνδον ἐπιπλεύσαντες ἐδόκουν ἐς τὸ τοῦ πολέμου τέλος εὐτυχῆσαι. Εἰρεσίᾳ δὲ ἐς ἐπίδειξιν χρώμενοι, τήν τε πρώτην ἡμέραν ηὐλίσαντο ἐν Κνίδῳ· καὶ τῆς ἐπιούσης ἐπεφαίνοντο τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἐκ τοῦ πελάγους. Οἱ δὲ, θαυμάσαντες, ἀντανήγοντο, καὶ τὸ ἔργον ἦν ἑκατέρωθεν ἰσχύος τε καὶ δυνάμεως. Ῥόδιοι μὲν γὰρ ναυσὶ κούφαις διέπλεόν τε τοὺς πολεμίους ὀξέως, καὶ περιέπλεον, καὶ ἐπανόδοις ἐχρῶντο· Ῥωμαῖοι δὲ, ἐπὶ νεῶν βαρυτέρων, ὅτε συμπλακεῖεν, ἀπὸ βαρυτέρας ῥύμης ἐπεβάρουν, ὥσπερ ἐν πεζομαχίᾳ. Τοῦ δὲ Κασσίου πλήθει νεῶν τὰς πολεμίας περιλαβόντος, οἱ μὲν Ῥόδιοι περιπλεῖν ἔτι καὶ διεκπλεῖν οὐκ ἐδύναντο· ἐμβάλλουσι δ' αὐτοῖς μόνον ἐκ τοῦ μετώπου, καὶ ἀναχωροῦσιν, ἡ μὲν ἐμπειρία διέφθαρτο ὑπὸ τῆς στενοχωρίας κεκυκλευμένοις· αἱ δὲ ἐμβολαὶ καὶ ἀποσιμώσεις ἐς βαρυτέρας τὰς Ῥωμαίων ναῦς ἀσθενεῖς ἐγίγνοντο, Ῥωμαίοις δ' ἦσαν ἐς κουφοτέρας εὔτονοι· μέχρι Ῥόδιαι μὲν τρεῖς αὐτοῖς ἀνδράσιν ἐλήφθησαν, καὶ δύο ἀνεῤῥάγησάν τε καὶ κατέδυσαν, καὶ αἱ λοιπαὶ βεβλαμμέναι διέφυγον ἐς τὴν Ῥόδον· αἱ δὲ Ῥωμαίων ἅπασαι μὲν ἐπανῆλθον ἐς Μύνδον, ἐπεσκευάζοντο δὲ καὶ τούτων αἱ πλέονες βλαβεῖσαι.

LXXII. Τοῦτο μὲν δὴ τῆς ἐν Μύνδῳ Ῥωμαίων τε καὶ Ῥοδίων ναυμαχίας τέλος ἦν· καὶ αὐτὴν γιγνομένην ὁ Κάσσιος ἀπὸ ὄρους καθεώρα. Ὡς δὲ ἐπεσκεύασε τὰ

saltem ultro initium facere pro Romanorum republica propugnandi, Dorici præsertim quum generis sitis. At quoniam, hujusmodi quidem rationibus parum commoti, fœdera nobis objicitis (icta quidem illa cum Cæsare quoque, qui princeps fuerat hujus tyrannidis; sed quibus tamen ipsis hoc continetur, debere populum Romanum Rhodiumque, ut cuivis opus esset, invicem auxiliari), ferte igitur opem Romanis, summo in periculo versantibus! En Cassius ego, civis Romanus, et (si fides est senatusconsulto, quo in omnes trans mare provincias imperium nobis decretum est), Romanus imperator, ipsum illud fœdus testor, et ex fœdere auxilia a vobis postulo. Eademque senatusconsulta et Brutus vobis ingerit, et Pompeius, rei maritimæ a senatu præfectus. Ad senatusconsulta accedunt preces horum senatorum omnium, qui partim ad me Brutumque, partim ad Pompeium profugere. Atqui ex pacti profecto formula Rhodiorum populus ad succurrendum vel singulis Romanis civibus, si vestra ope indigeant, tenetur. Quod si vero nec pro imperatoribus, nec pro civibus Romanis, sed pro exsulibus, atque exteris, et (ut proscriptores aiunt) damnatis, nos habetis, ergo non jam nobiscum vobis, Rhodii, sed cum populo Romano sunt fœdera: nos vero, exteri et alieni a fœdere, tam diu vos bello persequemur, donec imperata omnia feceritis. » Tali modo cavillatus in Rhodios Cassius, dimisit Archelaum.

LXXI. Cæterum Alexander et Mnaseas, Rhodiorum ductores, cum illis triginta tribus navibus Myndum petierunt, subito incursu Cassium territuri. Ac spei quoque nonnihil temere eis suberat ex eo, quod Mithridatem circa idem oppidum assecuti, visi erant ad felicem belli exitum haud parum momenti contulisse. Itaque ostentata remigandi peritia, primo die Gnidum diverterunt: sequenti vero ubi ex alto apparuerunt Cassianis, mirantes illi contra solverunt a littore: pugnatumque est utrinque valide et perite. Rhodii navigiis agilibus modo a fronte per adversos ordines penetrabant, modo conversis rursus navibus a tergo per eosdem perrumpebant. Romani contra, gravioribus navibus utentes, quoties ad manus venire poterant, majore vi prævalebant, ut in terrestri prælio. Sed Cassianis multitudine navium circumvenientibus naves hostium, jam Rhodii non amplius conversionibus uti aut perrumpere ordines poterant: et quum nihil eis superesset, nisi ut a fronte impetus facerent, moxque sese reciperent, nihil eos juvabat peritia, in arctum coactos ab hostibus. Atque ipsi rostrorum ictus, et ex alto facti incursus contra graviores Romanorum naves, parum erant validi: sed tanto majori impetu Romanæ adversarias leviores percutiebant. Quo factum est, ut tribus navibus Rhodiorum cum sociis navalibus captis, duabus fractis demersisque, reliquæ mutilatæ Rhodum se receperint. Romanæ omnes quidem, sed vulneratæ pleræque, Myndum redierunt, ibique refectæ sunt.

LXXII. Hoc eventu ad Myndum Romana classis cum Rhodia conflixit. Eam pugnam quum e proximo monte spectasset Cassius, mox refectis navibus Loryma petiit,

σκάφη, διέπλευσεν ἐς Λώρυμα, Ῥοδίων τι φρούριον ἐν τῇ περαίᾳ, καὶ τὸ πεζὸν ἐς τὴν Ῥόδον διεβίβαζεν ἐπὶ ὁλκάδων ὑπὸ Φαννίῳ τε καὶ Λέντλῳ. Αὐτὸς δὲ ἐπέπλει, ταῖς ὀγδοήκοντα ναυσὶν ἐσκευασμέναις ἐς τὸ φοβερώτατον· καὶ περιστήσας τῇ Ῥόδῳ τὸ πεζὸν ὁμοῦ καὶ τὸ ναυτικὸν, ἡσύχαζεν, ὡς ἐνδωσόντων τι τῶν πολεμίων. Οἱ δὲ ἐπανήχθησαν μὲν αὖθις εὐθαρσῶς· δύο δὲ καὶ τότε ναῦς ἀποβαλόντες, συνεκλείσθησαν. Καὶ ἀναδραμόντες ἐπὶ τὰ τείχη, πάντα τε ὅπλων ἐπλήρουν, καὶ ἀπεμάχοντο ὁμοῦ τοὺς περὶ τὸν Φάννιον, ἀπὸ τῆς γῆς ἐνοχλοῦντας, καὶ τὸν Κάσσιον, τοῖς πρὸς θαλάσσῃ τείχεσι τὸ ναυτικὸν οὐκ ἀνέτοιμον εἰς τειχομαχίαν ἐπαγαγόντα· ἐλπίζων γάρ τι τοιοῦτον, ἐπεφέρετο πύργους ἐπτυγμένους, οἳ τότε ἀνίσταντο. Ῥόδος μὲν δὴ δύο πείραις καμοῦσα, ἔκ τε γῆς καὶ θαλάσσης ἐπολιορκεῖτο· καὶ οὐδὲν, ὡς ἐν ἔργῳ ταχεῖ καὶ ἀδοκήτῳ, παρεσκεύαστο αὐτοῖς ἐς πολιορκίαν. Ὅθεν ἦν εὔδηλον, ἁλώσεσθαι τάχιστα τὴν πόλιν ἢ χερσὶν ἢ λιμῷ· καὶ τάδε Ῥοδίων οἱ συνετώτεροι καθεώρων, καὶ Φάννιος αὐτοῖς καὶ Λέντλος διελέγοντο.

LXXIII. Γιγνομένων δ' ἔτι τούτων, ἄφνω Κάσσιος ἦν ἐν μέσῃ τῇ πόλει μετ' ἐπιλέκτου στρατοῦ, βίας μὲν οὐδεμιᾶς φανείσης, οὐδὲ κλιμάκων ἔργου. Εἴκαζον δὲ οἱ πολλοὶ, καὶ ἐδόκει γενέσθαι, τοὺς χαρίεντας αὐτῷ τῶν πολιτῶν ὑπανοῖξαι πυλίδας, ἐλέῳ τῆς πόλεως καὶ προμηθείᾳ τροφῶν. Ὧδε μὲν ἑαλώκει Ῥόδος· καὶ Κάσσιος ἐν αὐτῇ προὐκάθητο ἐπὶ βήματος, καὶ δόρυ τῷ βήματι παρεστήσατο, ὡς ἐπὶ δοριαλώτῳ. Ἀτρεμεῖν τε κελεύσας τὸν στρατὸν ἀκριβῶς, καὶ θάνατον ἐπικηρύξας, εἴ τις ἁρπάσειεν ἢ βιάσαιτό τι, αὐτὸς ἐξ ὀνόματος ἐκάλει Ῥοδίων ἐς πεντήκοντα ἄνδρας, καὶ ἀχθέντας ἐκόλαζε θανάτῳ· ἑτέροις δὲ, ἀμφὶ τοὺς πέντε καὶ εἴκοσιν, οὐχ εὑρεθεῖσι, φυγὴν ἐπέταττε. Χρήματα δὲ ὅσα ἦν, ἢ χρυσὸς ἢ ἄργυρος, ἐν ἱεροῖς τε καὶ δημοσίοις, πάντα συλήσας, ἐκέλευσε καὶ τὸν ἰδιωτικὸν ἐκφέρειν τοὺς κεκτημένους ἐς ἡμέραν ῥητήν· καὶ ἐπεκήρυξε τοῖς μὲν ἐπικρύψασι θάνατον, τοῖς δὲ μηνύσασι δεκάτην, δούλοις δὲ καὶ ἐλευθερίαν. Οἱ δ' ἐν μὲν ἀρχῇ πολλοὶ συνέκρυψαν, οὐκ ἐς τέλος ἐλπίζοντες ἀφίξεσθαι τὴν ἀπειλήν. Διδομένων δὲ τῶν γερῶν, καὶ τῶν μηνυομένων, ἔδεισάν τε· καὶ προθεσμίαν ἑτέραν λαβόντες, οἱ μὲν ἐκ γῆς ἀνώρυσσον, οἱ δὲ ἐκ φρεάτων ἀνίμων, οἱ δὲ ἐξέφερον ἐκ τάφων, πολὺ πλέονα τῶν προτέρων.

LXXIV. Αἱ μὲν δὴ Ῥοδίων συμφοραὶ τοιαίδε ἦσαν· καὶ Λεύκιος Οὔαρος αὐτοῖς μετὰ φρουρᾶς ὑπελέλειπτο. Ὁ δὲ Κάσσιος, ἡδόμενος τῇ ταχυεργίᾳ τῆς ἁλώσεως, καὶ τῷ πλήθει τῶν χρημάτων, ἐπέταττεν ὅμως καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι τῆς Ἀσίας ἅπασι, φόρους ἐτῶν δέκα συμφέρειν. Καὶ οἱ μὲν ἐπράσσοντο συντόνως. Ἐξαγγέλλεται δ' αὐτῷ Κλεοπάτρα μέλλουσα διαπλεῖν μεγάλῳ στόλῳ καὶ παρασκευῇ βαρυτάτῃ πρὸς Καίσαρά τε καὶ Ἀντώνιον. Τὰ γὰρ ἐκείνων αἱρουμένη καὶ τέως διὰ τὸν πρότερον Καίσαρα, τότε μᾶλλον ᾑρεῖτο διὰ τὸν ἐκ Κασσίου φόβον. Ὁ δὲ Μοῦρκον, μετά τε ὁπλιτῶν

quod est Rhodiorum in adversa continente castellum. Inde onerariis terrestres copias transvexit in insulam, ductu Fannii Lentulique. Ipse cum octoginta longis navibus, ad incutiendum maxime terrorem ornatis, accessit. Sed tam pedestribus copiis quam navalibus urbe circumdata, continuit se paulisper, exspectans, si forte hostes remissuri essent ferociam. At illi audenter occurrerunt denuo : sed tunc quoque duabus navibus amissis, clausi sunt undique. Jamque muros occupant, et armis omnia complent, simulque Fannio, a terra oppugnanti, simul Cassio repugnant, admoventi a mari classem, non imparatam infestandis mœnibus : præcogitans enim tale aliquid, attulerat secum Cassius plicatiles turres, quæ tum excitatæ sunt. Ita Rhodus, bis infeliciter tentato navali prælio, terra marique oppugnabatur; imparata, ut in opere subito et inopinato, ad sustinendam oppugnationem. Unde apparebat, brevi venturam in potestatem hostium, vel armis, vel fame victam. Nec latuit hoc prudentiores Rhodiorum, quibus etiam cum Fannio et Lentulo colloquia intercedebant.

LXXIII. Quæ dum fiunt, subito Cassius in media urbe cum lectissima manu conspectus est, nec scalis (quod quidem apparebat) usus, nec ulla externa vi admota. Creditumque est plerisque, nec a veri specie abludit, clam apertas ei minores portulas ab eminentioribus inter cives, miserantibus sortem urbis, et de imminente fame sollicitis. Sic capta Rhodo, Cassius in tribunali consedit, hasta pro tribunali proposita, non secus ac si armorum vi capta urbs fuisset : jussoque quiescere exercitu, et per præcones mortem interminatus, si quis cui vim faceret aut raperet quidquam; ipse nominatim citatos circiter quinquaginta cives Rhodios duci ad supplicium jussit : aliosque quinque fere et viginti, nusquam comparentes, mulctavit exsilio. Tum vero quidquid pecuniarum aut auri argentique in templis aut in ærario fuit, id omne corrasit : nec hoc contentus, edixit, ut, quod quisque privatim auri argentive possideret, id intra dictum diem proferret; denunciato per præconem supplicio, si quis aliquid occultaret; indicibus vero in præmium propositis decimis, et servis insuper libertate. Illi primum celabant plerique, sperantes fore ut intra verba minæ consisterent : deinde, postquam indicibus repræsentari præmia, mulctarique deprehensos, viderunt, petierunt prorogari sibi terminum. Quo impetrato, alii ex terra effodiebant condita, alii hauriebant e puteis, alii e sepulcris proferebant, multo plura quam antea.

LXXIV. Hæ fuerunt calamitates Rhodiorum : quibus L. Varus relictus est præsidio. Cassius, lætus et expugnatione celeri et pecuniarum copia, tamen reliquis etiam omnibus Asiæ populis decem annorum imperavit tributa, eaque sine mora et absque ulla remissione exegit. Jamque nunciatur illi, Cleopatram in eo esse, ut ingenti classe et magno apparatu naviget ad Cæsarem et Antonium. Quum enim partes illas jam ante elegisset propter superiorem Cæsarem, tunc longe propensior in eas facta erat propter formidinem, qua sibi a Cassio metuebat. Ad eum nuncium Cassius

ἀρίστου τέλους καὶ τοξοτῶν τινων, ἐπὶ νεῶν ἑξήκοντα καταφράκτων, ἐς Πελοπόννησον ἔπεμπε ναυλοχεῖν περὶ Ταίναρον, περισυράμενος ἐκ τῆς Πελοποννήσου λείαν ὅσην ἔφθασε.

LXXV. Τὰ δ' ἀμφὶ Λυκίαν καὶ Βροῦτον, μικρὰ καὶ τῶν ἀμφὶ τοῦτον ἐς ὑπόμνησιν ἀναλαβόντι ἄνωθεν, ἦν τοιάδε. Ἐπειδὴ παρὰ Ἀπουληΐου στρατιάν τε τινὰ εἰλήφει, ὅσην Ἀπουλήϊος εἶχε, καὶ χρήματα ἐς ἑξακισχίλια καὶ μύρια τάλαντα, ὅσα ἐκ τῶν φόρων τῆς Ἀσίας συνείλεκτο, παρῆλθεν ἐς Βοιωτίαν. Ψηφισαμένης δὲ αὐτῷ τῆς βουλῆς, τοῖς τε χρήμασιν ἐς τὰ παρόντα χρῆσθαι, καὶ Μακεδονίας ἄρχειν, καὶ τῆς Ἰλλυρίδος ἐπὶ τῇ Μακεδονίᾳ, τὰ μὲν ἐν τοῖς Ἰλλυριοῖς τρία τέλη τοῦ στρατοῦ παραλαμβάνει, Οὐατινίου τοῦ πρότερον ἄρχοντος Ἰλλυριῶν παραδόντος· ἓν δὲ ἐκ Μακεδονίας ἀφείλετο Γάϊον, τὸν ἀδελφὸν Ἀντωνίου. Τέσσαρα δ' ἐπὶ τούτοις ἄλλα συναγαγών, ὀκτὼ τὰ πάντα εἶχε, Γαΐῳ Καίσαρι τὰ πολλὰ αὐτῶν ἐστρατευμένα. Εἶχε δὲ καὶ ἱππέων πλῆθος, καὶ ψιλούς, καὶ τοξότας· καὶ τοὺς Μακεδόνας ἐπαινῶν, ἐς τὸν Ἰταλικὸν ἤσκει τρόπον. Ἀγείροντι δὲ αὐτῷ στρατὸν ἔτι καὶ χρήματα, συντυχία Θράκιος τοιάδε γίγνεται. Πολεμοκρατία, γυνή τινος τῶν βασιλικῶν, ἀναιρεθέντος αὐτῇ τοῦ ἀνδρὸς ὑπ' ἐχθρῶν, δείσασα περὶ τῷ παιδί, ἔτι ὄντι παιδί, ἧκεν αὐτὸν φέρουσα, καὶ ἐνεχείρισε Βρούτῳ· ἐνεχείρισε δὲ καὶ τοὺς τοῦ ἀνδρὸς θησαυρούς. Ὁ δὲ τὸν μὲν παῖδα Κυζικηνοῖς ἀνατρέφειν παρέδωκε, μέχρι σχολάσειεν ἐπὶ τὴν βασιλείαν καταγαγεῖν. Ἐν δὲ τοῖς θησαυροῖς εὗρε παράδοξον χρυσίου τι πλῆθος καὶ ἀργύρου· καὶ τοῦτο μὲν ἔκοπτε, καὶ νόμισμα ἐποίει.

LXXVI. Ὡς δὲ ἦλθέ τε ὁ Κάσσιος, καὶ ἔδοξε Λυκίους καὶ Ῥοδίους προεξαιρεῖν, ἐτράπετο Λυκίων ἐπὶ Ξανθίους πρώτους. Οἱ δὲ τά τε προάστεια σφῶν καθεῖλον, ἵνα μὴ ἐς κατάλυσιν αὐτοῖς ὁ Βροῦτος, μηδ' ἐς ὕλην, ἔχῃ χρῆσθαι· καὶ τὴν πόλιν περιταφρεύσαντες, ἀπεμάχοντο ἀπὸ τῆς τάφρου, τὸ μὲν βάθος οὔσης πεντήκοντα ποδῶν βαθυτέρας, τὸ δὲ πλάτος κατὰ λόγον τοῦ βάθους· ὥστε παρ' αὐτὴν ἑστῶτες ἠκόντιζόν τε καὶ ἐτόξευον, ὥσπερ ἐν μέσῳ ποταμὸν ἔχοντες ἀπέραντον. Ὁ δὲ Βροῦτος αὐτὴν ἔχου βιαζόμενος, καὶ σκεπαστήρια τῶν ἐργαζομένων προὐτίθει, καὶ τὸν στρατὸν ἐς ἡμέραν καὶ νύκτα ἐμέριζε, καὶ τὴν ὕλην μακρόθεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀγῶσι, σὺν δρόμῳ καὶ βοῇ μετέφερεν, οὐδὲν ἐκλείπων σπουδῆς καὶ πόνου. Ὅθεν αὐτῷ τὸ ἔργον, ἐλπισθὲν ἢ οὐκ ἔσεσθαι, κωλυόντων πολεμίων, ἢ πολλοῖς μησὶ μόλις ἔσεσθαι, ὀλίγαις ἡμέραις ἐξείργαστο.

LXXVII. Καὶ οἱ Ξάνθιοι κατακλεισθέντες ἐπολιορκοῦντο. Καὶ αὐτοῖς ὁ Βροῦτος τοὺς μὲν ἐκ μηχανημάτων εἰς τὰ τείχη, τοὺς δὲ ἐκ ποδὸς ἐπῆγεν ἐπὶ τὰς πύλας, καὶ πάντας ἐνήλλασσε συνεχῶς. Οἱ δὲ, ἀκμῆσιν ἀεὶ κεκμηκότες συμφερόμενοι, καὶ τετρωμένοι πάντες, ὅμως ὑπέμενον, ἕως σφίσιν αἱ ἐπάλξεις διέμενον. Ὡς δὲ καὶ αὗται κατεσύρησαν, καὶ οἱ πύργοι διερρώγεσαν, ὑποτο-

Murcum, una cum fortissima legione sagittariisque nonnullis, et sexaginta tectis navibus, in Peloponnesum misit; ut stationem haberet circa Tænarum promontorium, simulque ex Peloponneso prædam, quantam posset, abstraheret.

LXXV. Sequitur, ut res in Lycia a Bruto gestas, exponam : quas res pariter, renovandæ memoriæ causa, paulo altius juvabit repetere. Brutus, acceptis ab Apuleio copiis, quantas ille habuerat, et pecuniæ ex Asiæ tributis collectæ ad sedecim talentorum millibus, transivit in Bœotiam. Et senatusconsulto jussus ea pecunia ad præsentem necessitatem uti, præesseque cum imperio tum Macedoniæ tum Illyrico, tres legiones Illyricas accepit, tradente Vatinio, qui ante illum ei provinciæ præfuerat : unam vero in Macedonia Caio Antonio, Marci fratri, abstulit. Deinde habitis delectibus, quatuor alias confecit, ut in universum octo legiones haberet, et in eis plerosque ex veteranis Cæsaris. Ad hæc multitudo equitum aderat, tum velites quoque et sagittarii : delectatusque etiam Macedonibus, Romano more hos exercuit. Ad hunc modum colligenti milites ac pecunias Bruto casus quidam e Thracia oblatus est hujusmodi. Polemocratia, reguli cujusdam Thracici uxor, cæso ab inimicis marito, filio puero metuens, ad Brutum profecta, filium ei commendavit, et mariti thesauros tradidit. Ille puerum Cyzicenis alendum commisit, donec plus otii haberet ad reducendum in regnum paternum. In thesauris autem illis quum miram invenisset auri argentique copiam, excudendum illud curavit, signatamque pecuniam inde confecit.

LXXVI. Deinde post adventum Cassii quum placuisset ante omnia Lycios expugnare ac Rhodios, primos Lyciorum Xanthios Brutus bello adortus est. Illi, solo æquatis suburbiis, ne Bruto aut receptaculum præberent aut materiem, et circa urbem fossa circumducta, amplius quinquaginta pedes alta, lata vero pro ratione altitudinis, post eam stantes jaculis sagittisque arcebant hostem, haud secus ac si flumine dirimerentur nusquam vadis pervio. Sed Brutus vi oppugnare urbem aggressus, exercitu in diurnas nocturnasque vices diviso, fossam aggere complere vineasque agere instituit : et materia e longinquo quidem, sed magna celeritate clamoreque, ut fit in certaminibus, comportatur; summoque studio et contentione omnia peraguntur. Itaque quanquam primum aut nihil effecturus visus erat Brutus, prohibentibus hostibus, aut vix post multos menses perfecturus opus, tamen intra paucos dies absolvit.

LXXVII. Jamque inclusos Xanthios, et e mœnibus pugnantes, partim machinis Brutus oppugnavit, partim admotis ad portas cohortibus, et omnes ubique frequenter cum aliis mutavit. Oppidani recentibus semper fessi ac saucii resistentes, durabant tamen, quamdiu non destituebantur murorum propugnaculis. Ut vero et illa corruerunt, et

πήσας τὸ ἐσόμενον ὁ Βροῦτος, ἐκέλευσε τὰς ἐφέδρους τῶν πυλῶν τάξεις ἀποστῆναι· καὶ οἱ Ξάνθιοι, νομίσαντες ἀφυλαξίαν καὶ ἀμέλειαν εἶναι, νυκτὸς ἐξέδραμον μετὰ λαμπάδων ἐπὶ τὰ μηχανήματα. Ταχὺ δὲ ἐκ συνθήματος αὐτοῖς τῶν Ῥωμαίων ἐπιδραμόντων, συνέφευγον αὖθις ἐς τὰς πύλας, καὶ τῶν φυλάκων αὐτὰς προαποκλεισάντων ὑπὸ δέους, μὴ συνεσπέσοιεν οἱ πολέμιοι, φθόρος ἦν Ξανθίων πολλὸς ἀμφὶ ταῖς πύλαις ἀποκεκλειμένων.

LXXVIII. Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον ἐξέδραμον αὖθις οἱ λοιποὶ περὶ μεσημβρίαν, ἀναχωρούσης πάλιν τῆς τάξεως, καὶ ἐνέπρησαν τὰ μηχανήματα ἅπαντα ἀθρόως. Πεπετασμένων δ' αὐτοῖς τῶν πυλῶν διὰ τὸ πρότερον πάθος, συνεισέπεσον ἀμφὶ δισχιλίους μάλιστα Ῥωμαίων. Καὶ ἑτέροις δὲ εἰσωθιζομένοις ἀμφὶ τὴν εἴσοδον, ἐπέπεσον αἰφνίδιον αἱ πύλαι, εἴθ' ὑπό του Ξανθίων εἴτε καὶ αὐτομάτως τῶν χαλαστηρίων διαῤῥαγέντων· ὥστε τῶν ἐσβιασαμένων Ῥωμαίων τοὺς μὲν ἀπολέσθαι, τοὺς δὲ ἔνδον ἀποληφθῆναι, τὰς πύλας οὐ δυναμένους ἔτι ἀνασπάσαι, χωρὶς ἀνασπαστηρίων γενομένας. Βαλλόμενοι δ' ἐν τοῖς στενωποῖς ἄνωθεν ὑπὸ τῶν Ξανθίων, βιασάμενοί ποτε, μόλις ἐς τὴν ἀγορὰν ἐγγὺς οὖσαν διέδραμον· κἀνταῦθα τῶν μὲν συμπλεκομένων σφίσι κρατοῦντες, τοξευόμενοι δὲ χαλεπῶς, καὶ οὐδὲν ἔχοντες αὐτοὶ τόξον ἢ ἀκόντιον, παρὰ τὸ Σαρπηδόνειον, ἵνα μὴ κυκλωθεῖεν, διέδραμον. Οἱ δ' ἔξω τείχους Ῥωμαῖοι περὶ τῶν ἔνδον ἀγανακτοῦντές τε καὶ δεδιότες, Βρούτου, περιθέοντος αὐτοὺς, ἐς πᾶσαν ἐμερίζοντο πεῖραν, οὔτε τὰς πύλας δυνάμενοι ῥῆξαι, σιδήρῳ περιβεβλημένας· οὔτε κλιμάκων ἢ πύργων, ἐμπεπρησμένων, εὐποροῦντες. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐσχεδίαζον κλίμακας· οἱ δὲ κεραίας τοῖς τείχεσι προστιθέντες, ὡς διὰ κλιμάκων ἐπεχείρουν· οἱ δὲ καὶ σιδήρια ὀξέα καλωδίοις περιτιθέντες, ἐσφενδόνων τὰ σιδήρια ἐς τὸ τεῖχος ἄνω, καὶ, ὅτε καταπαγείη τινὰ αὐτῶν, ἑαυτοὺς ἀνίμων.

LXXIX. Οἰνανδεῖς δὲ, γείτονες, διὰ τὴν ἐς τοὺς Ξανθίους ἔχθραν τῷ Βρούτῳ συμμαχοῦντες, διὰ τῶν κρημνῶν ἐπετροβάτουν ἄνω· καὶ αὐτοὺς ἰδόντες οἱ Ῥωμαῖοι, ἐμιμοῦντο ἐπιμόχθως. Καὶ πολλοὶ μὲν ἐξέπιπτον· εἰσὶ δ' οἳ τὸ τεῖχος ὑπερβάντες, καὶ πυλίδα ἀνέῳξαν, ᾗ προεσταύρωτο πυκνοτάτοις σταυροῖς, καὶ τοὺς εὐτολμοτάτους αἰωρουμένους ὑπὲρ τὰ σταυρώματα ἐσεδέχοντο. Καὶ πλείους γενόμενοι, τὰς πύλας ἔκοπτον, οὐ περιβεβλημένας ἔτι τῷ σιδήρῳ τὰ ἐντὸς, ἀντικοπτόντων αὐτοῖς ἅμα ἔξωθεν ἑτέρων ἐς τὸ αὐτὸ καὶ συνεργούντων. Ξανθίων δὲ σὺν μεγάλῃ πάνυ βοῇ τοῖς ἀμφὶ τὸ Σαρπηδόνειον οὖσι Ῥωμαίοις ἐπιθεόντων, δείσαντες ὑπὲρ αὐτῶν ὅσοι περὶ τὰς πύλας ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν αὐτὰς ἔκοπτον, ὑπὸ μανιώδους ὁρμῆς ἐβιάζοντο· καὶ διαῤῥήξαντες ἐσέδραμον ἀθρόοι, δύνοντος ἄρτι τοῦ θεοῦ, μετ' ἀλαλαγῆς, ἵνα σύμβολον εἴη τοῖς ἐντὸς οὖσιν.

LXXX. Ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως, οἱ Ξάνθιοι ἐς τὰς οἰκίας συνέτρεχον, καὶ τὰ φίλτατα σφῶν κατέκανον, ἑκόντα τὴν σφαγὴν ὑπέχοντα. Οἰμωγῆς δὲ γιγνομέ-

turres machinis perfractæ sunt, Brutus, id quod futurum erat animo præcipiens, jussit portarum obsessores abscedere. Quod Xanthii rati factum custodum negligentia, noctu cum facibus eruptionem fecerunt in machinas : accurrentibus autem ex composito Romanis cohortibus, illi confestim ad portam refugiebant. Quam quum custodes jam præclusissent, timentes ne hostis simul cum fugientibus irrumperet, magna exclusorum strages ad ipsam portam est edita.

LXXVIII. Sed non multo post, regressis iterum stationariis, rursum eruperunt reliqui circa meridiem, et universas machinas incenderunt. Porta autem nunc propter priorem calamitatem aperta, cum oppidanis irruperunt Romanorum circiter duo millia : irruentibusque confertim aliis, repente cataracta decidit, sive Xanthiorum opera sive sponte abruptis per quos demittebatur funibus. Itaque Romani quotquot irruperant, partim oppressi sunt, partim interclusi, quum non valerent eam absque funibus subducere : petitique ex ædibus a Xanthiis, vix tandem per angustiores urbis vicos in propinquum forum evaserunt. Ibi his quidem, qui cominus eos aggrediebantur, fuerunt superiores; sed graviter infestati a sagittariis, quum ipsi nec arcus ullos haberent nec jacula, in Sarpedonis sacratam ædem, ne circumvenirentur, refugerunt. Interea Romani qui extra urbem erant, irati sollicitique de interceptis, Bruto locis omnibus circumcursante, nihil non tentabant, quum nec portam ferratam quirent diffringere, et scalas turresque amisissent incendio. Attamen alii scalas faciebant ex tempore; alii cervos (*vel* antennas) admoventes mœnibus, pro scalis eis utebantur; nonnulli uncos addentes restibus ejaculabantur in mœnia, et, quoties unus aliquis infixus hæreret, adminiculo restium ipsi subrepebant.

LXXIX. Œnandenses autem, vicini Xanthiorum, tunc ob illorum odium socii Bruti, per abrupta saxorum scandebant : quos mox Romani, laboriose quidem, sunt æmulati. Multisque prolapsis fallente vestigio, nonnulli superatis mœnibus aperuerunt portulam, ante quam vallum ex densis sudibus præacutis erat exstructum. Illisque adjuvantibus, audacissimus quisque vallum transcendebat; donec jam aucti numero, majorem portam, ferro jam intus nudatam, ferire cœperunt; foris simul ferientibus aliis, et operam suam conferentibus. Quumque tunc maxime Xanthii magno clamore eos, qui ad Sarpedonis refugerant, invaderent, hi, qui intus et foris portam feriebant, metuentes commilitonibus, tanto majore impetu furoreque egerunt. Diffractaque porta, uno agmine, occidente jam sole, irruperunt, ingenti conclamatione signum dantes his qui interclusi fuerant.

LXXX. Capta urbe, Xanthii, se intra privatas ædes suas recipientes, suos quisque carissimos, ultro præbentes jugulum, necarunt. Exortoque ejulatu maximo, direptionem

νης, ὁ Βροῦτος νομίσας ἁρπαγὴν εἶναι, τὸν στρατὸν ἀνεῖργε διὰ κηρύκων· ὡς δὲ ἔγνω τὸ γιγνόμενον, ᾤκτειρεν ἀνδρῶν φρόνημα φιλελεύθερον, καὶ σπονδὰς περιέπεμπεν. Οἱ δὲ καὶ τοὺς φέροντας ἔβαλλον, καὶ τὰ σφέτερα πάντα ἀνελόντες, ἐς πυρὰς προνενησμένας ἐν ταῖς οἰκίαις ἐπέθεσαν, καὶ τὸ πῦρ ἅψαντες, ἑαυτοὺς ἐπικατέσφαξαν. Βροῦτος δὲ, τῶν ἱερῶν περισώσας ὅσα ἐδύνατο, μόνους θεράποντας εἶχε Ξανθίων, καὶ ἐκ τῶν ἀνδρῶν γύναια ὀλίγα ἐλεύθερα, καὶ ἄνδρας οὐδὲ ἐς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα πάντας. Ξάνθιοι μὲν δὴ τρίτον ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἀπώλλυντο, ἐλευθερίας οὕνεκα. Καὶ γὰρ ἐπὶ Ἁρπάγου τοῦ Μήδου, Κύρῳ τῷ μεγάλῳ στρατηγοῦντος, ὧδε σφᾶς ἀντὶ δουλοσύνης διέφθειραν, καὶ τάφος Ξανθίοις ἡ πόλις ἀμεληθεῖσα ὑπὸ Ἁρπάγου τότε ἐγένετο· καὶ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου φασὶν ὅμοια παθεῖν, οὐχ ὑποστάντας οὐδὲ Ἀλεξάνδρῳ μετὰ τοσῆσδε γῆς ἀρχὴν ὑπακοῦσαι.

LXXXI. Βροῦτος δὲ ἐς Πάταρα ἀπὸ Ξάνθου κατῄει, πόλιν ἐοικυῖαν ἐπινείῳ Ξανθίων· καὶ περιστήσας αὐτοῖς τὸν στρατὸν, ἐκέλευσεν ἐς πάντα ὑπακούειν, ἢ τὰς Ξανθίων συμφορὰς προσδέχεσθαι· προσήγοντό τε αὐτοῖς οἱ Ξάνθιοι ὀδυρόμενοι τὰ σφέτερα, καὶ παραινοῦντες ἀμείνονα βουλεύσασθαι. Ξανθίοις δὲ οὐδὲν ἀποκριναμένων πω τῶν Παταρέων, ἐδίδου τὸ λοιπὸν αὐτοῖς τῆς ἡμέρας ἐς σκέψιν, καὶ ἀνεχώρει. Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ προσῆγεν· οἱ δὲ ἀπό τε τῶν τειχῶν ἐβόων, ὑπακούειν ἐς ὅ τι βούλοιτο, καὶ τὰς πύλας ἀνεῴγνυον. Ὁ δ᾽ ἐσελθὼν, ἔκτεινε μὲν οὐδένα, οὐδ᾽ ἐξήλασε· χρυσὸν δὲ καὶ ἄργυρον ὅσον ἡ πόλις εἶχε συνεισενεγκὼν, ἐκέλευε καὶ τὸν ἰδιωτικὸν ἑκάστους ἐσφέρειν ὑπὸ ζημίαις καὶ μηνύμασιν, οἵοις καὶ Κάσσιος ἐκήρυξεν ἐν Ῥόδῳ. Καὶ οἱ μὲν ἐσέφερον. Θεράπων δὲ τὸν δεσπότην ἐμήνυσε χρυσίον κρύψαι, καὶ πεμφθέντι λοχαγῷ τὸ χρυσίον ἔδειξεν. Ἀγομένων δὲ ἁπάντων, ὁ μὲν δεσπότης ἐσιώπα· ἡ δὲ ἐκείνου μήτηρ, περισώζουσα τὸν υἱὸν, εἵπετο, βοῶσα αὐτὴ τὸ χρυσίον κρύψαι. Ὁ δὲ οἰκέτης, οὐδὲ ἀνερωτώμενος, τὴν μὲν ἤλεγχε, ψευδομένην, τὸν δὲ, κρύψαντα. Καὶ ὁ Βροῦτος τὸν μὲν νεανίαν ἀπεδέξατο τῆς σιωπῆς, καὶ τὴν μητέρα τοῦ πάθους, καὶ μεθῆκεν ἀμφοτέρους ἀπαθεῖς ἀπιέναι, τὸ χρυσίον φερομένους· τὸν δὲ οἰκέτην, ὡς πέρα τοῦ πράγματος ἐπιβουλεύσαντα τοῖς δεσπόταις, ἐκρέμασε.

LXXXII. Τῷ δ᾽ αὐτῷ χρόνῳ καὶ Λέντλος, ἐπιπεμφθεὶς Ἀνδριάκῃ, Μυρέων ἐπινείῳ, τήν τε ἅλυσιν ἔρρηξε τοῦ λιμένος, καὶ ἐς Μύρα ἀνῄει. Μυρέων δὲ ἃ προσέτασσε δεχομένων, χρηματισάμενος ὁμοίως, ἐς Βροῦτον ἐπανῄει. Καὶ τὸ κοινὸν τὸ Λυκίων ἐς Βροῦτον ἐπρέσβευε, συμμαχήσειν τε ὑπισχνούμενοι καὶ ἐσοίσειν ὅσα δύναιντο. Ὁ δὲ αὐτοῖς ἐσφοράς τε ἐπέβαλε, καὶ Ξανθίων τοὺς ἐλευθέρους ἀπεδίδου τῇ πόλει, καὶ τὸ ναυτικὸν τὸ Λυκίων ἅμα ταῖς ἄλλαις ναυσὶν ἐκέλευε περιπλεῖν ἐς Ἄβυδον, ἔνθα καὶ τὸ πεζὸν αὐτὸς ἦγε, καὶ Κάσσιον ἐξ Ἰωνίας ἀνέμενεν, ὡς ἐς Σηστὸν ὁμοῦ διαβαλοῦντες. Μοῦρκος δὲ, ἐν Πελοποννήσῳ ναυλο-

putans fieri Brutus militem per præcones cohibuit. Ut vero exactius rem cognovit, miseratus virorum ad libertatem natorum generosam indolem, ad pacem eos invitavit per nuncios, quos illi telis immissis repulerunt; et contrucidatis prius suis omnibus, atque in rogos compositis, quos jam ante in ædibus exstruxerant, subjecto igne, se ipsos una cum illis peremerunt. Sacras ædes Brutus, quotquot potuit, ab incendio servavit : Xanthiorum vero mancipiis tantum potitus est; ex ingenuis non nisi paucæ mulieres, et viri vix CL supererant. Atque ita tertio tunc Xanthii, libertatis amore, suis manibus perierunt. Nam et ab Harpago Medo, Cyri Magni duce, oppugnati, eodem modo vitam maluerunt quam libertatem amittere : et pro sepulcro eis tunc urbs patria fuerat, non succurrente Harpago. Et sub Alexandro, Philippi filio, similis casus eos absumsisse proditur, non sustinentes ne illius quidem tot terrarum domini imperata facere.

LXXXI. Capta Xantho, Brutus ad Patara oppidum descendit, quod veluti navale fuerat Xanthiorum. Exercituque circa oppidum disposito, denunciavit incolis, ut imperata omnia facerent, aut cladem qualis Xanthiorum fuit exspectarent : adductis etiam Xanthiis captivis, qui deplorata sua fortuna hortarentur eos ad meliora consilia. Quibus quum nemo Patarensium responderet, Brutus ejus diei reliquum ad deliberandum eis concessit, atque ita abiit. Sequenti mane reduxit eodem copias. Tum vero oppidani e mœnibus acclamabant, facturos se quidquid imperasset : simulque porta aperta est. Ille introgressus, nec supplicio quemquam affecit, nec egit in exilium : sed aurum omne argentumque, publicum primo, ad se deferri jussit; tum, privatim quod quisque haberet, exegit a singulis, pœna proposita (quemadmodum Cassius Rhodi fecit) contra facientibus, et invitatis indicibus præmio. Illi, ita ut jussit, fecerunt. Servus autem quidam dominum suum indicavit, quod aurum abdidisset, et centurioni ad id misso aurum ostendit. Hinc, quum omnes domestici ducerentur, tacitus incessit herus; mater vero illius, ut eum servaret, sequebatur clamans, a se aurum absconditum. Tum servus, super ea re non interrogatus, alteram mentiri, alterum celasse aurum coarguit. Brutus, laudata cum juvenis patientia, tum matris pietate, ambos cum ipso auro dimisit incolumes : servum, ut qui ultra quam fas erat perniciem intentasset heris, in crucem egit.

LXXXII. Eodem tempore et Lentulus, Andriacam missus, quod Myrensium navale est, perrupta catena qua ostium portus claudebatur, ad Myra ascendit : et oppidanis imperata facientibus, post exactam similiter pecuniam, ad Brutum est reversus. Tum universa Lyciorum natio, legatis ad Brutum missis, auxilium et pecunias ei pro facultatibus pollicita est. Ille, tributo eis indicto, Xanthiorum ingenua corpora domum remisit, Lyciorum classem universam cum reliquis navibus Abydum navigare jussit : quo ipse terrestres etiam ducebat copias; Cassium ibi, venientem ex Ionia, præstolaturus, ut simul trajecto freto Sestum peterent. Interim Murcus, cum classe circa Peloponnesum Cleopatræ

χῶν Κλεοπάτραν, ἐπειδὴ ἔμαθεν αὐτὴν ὑπὸ χειμῶνος ἀμφὶ τῇ Λιβύῃ βλαβεῖσαν, καὶ τὰ ναυάγια εἶδε μέχρι τῆς Λακωνικῆς ἐκφερόμενα, καὶ σὺν ἀῤῥωστίᾳ μόλις αὐτὴν ἐς τὰ ἑαυτῆς ἐπανιοῦσαν· ἵνα μὴ δι' ἀπραξίας εἴη μετὰ τοσοῦδε στόλου, διέπλευσεν ἐπὶ Βρεντεσίου, καὶ ἐς τὴν ἐπικειμένην τῷ λιμένι νῆσον ὁρμισάμενος, ἐκώλυε τὴν ὑπόλοιπον τῶν πολεμίων στρατιὰν ἢ ἀγορὰν ἐς Μακεδονίαν περαιοῦσθαι. Καὶ αὐτὸν ὁ Ἀντώνιος ἀπεμάχετο ναυσὶ μακραῖς, ὅσαις εἶχεν, ὀλίγαις· ἀπεμάχετο δὲ καὶ πύργοις οὓς ἐπῆγεν ἐπὶ σχεδιῶν, ὅτε τὸν στρατὸν ὁλκάσιν ἐκπέμποι κατὰ μέρη, πνεῦμα ἀπὸ τῆς γῆς πολὺ φυλάσσων, ἵνα μὴ καταλαμβάνοιντο ὑπὸ τοῦ Μούρκου. Κακοπαθῶν δὲ, ἐκάλει Καίσαρα, Πομπηΐῳ Σέξστῳ κατὰ Σικελίαν περὶ αὐτῆς Σικελίας ναυμαχοῦντα.

LXXXIII. Ὧδε δὲ εἶχε καὶ τὰ περὶ Πομπήϊον. Νεώτερος ὢν ὅδε τῶν Μάγνου Πομπηΐου παίδων, ὑπερώφθη μὲν τὰ πρῶτα ὑπὸ Γαΐου Καίσαρος περὶ Ἰβηρίαν, ὡς οὐδὲν μέγα διὰ νεότητα καὶ ἀπειρίαν ἐργασόμενος· καὶ ἠλᾶτο περὶ τὸν Ὠκεανὸν λῃστεύων σὺν ὀλίγοις, καὶ λανθάνων ὅτι εἴη Πομπήϊος. Πλεόνων δὲ ἐς τὸ λῃστεύειν αὐτῷ συνιόντων, χείρ τε ἦν ἤδη καρτερὰ, καὶ ἐξεφαίνετο Πομπήϊος ὤν. Καὶ αὐτίκα ὅσοι τοῦ πατρὸς ἢ τοῦ ἀδελφοῦ στρατιῶται γεγονότες ἠλῶντο, ὡς ἐς οἰκεῖον ἡγεμόνα συνέτρεχον, καὶ Ἀραβίων ἐκ Λιβύης ἀφίκετο αὐτῷ, ἀφῃρημένος τὰ πατρῷα, ὥς μοι προείρηται. Ὧδε δὲ αὐτῷ πλήθους γενομένου, ἔργα τε ἦν ἤδη λῃστηρίου δυνατώτερα, καὶ ὄνομα τοῦ Πομπηΐου, ἀνὰ ὅλην τὴν Ἰβηρίαν, εὐρυτάτην ἐθνῶν οὖσαν, περιθέοντός τε καὶ μεθιπταμένου, καὶ ἐς χεῖρας οὐχ ὑπομένοντος ἐλθεῖν τοῖς ἡγουμένοις αὐτῆς ὑπὸ Γαΐῳ Καίσαρι. Ὧν ὁ Γάϊος πυνθανόμενος, ἔπεμπε σὺν στρατῷ πλέονι Καῤῥίναν, ἐκπολεμήσοντα Πομπήϊον. Ὁ δὲ καὶ τούτῳ, κουφότερος ὤν, ἐπεφαίνετο ἄφνω, καὶ ἀφιπτάμενος ἠνώχλει, καὶ πόλεις ἤδη τινὰς ᾕρει βραχυτέρας τε καὶ μείζους.

LXXXIV. Καὶ ὁ Γάϊος ἔπεμψε τῷ Καῤῥίνᾳ διάδοχον Ἀσίνιον Πολλίωνα, πολεμεῖν Πομπηΐῳ. Ὅντινα πόλεμον αὐτῶν ὁμοίως διαφερόντων, ὅ τε Γάϊος Καῖσαρ ἀνῃρέθη, καὶ ἡ βουλὴ κατεκάλει Πομπήϊον. Ὁ δὲ ἐν Μασσαλίᾳ γενόμενος, περιεσκόπει ἔτι τὰ ἐν Ῥώμῃ. Αἱρεθεὶς δὲ καὶ τῆς θαλάσσης ἄρχειν, καθὰ ἦρχεν αὐτοῦ καὶ ὁ πατὴρ, ἐς μὲν τὴν πόλιν οὐδ' ὣς ἀνῆλθεν· ὅσαι δὲ νῆες ἐν τοῖς λιμέσιν ἦσαν λαβὼν, ἐξέπλευσε, σὺν αἷς εἶχεν ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας. Ἐπιγενομένης δὲ τῆς τῶν τριῶν ἀρχῆς, ἐς Σικελίαν διέπλευσε, καὶ Βιθυνικὸν ἄρχοντα αὐτῆς, οὐ παριέντα οἱ τὴν νῆσον, ἐπολιόρκει· μέχρι προγραφέντες ἐπὶ θανάτῳ καὶ φυγόντες ἐκ Ῥώμης Ἵρτιός τε καὶ Φάννιος, ἔπεισαν ἐκστῆναι Πομπηΐῳ Βιθυνικὸν Σικελίας.

LXXXV. Ὧδε μὲν ὁ Πομπήϊος Σικελίας ἐκράτησε, καὶ ναῦς ἔχων, καὶ νῆσον ἐπικειμένην τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ στρατὸν ἤδη πολὺν, ὅσον τε πρότερον εἶχε, καὶ ὅσον οἱ φεύγοντες ἐκ Ῥώμης ἐλεύθερον ἢ δοῦλον ἦγον, ἢ

insidiatus, postquam cognovit, classem ejus ad Africæ littora tempestatibus fuisse afflictam (cujus naufragii etiam signa ad Laconiam usque undis vidit delatas), ipsam autem reginam, cum adversa etiam valetudine colluctantem, ægre domum esse reversam; ne cum tanta classe otium ageret, trajecit Brundusium : et, occupata insula quæ portui est opposita, prohibere conatus est, ne in Macedoniam transveheretur reliquus hostium exercitus, neve commeatus eo deportarentur. Huic Antonius, quoties onerariis navibus alias copias, ventis observatis secundis, quominus a Murco deprehenderentur, evehebat, rostratas naves, quas quidem paucas habuit, turresque ratibus impositas opponebat. Quum vero ægre ea res procederet, auxilio vocavit Cæsarem, circa Siciliam cum Sexto Pompeio de illius insulæ imperio navalibus præliis contendentem.

LXXXIII. Cujus Pompeii res ita se habuerunt. Hic, Magni filius natu minor, primum contemtus est a C. Cæsare in Hispania, ut adolescens rerum imperitus, et proinde nihil moliturus arduum : vagabaturque circa Oceanum cum paucis, latrocinia exercens, ignotus adhuc, nec pro Pompeio habitus. Deinde postquam plures ad ejusdem latrocinii societatem sese adjunxerunt, validam jam manum circa se habens, Pompeium se esse declaravit. Moxque quotquot antea patris fratrisque militiam secuti tunc vagabantur, ad eum, quasi ad proprium ducem, confluebant : et Arabio quoque ad eumdem venit ex Africa, ditione paterna exutus, sicut antea docuimus. Ad hunc modum copiis auctus Pompeius, non jam pro latrocinio rem gerebat; et celebrabatur nomen ejus per totam Hispaniam, provinciarum omnium amplissimam : quam magna celeritate percurrit, huc illuc volitans, sed cavens congredi cum his qui a Cæsare Hispaniæ erant præfecti. De quibus rebus edoctus Cæsar, ad eum debellandum misit Carinatem cum majoribus copiis. Quem Pompeius, quoniam expeditioribus erat copiis instructus, subito sæpe impetum faciendo, protinusque avolando, fatigavit. Jamque etiam oppidis nonnullis, minoribus majoribusque, est potitus.

LXXXIV. Tum Cæsar successorem Carinati contra Pompeium misit Asinium Pollionem. Inter quos dum simili tenore continuatur bellum, interim Cæsar interficitur, et Pompeius a senatu revocatur. Ille Massiliam profectus, etiamnum, quid in Urbe fieret, speculabatur. Decreto autem maris ei etiam imperio cum eadem potestate quam olim pater ipsius habuerat, non rediit quidem in patriam, sed cum navibus quas ex Hispania adduxerat, adjunctis quotquot in diversis portubus invenit, mari se commisit. Hinc, exorto mox Triumviratu, classe ad Siciliam appulsa, Bithynicum proprætorem, nolentem sibi decedere insula, oppugnavit; donec proscripti Hirtius et Fannius, in Siciliam profugi, persuaserunt Bithynico, ut Pompeio cederet Sicilia.

LXXXV. Sic Sextus Pompeius Sicilia potitus, opportunitate utebatur insulæ imminentis toti Italiæ, classeque valebat et numeroso jam exercitu; quem partim prius habuerat, partim ex proscriptis civibus eorumque mancipiis

αἱ πόλεις ἐξ Ἰταλίας ἔπεμπον αὐτῷ, αἳ ἐς ἐπινίκια τοῖς στρατοῖς ἐπηγγελμέναι. Ταῖς γὰρ δὴ γνώμαις αἵδε μάλιστα τὴν νίκην τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἀπεύχοντο, καὶ ὅσα δύναιντο κρύφα ἀντέπρασσον· ἀποδιδράσκοντές τε τῶν πατρίδων, ὡς οὐκέτι πατρίδων, οἱ δυνάμενοι, συνέφευγον ἐς Πομπήϊον, ἀγχοτάτω τε ὄντα καὶ περιφίλητον ἅπασιν ἐν τῷ τότε. Παρῆσαν δ' αὐτῷ καὶ ναυτικοὶ ἄνδρες ἐκ Λιβύης καὶ Ἰβηρίας, ἔμπειροι θαλάσσης· ὥστε καὶ ἡγεμόσι καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ καὶ χρήμασιν ὁ Πομπήϊος ἐπῆρτο. Καὶ τούτων ὁ Καῖσαρ ἐπήκοος ὤν, ἔπεμπε Σαλουϊδιηνὸν ἐπὶ νεῶν στόλου, Πομπήϊον (ὡς εὐχερὲς ἔργον) ἐξελεῖν παραπλέοντα· καὶ αὐτὸς ᾔει διὰ τῆς Ἰταλίας, ὡς αὐτῷ Σαλουϊδιηνῷ συμβολήσων περὶ Ῥήγιον. Σαλουϊδιηνῷ δ' ὁ Πομπήϊος ἀπαντᾷ μεγάλῳ στόλῳ, καὶ πρὸ τοῦ πορθμοῦ ναυμαχίας ἀμφὶ τὸ Σκύλλαιον αὐτοῖς γενομένης, αἱ μὲν τοῦ Πομπηΐου νῆες, κουφότεραί τε οὖσαι καὶ ναυτικωτέρων ἀνδρῶν, ταχυτῆτι καὶ ἐμπειρίᾳ προὔχον· αἱ δὲ Ῥωμαίων, ἅτε βαρύτεραι καὶ μείζους, ἐμόχθουν. Ὡς δ' ὁ συνήθης τοῦ πορθμοῦ κλύδων ἐπεγίγνετο, καὶ διεσπᾶτο ἡ θάλασσα ἐφ' ἑκάτερα ὑπὸ τοῦ ῥοῦ· οἱ μὲν ἧσσον ἐμόχθουν, ὑπὸ ἔθους τοῦ κλύδωνος· οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Σαλουϊδιηνὸν, οὔτε ἑστῶτες βεβαίως ὑπὸ ἀηθείας, οὔτε τὰς κώπας ἔτι ἀναφέρειν δυνάμενοι, οὔτε τὰ πηδάλια ἔχοντες εὐπειθῆ, συνεταράσσοντο. Ὥστε, κλίνοντος ἐς δείλην ἑσπέραν ἤδη τοῦ θεοῦ, πρότερος ὁ Σαλουϊδιηνὸς ἀνεκάλει· ὑπεχώρει δὲ καὶ ὁ Πομπήϊος. Νῆες δ' ἑκατέρων ἴσαι διεφθάρατο, καὶ τὰς λοιπὰς λελωβημένας τε καὶ πεπονημένας ὁ Σαλουϊδιηνὸς ἐπεσκεύαζεν, ὑποχωρήσας ἐς λιμένα πρὸ τοῦ πορθμοῦ Βαλαρόν.

LXXXVI. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐπελθὼν, Ῥηγίνοις μὲν καὶ Ἱππωνεῦσι μεγάλας πίστεις αὐτὸς ἔδωκεν, ἀναλύσειν αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐπινικίων· ἐδεδίει γὰρ ὄντας ἐπὶ τοῦ πορθμοῦ μάλιστα. Καλοῦντος δ' αὐτὸν Ἀντωνίου κατὰ σπουδὴν, διέπλει πρὸς αὐτὸν ἐς τὸ Βρεντέσιον, ἐν ἀριστερᾷ ἔχων Σικελίαν καὶ Πομπήϊον, καὶ Σικελίαν ὑπερθέμενος ἐν τῷ τότε. Μοῦρκος δὲ, ἐπιόντος τοῦ Καίσαρος, ἵνα μὴ ἐν μέσῳ γένηται Ἀντωνίου τε καὶ Καίσαρος, μικρὸν ἀναχωρήσας τοῦ Βρεντεσίου, τὰς ὁλκάδας ἐφύλασσεν ἐν τῷ πόρῳ, τὸν στρατὸν ἐς Μακεδονίαν ἐκ τοῦ Βρεντεσίου διαφερούσας. Αἱ δὲ προεπέμποντο μὲν ὑπὸ τριηρῶν· πνεύματος δὲ πολλοῦ κατὰ θεὸν οἰκείου γενομένου, διέπτησαν ἀδεῶς, οὐδὲν τῶν προπομπῶν δεηθεῖσαι. Καὶ ὁ Μοῦρκος ἀχθόμενος, ὅμως ἐφήδρευεν ἐπανιούσαις κεναῖς. Αἱ δὲ καὶ τότε, καὶ αὖθις ἕτερον στρατὸν ἄγουσαι, διέπλεον ἱστίοις στρογγύλοις, μέχρι πᾶς ὁ στρατὸς καὶ ἐπ' αὐτῷ Καῖσάρ τε καὶ Ἀντώνιος διέπλευσαν. Καὶ ὁ Μοῦρκος, ὑπό του δαιμόνων βεβλάφθαι νομίζων, ὑπέμενεν ὅμως τὰς ἐκ τῆς Ἰταλίας αὐτοῖς διαπλεούσας παρασκευὰς, ἢ τροφὰς, ἢ τὸν ἐπισυλλεγόμενον στρατὸν, βλάπτων ὅσα δύναιτο. Καὶ αὐτῷ Δομίτιος Ἀηνόβαρβος ὑπὸ τῶν ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἐς τὸ αὐτὸ ἔργον, ὡς χρησιμώτατον δὴ, μετὰ νεῶν ἄλλων πεντήκοντα καὶ τέλους ἑτέρου

collegerat, partim ab Italiæ urbibus acceperat illis, quæ militibus in victoriæ præmium fuerant promissæ. His enim nihil erat abominatius, quam Triumvirorum victoria; quare eam, quoquo modo poterant, impedire nitebantur; et opulentiores, ex patriis profugi, quas jam non pro patriis habebant, ad Pompeium se recipiebant, qui in vicinia erat, et omnibus eo tempore exoptatissimus. Aderantque eidem nautæ rei maritimæ peritissimi, cum ex Africa, tum ex Hispania; ut jam et ducibus et navibus et milite et pecuniis polleret. Quibus rebus fama cognitis, Cæsar Salvidienum cum classe misit adversus Pompeium, sperans, facili negotio et veluti obiter everti illum posse : ipse per Italiam iter fecit, sejuncturus Salvidieno ad Rhegium. Sed Salvidieno Pompeius magna cum classe obviam proficiscitur : et in ipso aditu freti circa Scyllæum committitur prælium navale; in quo Pompeianæ naves, leviores quum essent et melioribus nautis instructæ, celeritate eminebant atque peritia; Romanæ, graviores, ipsa mole laborabant. Quo postquam accessit solita freti illius fluctuatio et reciprocatio undarum, minus laborabant Pompeiani, assueti mari fluctibus agitato; Cæsariani, ut in re insolita, multum turbati, nec in vestigio firmiter hærere, nec remos attollere, nec clavos moderari satis poterant. Itaque, sub solis occasum, prior Salvidienus signum receptui dedit; ac tum demum suas Pompeius reduxit. Par autem utrinque navium numerus periit. Reliquas ex suis laceras pessimeque affectas reparaturus Salvidienus, in Balarum portum, qui ante fretum est, sese recepit.

LXXXVI. Cæsar, postquam in eam oram venit, Rheginis ac Vibonensibus fidem ipse dedit sanctissimam, fore ut civitates illorum eximantur e numero destinatarum in victoriæ præmium : hos enim maxime timebat, ut freto vicinos. Sed propere tunc accitus ab Antonio, Brundusium ad illum navigavit, relicta ad sinistram Sicilia; quam cum Pompeio, in aliud tempus differebat. Cujus adventum Murcus ubi cognovit, ne circumveniretur Antonianis cum Cæsarianis se conjungentibus, paulum a Brundusio digressus, in transitu observabat onerarias hostium, quæ exercitum Brundusio transportabant in Macedoniam, et a paucis triremibus deducebantur. Sed illæ, valido tunc maxime prosperoque vento adjutæ, ita secure transvolarunt, ut supervacaneum fuerit deducentium officium. Murcus, frustratum se dolens, nihilominus conatus est in reditu intercipere vacuas. Sed illæ et tunc, et mox rursus alio milite oneratæ, plenis velis evaserunt, donec universus exercitus cum ipso Cæsare Antonioque transvectus est. Murcus, quamvis iritam sibi fortunam putaret, nihilominus perseveravit, dum commeatus, aut apparatus, aut militum supplementa trajicerentur; incommodaturus his, quantum fieri posset. Jamque ei ad idem negotium, tanquam sano utilissimum, Domitius quoque Ahenobarbus a Bruto Cassioque cum aliis navibus quinquaginta, et legione una, sa-

καὶ τοξοτῶν ἐπέμφθη. Ὡς γὰρ οὐκ ἔχουσι τοῖς ἀμφὶ τὸν Καίσαρα τροφὰς δαψιλεῖς ἑτέρωθεν, ἐδόκει τὰ ἐκ τῆς Ἰταλίας διακλείσειν. Οἳ μὲν δὴ ναυσί τε μακραῖς ἑκατὸν καὶ τριάκοντα, καὶ ὑπηρετικαῖς πλέοσι, καὶ στρατῷ πολλῷ, διαπλέοντες ἠνώχλουν.

LXXXVII. Δεκίδιος δὲ καὶ Νωρβανὸς, οὓς ὁ Καῖσαρ καὶ Ἀντώνιος μετὰ ὀκτὼ τελῶν ἐς Μακεδονίαν προεπεπόμφεσαν, ἐκ Μακεδονίας ἐχώρουν ἐπὶ Θρᾴκης τῆς ὀρείου, χιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους· μέχρι, πόλιν ὑπερβάντες Φιλίππους, τὰ στενὰ τῶν Κορπίλων καὶ Σαπαίων, τῆς Ῥασκουπόλιδος ὄντα ἀρχῆς, κατέλαβον, ᾗ μόνῃ διελθεῖν ἔστιν ἐς τὴν Εὐρώπην ἐκ τῆς Ἀσίας τὴν γνώριμον ὁδόν. Καὶ τοῦτο τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον, ἐς Σηστὸν ἐξ Ἀβύδου περάσασι, πρῶτον ἀντεκεκρούκει. Ῥασκούπολις δὲ καὶ Ῥάσκος ἤστην ἀδελφὼ Θρᾳκίω βασιλικὼ, μιᾶς ἄρχοντε χώρας, οἳ τότε τῇ γνώμῃ περὶ τῆς συμμαχίας διεφέροντο· καὶ Ῥάσκος μὲν τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀντώνιον συνεμάχει, Ῥασκούπολις δὲ τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον, τρισχιλίους ἱππέας ἔχων ἑκάτερος. Πυνθανομένοις δὲ τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον περὶ τῶν ὁδῶν, ὁ Ῥασκούπολις ἔφη, τὴν μὲν δι' Αἴνου καὶ Μαρωνείας, ἐπίτομόν τε καὶ συνήθη καὶ λεωφόρον οὖσαν, ἐπὶ τὰ Σαπαίων στενὰ ἄγειν· κατεχόντων δὲ αὐτὰ τῶν πολεμίων, ἀμήχανα ἐς δίοδον εἶναι· τὴν δὲ περίοδον τριπλασιόνά τε καὶ χαλεπήν.

LXXXVIII. Οἱ δὲ, τοὺς πολεμίους ὑπολαβόντες οὐκ ἐς κώλυσιν μὲν ὁδῶν αὐτοῖς ἀπαντᾶν, τροφῶν δὲ ἀπορίᾳ ἐς Θρᾴκην ἀντὶ Μακεδονίας ὑπερβῆναι, ἐβάδιζον ἐπὶ Αἴνου καὶ Μαρωνείας· ὅθεν ἐπὶ Λυσιμαχείας τε καὶ Καρδίας, αἳ τὸν ἰσθμὸν τῆς Θρᾳκίου χεῤῥονήσου διαλαμβάνουσιν ὥσπερ πύλαι, μετὰ δὲ ἄλλην ἡμέραν ἐς τὸν Μέλανα κόλπον ἀφίκοντο. Καὶ τὸν στρατὸν ἐξετάζουσιν αὐτοῖς ἐγένοντο πάντες ὁπλιτῶν ἐννεακαίδεκα τέλη, Βρούτου μὲν ὀκτὼ, Κασσίου δὲ ἐννέα, ἐντελὲς οὐδὲν, ἀλλ' ἐς δύο που τέλη μάλιστα ἀναπληρούμενα, ὡς γίγνεσθαι μυριάδας ὁπλιτῶν ἀμφὶ τὰς ὀκτώ. Ἱππεῖς δὲ ἦσαν, Βρούτῳ μὲν, Κελτοὶ καὶ Λυσιτανοὶ τετρακισχίλιοι, καὶ Θρᾷκες καὶ Ἰλλυριοὶ, Παρθηνοὶ καὶ Θεσσαλοὶ δισχίλιοι· Κασσίῳ δὲ Ἴβηρές τε καὶ Κελτοὶ δισχίλιοι, καὶ ἱπποτοξόται Ἄραβές τε καὶ Μῆδοι καὶ Παρθυαῖοι τετρακισχίλιοι. Σύμμαχοι δὲ εἵποντο βασιλεῖς καὶ τετράρχαι Γαλατῶν τῶν ἐν Ἀσίᾳ, πεζόν τε ἄγοντες πολὺν ἄλλον, καὶ ἱππέας ὑπὲρ πεντακισχιλίους.

LXXXIX. Τοσήδε μὲν στρατιὰ τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἐπὶ τοῦ Μέλανος κόλπου διεκρίθη, καὶ τοσῆδε ἐχώρουν ἐπὶ τὸ ἔργον, τὴν λοιπὴν ἔχοντες ἐπὶ τῶν ἀλλαχόθι χρειῶν. Καθήραντες δὲ αὐτὴν τοῖς νομιζομένοις ἀνεπλήρουν τὰς ἐκ τῶν ἐπηγγελμένων τισὶν ὀφειλομένας ἔτι δωρεάς· πολλῆς μὲν περιουσίας χρημάτων πεφροντικότες, οἰκειούμενοι δὲ ταῖς δόσεσιν αὐτοὺς, Γαΐῳ μάλιστα Καίσαρι τοὺς πλέονας ἐστρατευμένους, μή τις ἐς τὴν ὄψιν ἢ ὁμωνυμίαν τοῦ νέου Καίσαρος

gittariorumque præsidio, submissus est. Nam quoniam commeatus Cæsarianis aliunde non admodum suppetebant, placuit prohibere, quominus subveherentur ex Italia. Hi itaque longis CL navibus, et pluribus minoribus, numerosoque exercitu, trajectum eum ultro citroque navigantes infestarunt.

LXXXVII. Interim Decidius et Norbanus, qui a Cæsare et Antonio cum octo legionibus in Macedoniam fuerant præmissi, inde per montana versus Thraciam stadia mille quingenta emensi sunt; donec ultra urbem Philippos profecti, fauces Corpilorum et Sapæorum, quæ in Rhascupolidis ditione sunt, occuparunt : per quas solas ex Europa Asiam petentibus notum iter patet. Et hoc Cassiani, postquam Abydo Sestum trajecerant, primum impedimentum sibi objectum invenerunt. Rhascupalis et Rhascus fratres erant ex regio Thracum genere, unius ditionis principes, qui tum sententiis de societate variabant; et Rhascus Antonianas, Rhascupolis Cassianas partes fovebat, singuli cum ter millenis equitibus. Cæterum Cassianis de ratione viarum percontantibus, Rhascupolis ait eam quæ per Ænum ac Maroneam ferat, compendiariam, publicam, et consuetam esse; sed inde eamdem pergere per fauces Sapæorum, ab hoste tunc occupatas ac proinde nullo modo pervias : circuitum vero triplum esse, eumque difficilem. »

LXXXVIII. Cassius Brutusque, rati, non tam præcludendi itineris causa occurrere sibi hostem, quam ob commeatuum inopiam ex Macedonia usque in Thraciam esse progressum, versus Ænum et Maroneam moverunt. Itaque mane a Lysimachia et Cardia profecti, quæ urbes cervicem Chersonesi Thracicæ veluti portæ intercipiunt, altero inde die ad Melanem sinum pervenerunt. Ibi percensentibus copias præsto erant legiones undeviginti; Cassii novem, Bruti vero octo, quarum quidem nulla integra erat, sed in illis duæ fere suis numeris erant completæ : ita ut in universum essent circiter octoginta legionariorum millia. Equitum vero Brutus habebat Gallorum Lusitanorumque quatuor millia; tum Thracum et Illyriorum [tria millia], Parthenorumque et Thessalorum duo millia : Cassius Hispanorum et Gallorum duo millia, sagittariorum equestrium ex Arabia, Media, Parthia, quatuor millia. Sequebantur et socii reges ac tetrarchæ ex Gallogræcia, qui et pedestres alias copias ducebant, et equitum quinque millia.

LXXXIX. Hæ fuere copiæ Cassii Brutique ad Melanem sinum ab illis explicatæ discretæque : et hoc numero illi ad instans certamen sunt progressi; reliquis alibi, ubi eorum opera opus erat, relictis. Lustrato deinde ex more exercitu, promissum donativum militibus, quibus debebatur, repræsentatum est. Nam et abunde curatum fuerat, ut suppeterent pecuniæ et opus erat favorem largitionibus quærere, præsertim veteranorum, qui plerique militarant sub Cæsare; ne ad conspectum aut nomen advenientis junioris

νεωτερίσειεν ἐλθόντος. Καὶ αὖθις ἔδοξε τούτου χάριν καὶ δημηγορῆσαι. Βῆμά τε οὖν ἐπήχθη μέγα· καὶ οἱ στρατηγοὶ, μετὰ τῶν ἀπὸ τῆς βουλῆς μόνων ἐς αὐτὸ ἀναβάντες, ὁ δὲ στρατὸς αὐτῶν, ὅ τε ἴδιος καὶ συμμαχικὸς, κάτω περιστάντες, ἥδοντο εὐθὺς ἐπὶ τῇ ὄψει τοῦ πλήθους ἀλλήλων ἑκάτεροι, ἰσχυροτάτῃ σφίσι φανείσῃ· καὶ θάρσος ἦν ἀμφοτέροις αὐτίκα, καὶ ἐλπὶς ἰσχυρὰ τοσῶνδε στρατηγοῦσιν. Αὐτά τε πρῶτα πάντων τάδε τοῖς στρατηγοῖς τὸν στρατὸν ἐς πίστιν συνῆγε· τίκτουσι γὰρ εὔνοιαν ἐλπίδες κοιναί. Θροῦ δὲ ὡς ἐν τοσούτοις ὄντος, οἵ τε κήρυκες καὶ οἱ σαλπιγκταὶ σιωπὴν ἐποίουν· καὶ γενομένης ποτὲ, ὁ Κάσσιος (προὖχε γὰρ ἡλικίᾳ) προελθὼν μικρὸν ἐκ τῆς τάξεως ἐς τὸ μέσον, ἔλεξεν ὧδε·

XC. « Ὁ μὲν ἀγὼν πρῶτον ὑμᾶς, ὦ συστρατιῶται, κοινὸς ὢν, ἐς πίστιν ἀλλήλοις συνάγει· συνάπτει δὲ καὶ ὅσα ὑμῖν ὑποσχόμενοι πάντα ἔδομεν, ὃ μεγίστη πίστις ἐστὶ καὶ περὶ ὧν ἐς τὸ μέλλον ὑπισχνούμεθα. Αἱ δὲ ἐλπίδες εἰσὶν ἐν τῇ ἀρετῇ, ὑμῶν τε τῶν στρατευομένων, καὶ ἡμῶν, οὓς ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦδε ὁρᾶτε, τοσούσδε καὶ τοιούσδε ἄνδρας ἀπὸ τῆς βουλῆς. Ἔστι δὲ καὶ πλῆθος παρασκευῆς, ὅσον ἴστε, σίτου τε καὶ ὅπλων, καὶ χρημάτων, καὶ νεῶν, καὶ συμμάχων κατά τε ἔθνη καὶ βασιλέας. Ὥστε τί χρὴ τῷ λόγῳ παρακαλεῖν ἐς προθυμίαν τε καὶ ὁμόνοιαν, οὓς ἥ τε παρασκευὴ καὶ τὰ ἔργα κοινὰ ὄντα συνάγει. Περὶ δὲ ὧν διαβάλλουσιν ἡμᾶς δύο ἄνδρες ἐχθροὶ, ἴστε μὲν αὐτὰ ἀκριβέστατα, καὶ δι' αὐτὸ συστρατεύεσθε ἡμῖν ἑτοίμως. Δοκεῖ δὲ καὶ νῦν ἐπεξελθεῖν ἔτι τὴν αἰτίαν, ἣ μάλιστα ἐπιδείκνυσι τοῦ πολέμου καλλίστην τε οὖσαν ἡμῖν καὶ δικαιοτάτην πρόφασιν.

XCI. Ἡμεῖς γὰρ Καίσαρα, ἐν μὲν τοῖς πολέμοις συστρατευόμενοί τε αὐτῷ μεθ' ὑμῶν καὶ στρατηγοῦντες, ἐπὶ μέγα ἤρομεν, καὶ φίλοι διετελοῦμεν ὄντες, ὡς μὴ δοκεῖν αὐτὸν δι' ἔχθραν ὑφ' ἡμῶν ἐπιβεβουλεῦσθαι. Τὰ δὲ ἐς τὴν εἰρήνην ἐπίμεμπτος ἦν, οὐχ ἡμῖν τοῖς φίλοις (ἐπεὶ κἀν τούτοις προετιμώμεθα), ἀλλὰ τοῖς νόμοις καὶ τῷ κόσμῳ τῆς πολιτείας· ὧν οὐδεὶς νόμος, οὔτε ἀριστοκρατικὸς, κύριος, οὔτε δημοτικὸς, ἔτι ἦν· ἅπερ ἅπαντα οἱ πατέρες ἡμῶν ἥρμοσαν, ὅτε τοὺς βασιλέας ἐκβαλόντες ἐπώμοσαν καὶ ἐπηράσαντο, οὐκ ἀνέξεσθαι βασιλέων ἐς τὸ μέλλον ἑτέρων. Ὥτινι ὅρκῳ βοηθοῦντες, οἱ τῶν ὀμωμοκότων ἔκγονοι, καὶ τὰς ἀρὰς ἀπερύκοντες ἀφ' ἑαυτῶν, οὐχ' ὑπεμείναμεν ἐς πολὺ περιιδεῖν ἕνα ἄνδρα (εἰ καὶ φίλος ἦν ἡμῖν καὶ χρήσιμος) τά τε κοινὰ χρήματα καὶ στρατόπεδα καὶ χειροτονίας ἀρχῶν, ἀπὸ τοῦ δήμου, καὶ ἡγεμονίας ἐθνῶν, ἀπὸ τῆς βουλῆς, ἐς ἑαυτὸν περιφέροντα, καὶ νόμον ἀντὶ τῶν νόμων, καὶ κύριον ἀντὶ τοῦ δήμου, καὶ αὐτοκράτορα ἀντὶ τῆς βουλῆς γιγνόμενον ἐς ἅπαντα.

XCII. Ὧν ἴσως ὑμεῖς οὐκ ἀκριβῶς ᾐσθάνεσθε, ἀλλὰ μόνην αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἀρετὴν ἑωρᾶτε· νῦν δὲ ῥᾳδίως τε ἂν καὶ ἐκ μόνου τοῦ περὶ ὑμᾶς μέρους καταμάθοιτε. Ὁ γὰρ δῆμος ὑμεῖς ἐν μὲν τοῖς

Cæsaris mutarentur eorum animi. Qua de re etiam visum est rursus pro concione verba ad milites facere. Moxque suggestum in tribunalis speciem exstructum est : quod postquam imperatores conscenderunt cum solis senatoribus, et copiæ cum propriæ tum auxiliares inferiore loco circumsteterunt, lætissimus statim utrisque fuit mutuus conspectus, quod nihil firmius videretur aut validius; et utrumque imperatorem statim fiducia subiit et spes concepta ex amplitudine exercitus. Atque hoc ipsum maxime omnium fidem firmam militum conciliavit imperatoribus : solent enim spes communes mutuam parere benevolentiam. Quum vero magnus esset, in tanta multitudine, strepitus, per præcones et tubicines indictum est silentium : postquam tandem consiluerunt, Cassius (erat enim natu grandior) paululum extra ordinem progressus in medium, sic exorsus est :

XC. « Commune periculum, commilitones, primus nobis ad mutuam fidem gradus est. Conciliant nos et præstita a nobis omnia quæ polliciti eramus; quod certissimum pignus est eorum quoque, quæ in posterum vobis pollicemur. Spes autem omnis in virtute sita est, cum vestra, commilitones, tum horum tot ac talium ex amplissimo ordine virorum, quos in hoc suggesto conspicitis. Adest vero et apparatus (ut scitis) plurimus, commeatus, arma, pecuniæ, classes, auxilia, cum a provinciis, tum ab regibus. Itaque quorsum attinet, verbis vos hortari ad alacritatem et concordiam, quos et communis apparatus et res consociatæ conciliant? Quod autem ad calumnias attinet, quas contra nos jactant duo illi viri, quos hostes habemus, intelligitis eas quidem exactissime, et idcirco nobis promptam navatis operam : sed visum est tamen etiam nunc causam nostram exponere, quo magis appareat honestissimum ac justissimum hoc nostrum belli gerendi propositum.

XCI. « Nos enim Cæsarem, nostris vestrisque armis et nostro ductu bella gerentem, multum eveximus, et ita constantes in ejusdem fuimus amicitia, ut nemini videri possimus inimicitiæ causa mortem ejus quæsivisse. Sed in eis rebus, quas togatus Cæsar gessit, in crimen incurrit, non injuriæ alicujus nobis amicis ipsius illatæ (quippe etiam tunc in honore præ cæteris apud eum fuimus), sed oppressarum legum, et eversæ totius reipublicæ, sublata et senatus auctoritate omni, et populi potestate. Quæ omnia majores nostri constituerant, quum fugatis regibus jure jurando et devotionibus se obstrinxerunt, nunquam posthac regiam laturos potentiam. Id jusjurandum ne violaretur, nos, illorum posteri, vetuimus, et diras a nobis ipsis averruncavimus : non sustinentes committere diutius, ut unus homo, quamvis nobis amicus atque commodus, pecunias publicas, exercitus, creationes magistratuum, a populo, jus conferendi provincias, a senatu, in sese transferret; ut, pro legibus, hujus voluntas; pro potestate populi, hujus dominatio; pro senatus auctoritate, hujus imperium unice valeret.

XCII. « Et illa quidem vos fortasse non satis persensistis, sed solam ejus virtutem bellicam estis admirati. Nunc vero facile, vel ex ea parte quæ ad vos proxime pertinet, intelligetis. Vos enim, qui de populo estis, in bello quidem

πολέμοις ὑπακούετε ἐς πάντα, ὡς κυρίοις, τοῖς στρατηγοῖς. Τὸ δὲ κῦρος τόδε ἐν τοῖς εἰρηνικοῖς ἐφ' ἡμῖν ἀντιλαμβάνετε αὐτοί· προβουλευούσης μὲν τῆς βουλῆς, ἵνα μὴ σφαλείητε, κρίνοντες δ' αὐτοὶ καὶ ψηφιζόμενοι κατὰ φυλὰς ἢ λόχους, καὶ ἀποφαίνοντες ὑπάτους τε καὶ δημάρχους καὶ στρατηγούς. Ἐπὶ δὲ ταῖς χειροτονίαις καὶ τὰ μέγιστα δικάζετε, κολάζοντες ἢ τιμῶντες, ὅτε κολάσεως ἢ τιμῆς ἀξίως ἄρξαιμεν ὑμῶν. Ἡ δὲ ἀντίδοσις ἥδε τήν τε ἡγεμονίαν, ὦ πολῖται, ἐς εὐδαιμονίαν ἄκραν ὑπερήγαγε, καὶ τοὺς ἀξίους ἐτίμησε· καὶ οἱ τετιμημένοι χάριν εἶχον ὑμῖν. Ἀπὸ ταύτης τῆς ἐξουσίας ὕπατον ἐποιήσασθε Σκιπίωνα, ὅτε αὐτῷ περὶ Λιβύην ἐμαρτυρήσατε· καὶ δημάρχους ἐποιεῖσθε ἀνὰ ἔτος ἕκαστον, οὓς ἐβούλεσθε, διοισομένους ἡμῖν ὑπὲρ ὑμῶν εἰ δέοι. Καὶ τί μοι καταλέγειν τὰ πολλά, ὅσα ἴστε;

XCIII. Ἀλλ' οὐχ, ἀφ' οὗ Καῖσαρ ἐδυνάστευσεν, οὐχ ἀρχήν τινα, οὐ στρατηγὸν, οὐχ ὕπατον, οὐ δήμαρχον ἐχειροτονήσατε ἔτι, οὐκ ἐμαρτυρήσατε οὐδενὶ, οὐκ ἀμοιβὴν εἴχετε δοῦναι μαρτυροῦντες. Ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰπεῖν, οὐδεὶς ὑμῖν χάριν ὤφειλεν, οὐκ ἀρχῆς, οὐχ ἡγεμονίας, οὐκ εὐθυνῶν, οὐ δίκης. Ὃ δὲ οἴκτιστον ἁπάντων ἐγένετο, οὐδ' αὐτοῖς ἐδυνήθητε ἐπικουρῆσαι τοῖς δημάρχοις ὑμῶν ὑβριζομένοις, ἥντινα ἀΐδιον ὑμῶν αὐτῶν ἀρχὴν ἐστήσασθε εἶναι, καὶ ἱερὰν καὶ ἄσυλον ἀπεφήνατε. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀσύλους εἴδετε τὴν ἀρχὴν τὴν ἄσυλον καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν ἱερὰν ἐς ὕβριν ἀφαιρουμένους, ἀκρίτους, ἀπὸ μόνου προστάγματος, ὅτι ἔδοξαν ὑπὲρ ὑμῶν χαλεπῆναι τοῖς καὶ βασιλέα αὐτὸν ἐθέλουσι προσαγορεῦσαι. Ὃ καὶ μάλιστα ἐπαχθῶς ἤνεγκεν ἡ βουλὴ δι' ὑμᾶς· ὑμετέρα γὰρ, καὶ οὐ τῆς βουλῆς, ἐστὶν ἡ τῶν δημάρχων ἀρχή. Ἐπιμέμψασθαι δὲ σαφῶς οὐ δυναμένη τὸν ἄνδρα, οὐδ' ἐς κρίσιν ἐπαγαγεῖν, διὰ ἰσχὺν στρατοπέδων· ἃ καὶ αὐτὰ, τέως ὄντα τῆς πόλεως, ἑαυτοῦ ἐπεποίητο ἴδια· τὸν ἔτι λοιπὸν τρόπον ἀμύνασθαι τὴν τυραννίδα ἐπενόησεν, ἐς τὸ σῶμα ἐπιβουλεύσασα.

XCIV. Ἔδει δὲ τὴν μὲν γνώμην γενέσθαι τῶν ἀρίστων· τὸ δὲ ἔργον, ὀλίγων. Ἐπεὶ δὲ ἐγένετο, αὐτίκα ἡ βουλὴ τὴν κοινὴν γνώμην ἐξέφηνε, σαφῶς μὲν, ὅτε καὶ γέρα τυραννοκτονικὰ ἐψηφίζοντο εἶναι. Ἐπισχόντος δὲ αὐτοὺς Ἀντωνίου, καθ' ὑπόκρισιν ἀταραξίας, καὶ οὐδ' ἡμῶν ἀξιούντων διὰ γέρα τῇ πόλει μᾶλλον, ἢ δι' αὐτὴν τὴν πατρίδα, βοηθεῖν· τοῦδε μὲν ἀπέσχοντο, οὐκ ἐθέλοντες ἐφυβρίζειν τῷ Καίσαρι, ἀλλὰ μόνης τῆς τυραννίδος ἀπηλλάχθαι· ἀμνηστίαν δὲ ἁπάντων ἐψηφίσαντο εἶναι, καὶ σαφέστερον ἔτι, φόνου μὴ εἶναι δίκας. Καὶ μετὰ μικρὸν, Ἀντωνίου τὸ πλῆθος ἐφ' ἡμῖν δημοκοπήσαντος, ἡ βουλὴ καὶ ἀρχὰς ἐθνῶν τῶν μεγίστων καὶ ἡγεμονίας ἔδοσαν ἡμῖν, καὶ γῆς ἀπέφηναν ἡγεῖσθαι πάσης ἀπὸ τοῦ Ἰονίου μέχρι Συρίας· πότερον ὡς ἐναγεῖς κολάζοντες, ἢ ὡς ἀνδροφόνους πορφύρᾳ τε ἱερᾷ καὶ ῥάβδοις καὶ πελέκεσι περικοσμοῦντες; Ὢ λόγῳ καὶ Πομπήϊον τὸν νέον, οὐδὲν μὲν ἐς ταῦτα συνειργασμένον, ὅτι δὲ μόνον Πομπηΐου Μάγνου τοῦ πρώτου περὶ τῆς

ducibus vestris paretis, veluti dominis. Sed in pace vicissim eamdem potestatem vos ipsi in nos accipitis. Et senatus quidem de eis rebus[1], quæ ad vos referuntur, ante deliberat, quo minus vos fallamini : sed ipsi vos judicatis ; vestrisque comitiis, sive tributis, sive centuriatis, creantur consules, tribuni plebis, prætores. Præter creationem vero magistratuum, maximarum etiam rerum penes vos est judicium : pœnasque aut præmia decernitis, prout in gerendis magistratibus vel reprehensionem vel laudem commeruimus. Atque hæc potestatis reciprocatio, milites, imperium nostrum ad summam felicitatem evexit. Sic honores dignis sunt collati : et hi, qui a vobis ornati sunt, vobis gratiam retulerunt. Pro hac vestra potestate Scipionem fecistis consulem[1], quum ei rerum in Africa præclare gestarum exhibuistis testimonium : et tribunos plebis quotannis creastis vestro arbitratu, qui, si ita vestra utilitas postularet, nobis intercederent. Et quid opus est plura, quæ vobis non incognita sunt, enumerare!

XCIII. « Ex quo autem Cæsar dominationem ad se rapuit[1], nullum amplius magistratum, non prætorem, non consulem, non tribunum plebis creastis vestris suffragiis, nullius virtuti tulistis testimonium ; aut, si tulistis, nullo præmio potuistis remunerari. Et, verbo ut dicam, nemo vobis ullam amplius gratiam habuit, sive ob acceptum in Urbe magistratum sive ob collatam provinciam exercitumve; sive de rationibus quas reddi jusseritis, sive de quocumque judicio. Quod vero omnium fuit miserrimum, ne tribunos quidem vestros ab injuria potuistis defendere; quem proprium vestrum ac sempiternum vobis magistratum constituistis, et sacrosanctum et inviolatum esse volueratis. Sed hos ipsos sacrosanctos viros vidistis sacrosancto magistratu et sacrata veste spoliari per injuriam, indemnatos, et ad solum unius viri mandatum, quia vestram vicem dolentes visi erant obstare quibusdam eo progressis ut Regem quoque illum vellent appellari. Quod et senatus, propter vos maxime, tulit ægerrime : non enim illorum, sed vester magistratus tribunitia dignitas est. Sed quum non possent aperte accusare hominem et judicio sistere, propter robur exercituum qui illi præsto erant (quos eosdem quoque, quum fuissent reipublicæ, sibi ipse proprios fecerat), quo solo modo poterant, statuerunt reprimere tyrannidem, in vitam ejus conspiratione facta.

XCIV. « Sic autem necesse fuit ut consilium esset optimi cujusque, factum ipsum paucorum. Quod postquam perfectum est, continuo senatus communem sententiam aperuit, et clarissime quidem, quoniam præmia etiam censuit tyrannicidis decernenda. Sed revocati ab eo consilio patres per Antonium, cavendarum turbarum (ut videri volebat) causa; quum nos ipsi quoque nullum honestius præmium duceremus, quam utilitatem patriæ, omiserunt illud, nolueruntque ignominia notari Cæsarem, libertate contenti restituta. Tantum oblivio præteritorum decreta est; ac disertioribus etiam verbis adjectum decreto est, quæstionem de Cæsaris nece non esse habendam. Nec multo post, Antonio plebem contra nos exasperante concionibus, senatus et provincias maximas et exercitus nobis dedit : jussitque, ut quidquid terrarum a mari Adriatico patet usque Syriam, nostra imperata faceret. Quo decreto patrum, utrum tanquam nefarii homicidæ pœna affecti vobis videmur? an tamquam tyrannicidæ sacrata purpura virgisque ac securibus insigniti? Quemadmodum et juvenem Pompeium, quamvis conspirationis illius expertem, tantum quia Magni,

δημοκρατίας ἀγωνισαμένου παῖς, καὶ ὅτι μικρὰ τὴν τυραννίδα ἠνώχλει λανθάνων περὶ Ἰβηρίαν, κατεκάλεσέ τε ἐκ τῆς φυγῆς, καὶ τὸ τίμημα αὐτῷ τῶν πατρῴων ἐκ τῶν κοινῶν ἔκριναν ἀποδοῦναι χρημάτων, καὶ θαλασσοκράτορα ἀπέφηναν· ἵνα κἀκεῖνος ἀρχήν τινα ἔχοι, δημοκρατικὸς ὤν. Τί δὴ πλέον ἔργον ἔτι τῆς βουλῆς ἢ σύμβολον ἐπιζητεῖτε, τοῦ κατὰ γνώμην αὐτῆς πάντα πεπρᾶχθαι, πλὴν ἢ λόγῳ μόνον ὑμῖν ἔτι ὁμολογῆσαι; ὃ καὶ αὐτὸ πράξουσι, καὶ ἐροῦσι· καὶ λέγοντες ἅμα ὑμᾶς ἀμείψονται μεγάλαις δωρεαῖς, ὅταν εἰπεῖν καὶ ἀμείψασθαι δύνωνται.

XCV. Νῦν μὲν γὰρ ὡς ἔχουσιν, ἴστε. Προγράφονται χωρὶς δίκης, καὶ τὰ ὄντα αὐτοῖς δημεύεται, καὶ κτείνονται χωρὶς καταδίκης ἐν οἰκίαις, ἐν στενωποῖς, ἐν ἱεροῖς, ὑπὸ στρατιωτῶν, ὑπὸ θεραπόντων, ὑπὸ ἐχθρῶν, ἐκ μυχῶν ἀνασπώμενοι, καὶ διωκόμενοι πανταχῇ, τῶν νόμων τὸν ἐθέλοντα φεύγειν ἐώντων. Ἐς δὲ τὴν ἀγορὰν, ἐς ἣν οὐδενὸς πολεμίου κεφαλὴν, ἀλλὰ ὅπλα μόνα καὶ ἔμβολα νεῶν ἐφέρομεν, ὑπάτων ἄρτι καὶ στρατηγῶν καὶ δημάρχων καὶ ἀγορανόμων καὶ ἱππέων κεφαλαὶ πρόκεινται· καὶ γέρα τούτων ἐστὶ τῶν κακῶν ὡρισμένα. Τοῦτο γὰρ ἐπανάστασίς τις ἐστὶ πάντων, ὅσα τέως ἦν ὕπουλα· καὶ ἀνδρολήψια αἰφνίδια, καὶ μύση ποικίλα γυναικῶν τε καὶ υἱῶν, καὶ ἀπελευθέρων καὶ οἰκετῶν. Ἐς τοσοῦτον ἤδη καὶ τοὺς τρόπους ἡ πόλις ἐπιτέτριπται. Καὶ τῶνδε τοῖς πονηροῖς ἡγεμόνες εἰσὶν οἱ τρεῖς ἄνδρες, αὐτοὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἀδελφοὺς καὶ θείους καὶ ἐπιτρόπους προγράψαντες. Λέγεταί ποτε πρὸς τῶν ἀγριωτάτων βαρβάρων ἡ πόλις ἁλῶναι· καὶ οὐδενὸς ἀπέτεμνον οἱ Κελτοὶ κεφαλὰς, οὐδὲ ἐνύβριζον ἀνῃρημένοις, οὐδὲ πολεμοῦσιν ἔτι λαθεῖν ἢ φυγεῖν ἐφθόνουν. Οὐδ' αὐτοί πω πόλιν οὐδεμίαν, ὧν δορὶ ἐλάβομεν, τοιαῦτα διεθήκαμεν, οὐδὲ ἑτέρους ἐπυθόμεθα διαθεῖναι, οἷα νῦν οὐχ ἰδιῶτις πόλις, ἀλλ' ἡγεμονὶς, ἀδικεῖται πρὸς τῶν αὐτὴν ἁρμόσαι καὶ διορθῶσαι τὰ κοινὰ κεχειροτονημένων. Τί τοιοῦτον εἰργάσατο Ταρκύνιος; ὃν διὰ μιᾶς γυναικὸς ὕβριν, ἐξ ἔρωτος γενομένην, βασιλέα τε ὄντα ἐξέβαλον, καὶ βασιλεύεσθαι διὰ ἓν ἔργον οὐκέτι ὑπέστησαν.

XCVI. Καὶ τάδε, ὦ πολῖται, πράσσοντες οἱ τρεῖς, ἡμᾶς ἐναγεῖς λέγουσι· καὶ φασὶ μὲν ἀμύνειν Καίσαρι, προγράφουσι δὲ τοὺς οὐδ' ἐπιδημοῦντας ὅτε ἀνῄρητο. Ὧν καὶ οἵδε εἰσὶν οἱ πλέονες, οὓς ὁρᾶτε, διὰ πλοῦτον ἢ γένος ἢ γνώμην δημοκρατικῆς διανοίας προγεγραμμένοι. Ὧ λόγῳ καὶ Πομπήϊος μεθ' ἡμῶν προεγράφη, πόῤῥω μὲν ὢν περὶ Ἰβηρίαν, ὅτε ἡμεῖς ἐδρῶμεν. Ὅτι δέ ἐστι δημοκρατικοῦ πατρὸς, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ὑπὸ μὲν τῆς βουλῆς κατεκλήθη τε καὶ θαλασσοκράτωρ ἐγένετο, ὑπὸ δὲ τῶν τριῶν προεγράφη. Τί δὲ γυναῖκες ἐπὶ Καίσαρι συνέγνωσαν, αἱ ἐς φορὰς προγεγραμμέναι; τί δὲ ὁ δῆμος, ὁ μέχρι δέκα μυριάδων τιμᾶσθαι τὰ ὄντα κεκελευσμένος ὑπὸ μηνύμασι καὶ ζημίαις, ᾧ τέλη καινὰ καὶ ἐσφορὰς ἐπιγράφουσι; Καὶ τάδε πράσσοντες, οὐδ' ὣς ἀνεπλήρωσαν τοῖς στρατευομένοις σφίσι τὰς δωρεάς.

qui primus arma pro republica sumserat, esset filius, et quia paululum tyrannidi obstiterat latitans in Hispania, revocarunt ab exilio : decretumque est ei paternorum bonorum pretium ex ærario restituendum, et maris imperium insuper, ne et hic fautor reipublicæ sine magistratu esset. Quodnam igitur efficacius signum, aut quod luculentius documentum voluntatis senatus approbatique hujus facti requiritis? nisi forte, ut verbis etiam id vobis patres profiteantur? Atqui id ipsum quoque facient, dicentque, simulque referent vobis amplissima præmia, quum primum eis integrum fuerit.

XCV. « Nunc enim quo statu sint res eorum, scitis. Proscribuntur indicta causa, bona eorum publicantur; indemnati occiduntur in domibus, in viis, in templis, a militibus, a mancipiis, ab inimicis; e penitissimis latebris extrahuntur, perquiruntur ubique a persecutoribus; quum leges fugam saltem et ultro quæsitum exilium indulgeant volentibus. In foro, quo nunquam hostis ullius caput, sed arma tantum et rostra navium referebantur, hodie consularium, prætorum, tribunorum plebis, ædilium, equitum Romanorum capita spectantur proposita; et ibidem horum maleficiorum repræsentantur præmia. Commota sunt enim omnia, et eruperunt quæcunque prius suppurata latebant : neque quisquam tutus est quin subito abripiatur ad supplicium, proditus uxoris quoque aut filiorum, libertorum, servorumve flagitio : tanta etiam morum pestis Urbem invasit. Ad eaque flagitia perditis hominibus exemplo præivere Tres illi, qui a propriis fratribus, ab avunculis, a tutoribus suis, proscriptionis fecerunt initium. Fertur olim Urbs nostra capta a ferissima ex barbaris nationibus : at nullius tamen caput absciderunt Galli, nec illuserunt occisis, nec inviderunt latebras aut fugam hostibus. Neque nos unquam in ullam bello captam urbem ita sæviimus, aut slias sævisse auditu cognovimus, sicut nunc Urbs non vulgaris, sed rerum domina, tractatur indignissime a magistratu creato ad constituendam et corrigendam rempublicam. Quid tale fecit Tarquinius? quem propter unam mulierem, vim ab amatore passam, nostri majores, rex quum esset, regno expulerunt, et ob unum illud facinus non sustinuerunt sub regibus degere in posterum.

XCVI. « Ac talia, o cives, dum perpetrant Triumviri, impios nos homicidasque vocant; et cædem ulcisci dicentes Cæsaris, viros proscribunt, qui ne in Urbe quidem fuerant quum e numero plerique ex his sunt, quos hoc loco conspicitis, propter divitias, aut genus aut mentem reipublicæ amantem, proscriptos. Quemadmodum et Pompeius nobiscum proscriptus est, qui, quo tempore gestum a nobis illud factum est, procul abfuit in Hispania : sed nimirum, quoniam patre prognatus est amante reipublicæ, idcirco et a senatu revocatus marisque imperio præfectus est, et a Triumviris proscriptione dignus judicatus. Quid, mulieres etiamne conspirationis in Cæsarem fuere participes? quarum bona proscripta sunt : quid plebeii homines? qui, novis tributis exactionibusque vexati, quidquid supra quadringenta millia HS. in bonis habent, jussi sunt profiteri, mulcta indicta ni faciant, mercede indicibus proposita. At illi, talibus licet artibus usi, ne sic quidem militibus suis debita

Ἡμεῖς δὲ, οἷς ἀσεβὲς οὐδὲν εἴργασται, καὶ τὰ ἐπηγγελμένα δεδώκαμεν, καὶ ἕτερα ἕτοιμα ἔχομεν ἐς ἀμοιβὰς μείζονας. Οὕτως ἡμῖν καὶ τὸ δαιμόνιον, ὡς δίκαια πράσσουσιν, ἐπιλαμβάνει.

XCVII. Ἐπὶ δέ γε τῷ δαιμονίῳ καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπων ὁρᾶν ἔχετε, ἐς τοὺς ὑμῶν πολίτας ἀποβλέποντες· οὓς εἴδετε μὲν στρατηγοῦντας ὑμῶν πολλάκις, καὶ ὑπατεύοντας, καὶ ἐπαινουμένους, ὁρᾶτε δὲ πρὸς ἡμᾶς ὡς εὐαγεῖς καὶ δημοκρατικοὺς καταπεφευγότας, καὶ τὰ ἡμέτερα ᾑρημένους, καὶ συνευχομένους ἡμῖν ἐς τὰ λοιπὰ καὶ συναιρομένους. Πολὺ γὰρ δικαιότερα ἡμεῖς γέρα τοῖς περισώσασιν αὐτοὺς ἐκηρύξαμεν, ὧν ἐκεῖνοι τοῖς ἀναιροῦσιν. Οὐδὲ ὁρῶσιν ἡμᾶς Γάϊον μὲν, ὅτι ἠξίου μόνος ἄρχειν, ἀνῃρηκότας, τοὺς δὲ τὴν ἐκείνου περιποιουμένους ἀρχὴν ὑπερορᾶν μέλλοντας, καὶ μηδὲ ἐς ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἐς τὸ μέσον τῷ δήμῳ, προτιθέντας τὴν πολιτείαν κατὰ τὰ πάτρια. Ὡς οὖν οὐκ ἀπὸ τῆς αὐτῆς γνώμης αἱρουμένων πολεμεῖν ἑκατέρων, ἀλλὰ τῶν μὲν ὑπὲρ δυναστείας καὶ τυραννίδος, ἣν ἐν ταῖς προγραφαῖς ἐπέδειξαν ἤδη, ἡμῶν δὲ οὐδὲν ἀλλ' ἢ μόνον, ἵνα, τῆς πατρίδος ἐλευθερωθείσης, ἰδιωτεύοιμεν ὑπὸ τοῖς νόμοις· εἰκότως οἵδε τε οἱ ἄνδρες, καὶ πρὸ τούτων οἱ θεοὶ, τὰ ἡμέτερα κρίνουσι. Μεγίστη δὲ ἐλπὶς ἐν πολέμοις ἐστὶ τὸ δίκαιον.

XCVIII. Μηδέ τῳ, εἰ Καίσαρος ἐγένετο στρατιώτης, ἐπὶ νοῦν ἔτι ἴτω. Οὐ γὰρ ἐκείνου γε ἦμεν οὐδὲ τότε, ἀλλὰ τῆς πατρίδος· οὐδ' οἱ διδόμενοι μισθοὶ καὶ δωρεαὶ Καίσαρος ἦσαν, ἀλλὰ τοῦ κοινοῦ. Ἐπεὶ οὐδὲ νῦν ἐστε Κασσίου στρατὸς, οὐδὲ Βρούτου μᾶλλον, ἢ Ῥωμαίων· ἡμεῖς δέ ἐσμεν ὑμῖν συστρατιῶται, Ῥωμαίων στρατηγοί. Καὶ εἰ τόδε καὶ οἱ πολεμοῦντες ἡμῖν ἐφρόνουν, ἐνῆν ἀκινδύνως ἅπασι τὰ ὅπλα καταθέσθαι, καὶ τοὺς στρατοὺς πάντας ἀποδοῦναι τῇ πόλει, κἀκείνην ἑλέσθαι τὰ συνοίσοντα· καὶ, εἰ δέχονται ταῦτα, προκαλούμεθα. Ἐπεὶ δὲ οὐ δέχονται (οὐδ' ἂν δέξαιντο ἔτι, διὰ τὰς προγραφὰς καὶ ὅσα ἄλλα ἔδρασαν), ἴωμεν, ὦ συστρατιῶται, μετά τε πίστεως ὑγιοῦς καὶ προθυμίας ἀδόλου στρατευόμενοι Ῥωμαίων τῇ τε βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ μόνοις, ὑπὲρ ἐλευθερίας. »

XCIX. Ἀναβοησάντων δὲ πάντων, Ἴωμεν, καὶ εὐθὺς ἄγειν ἀξιούντων, ἡσθεὶς ὁ Κάσσιος τῇ προθυμίᾳ, κατεκήρυξεν αὖθις σιωπὴν, καὶ αὖθις ἔλεγε· « Θεοὶ μὲν, ὅσοι πολέμων δικαίων δεσπόται, τῆς πίστεως ὑμᾶς, ὦ συστρατιῶται, καὶ προθυμίας ἀμείβοιντο. Τὰ δ' ἐς ἀνθρωπίνην στρατηγῶν πρόνοιαν, καὶ, ὅτι πλέονα καὶ ἀμείνονά ἐστιν ἡμῖν ἢ τοῖς πολεμίοις, μάθετε οὕτως. Τέλη μὲν ὁπλιτῶν ἴσα αὐτοῖς ἀντεπάγομεν, πολλὰ καὶ ἐπὶ τῶν χρειῶν ἄλλα πολλαχοῦ καταλιπόντες· ἱππεῦσι δὲ καὶ ναυσὶ πολὺ προὔχομεν, καὶ συμμάχοις βασιλεῦσί τε καὶ ἔθνεσι τοῖς μέχρι Μήδων καὶ Παρθυαίων. Καὶ ἡμῖν μὲν ἐκ μετώπου μόνον εἰσὶ πολέμιοι. Ἡμεῖς δ' αὐτῶν καὶ κατὰ νώτου Πομπήϊόν τε ὁμογνώμονα ἡμῖν ἔχομεν ἐν Σικελίᾳ· καὶ Μοῦρκος ἐν τῷ Ἰονίῳ, καὶ Ἀηνόβαρβος στόλῳ πολλῷ καὶ ὑπηρεσίᾳ δαψιλεῖ, καὶ δύο

donativa persolverunt. Nos vero, qui nihil contra jus ac fas egimus, promissa vobis reddidimus præmia, et alia ad majores remunerationes parata habemus : adeo dii quoque nostris favent partibus, ut justioribus.

XCVII. « Sed præter deorum judicium, quæ sint etiam hominum de nostra causa sententiæ, pariter cognoscere vobis licet, hos eosdem cives vestros intuentibus : quos sæpe in bellis duces vestros, in pace consules vidistis, utrobique laudatos; nunc videtis ad nos, tanquam justissima in causa versantes et partes tuentes reipublicæ, confugisse; consilia, vota, arma, pro felici rerum nostrarum exitu, nobiscum consociantes. Nos enim multo justiora præmia horum servatoribus, quam Triumviri percussoribus, sumus polliciti. Videntque iidem, nos neque nunc, postquam Cæsarem eo quod solus dominari voluit sustulimus, hos esse laturos, qui illius ad se rapere imperium conantur; neque vero id nos agere, ut ipsi potiamur rerum, sed ut populo in commune restituamus acceptam a majoribus rempublicam. Atque ita merito de causa nostra sic judicant dii hominesque : longe diversum esse nostrum bellandi consilium ab hostium proposito : illos pro dominatione pugnare et pro tyrannide, cujus specimen ista proscriptione dederunt; nos nil aliud sequi, nisi ut, patria in libertatem vindicata, privati sub legibus vivere queamus. Neque vero quidquam est, quod in bellis majorem facere spem debeat, quam causæ justitia.

XCVIII. « Neque vero, si qui vestrum sub Cæsare olim stipendia fecerunt, ea nunc cogitatio movere vos debet. Etenim ne tunc quidem Cæsari, sed patriæ, militavimus : neque a Cæsare stipendia aut donativa accepimus, sed a republica : quemadmodum nec nunc Cassii Brutive exercitus estis magis, quam populi Romani; nos vero commilitones vestri sumus, Romani populi imperatores. Quod si in hoc hostibus eadem, quæ nobis, mens esset, liceret omnibus tuto arma deponere, et exercitus suos reddere reipublicæ, ut illa in commune consulat. Quæ si eis placet conditio, a nobis in eam invitati sunto! Sed quoniam non placet (nam ne integrum quidem illis jam amplius est eam admittere, propter proscriptiones istas aliaque eorum facinora), eamus, commilitones! Et bona fide sinceroque studio, nullius nisi senatus populique Romani auspicia sequentes, pugnemus pro libertate! »

XCIX. Ad eam vocem omnes, Eamus! conclamarunt; et, ut protinus adversus hostem ducerentur, postularunt. Qua alacritate lætus Cassius, silentio per præcones rursus facto, sic exorsus est denuo : « Dii, quibus justa bella curæ sunt, pro hac fide vobis, commilitones, faxint bene. Quod vero ad humanam imperatorum providentiam attinet, quanto apparatus noster et res nostræ potiores sint quam hostium, nunc discite. Numero legionum pares sumus, quamvis multis etiam locis reliquimus opportuna præsidia. Equitatu autem et classibus longe prævalemus; sicut et auxiliis, quæ missa nobis sunt ab omnibus usque ad Medorum Parthorumque regna pertinentibus regibus atque populis. Hostem vero nos a fronte tantum habemus. Illis a tergo quoque Pompeius est, socius noster, in Sicilia : et Murcus et Ahenobarbus in mari Ionio numerosa classe, cum pluri-

τέλεσι στρατοῦ καὶ τοξόταις, ἀεὶ διαπλέοντες ἐνοχλοῦσιν ἄλλα, καθαρευούσης πολεμίων ἡμῖν τῆς ὄπισθεν γῆς καὶ θαλάσσης. Χρήματά γε μὴν, ἅ τινες καλοῦσι νεῦρα πολέμου, τοῖς μὲν οὐκ ἔστιν· οὐδ' ἀπέδωκάν πω τὰ ὑπεσχημένα τῷ στρατῷ, οὐδὲ κατὰ δόξαν ἀπήντησε τὰ τῶν προγραφῶν, οὐδενὸς τῶν ἐπιεικῶν ὠνουμένου χωρία ἐπίφθονα· οὐδ' ἑτέρωθεν εὐποροῦσι, τετρυμένης στάσεσι καὶ ἐσφοραῖς καὶ προγραφαῖς τῆς Ἰταλίας. Ἡμῖν δὲ, ἐκ πολλῆς φροντίδος, καὶ τὰ παρόντα ἐστὶ δαψιλῆ, ὡς αὐτίκα ὑμῖν ἄλλα χαρίσασθαι, καὶ ἕτερα πολλὰ ἐπὶ τούτοις ἀπὸ τῶν ὄπισθεν ἐθνῶν προσοδεύεται συμφερόμενα.

C. Τροφαὶ δὲ, ὃ δυσπορώτατόν ἐστι στρατοῖς μεγάλοις, ἐκείνοις μὲν οὐκ εἰσὶ, πλὴν ἐκ μόνης Μακεδονίας, ἔθνους ὀρείου, καὶ Θεσσαλίας, χώρας βραχείας· καὶ τάδε χρὴ κατὰ γῆν αὐτοῖς φέρεσθαι κακοπαθοῦσιν· εἰ δ' ἐκ Λιβύης ἐπάγοιντο ἢ Λευκανίας ἢ Ἰαπυγίας, διακλείσουσι πάντα Πομπήϊός τε καὶ Μοῦρκος καὶ Δομίτιος. Ἡμῖν δὲ καὶ εἰσὶ, καὶ φέρονται καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπόνως διὰ θαλάττης ἔκ τε νήσων καὶ ἠπείρων ἁπασῶν, ὅσαι ἀπὸ Θρᾴκης ἐπὶ ποταμὸν Εὐφράτην· καὶ τάδε ἀκωλύτως, οὐδενὸς ἡμῖν ὄντος ὄπισθεν ἐχθροῦ· ὥστ' ἐφ' ἡμῖν ἔσται, καὶ ταχύνειν τὸ ἔργον, καὶ ἐπὶ σχολῆς ἐκτρύχειν τοὺς πολεμίους λιμῷ. Τοσάδε μὲν ὑμῖν καὶ τοιάδε ἐστὶν, ὦ συστρατιῶται, παρ' ἀνθρωπίνης φροντίδος ἕτοιμα. Τὰ δὲ λοιπὰ αὐτοῖς ἀνὰ λόγον ἀπαντήσειε, παρά τε ὑμῶν, καὶ παρὰ τῶν θεῶν. Ἡμεῖς δ' ὑμῖν, ἐπὶ τοῖς προτέροις, ἀποδόντες ἅπαντα ὅσα ὑπεσχήμεθα, καὶ τὴν πίστιν ὑμῶν ἀμειψάμενοι πλήθει δωρεῶν, ἀμειψόμεθα καὶ τὸ μεῖζον ἔργον ἀξίως αὐτοῦ, κατὰ γνώμην θεῶν. Καὶ νῦν δὲ, ὅσον ἐς προθυμίαν, ἰοῦσιν ἐπὶ τὸ ἔργον ἤδη, συνόδου τῆσδε καὶ λόγων τῶνδε ἕνεκα, ἐπιδώσομεν εὐθὺς ἀπὸ τοῦδε τοῦ βήματος, στρατιώτῃ μὲν χιλίας καὶ πεντακοσίας δραχμὰς Ἰταλικὰς, λοχαγῷ δὲ πενταπλάσιον, καὶ χιλιάρχῃ δὲ τὸ ἀνάλογον. »

CI. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ παρασκευάσας τὸν στρατὸν ἔργῳ καὶ λόγῳ καὶ δωρεαῖς, διέλυε τὴν ἐκκλησίαν. Οἱ δὲ, ἐπιμένοντες, ἐπῄνουν ἐπιπλεῖστον αὐτόν τε καὶ Βροῦτον, καὶ περὶ σφῶν ὅσα εἰκὸς ἦν ὑπισχνοῦντο. Οἱ δὲ αὐτοῖς τὴν δωρεὰν αὐτίκα διηρίθμουν, καὶ ἕτερα ὑπὲρ αὐτὴν κατὰ προφάσεις πολλὰς τοῖς ἀρίστοις. Τοὺς δὲ λαμβάνοντας ἀεὶ κατὰ μέρη προαπέλυον ἐς Δορίσκον, καὶ αὐτοὶ μετ' ὀλίγον ἐφείποντο. Δύο δὲ ἀετοὶ, καταπτάντες ἐς τῶν σημείων δύο ἀετοὺς ἀπ' ἀργύρου πεποιημένους, ἐκόλαπτον αὐτοὺς, ἢ, ὡς ἑτέροις δοκεῖ, περιέσκεπον· καὶ παρέμενον, δημοσίας τε τροφῆς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἠξιοῦντο, μέχρι πρὸ μιᾶς τῆς μάχης ἡμέρας ἀπέπτησαν. Δύο δ' ἡμέραις τὸν Μέλανα κόλπον περιοδεύσαντες, ἐς Αἶνον ἀφίκοντο, καὶ ἐπὶ Αἴνῳ Δορίσκον τε καὶ ὅσα ἄλλα μέχρι Σερρείου ὄρους παράλια.

CII. Τοῦ δὲ Σερρείου προὔχοντος ἐς τὸ πέλαγος, αὐτοὶ μὲν ἐς τὰ μεσόγαια ἀνεχώρουν, Τίλλιον δὲ Κίμβρον μετὰ τοῦ ναυτικοῦ καὶ τέλους ὁπλιτῶν ἑνὸς καὶ

mis navalibus sociis duabusque legionibus et sagittariorum manu, ultro citroque navigantes, alio modo hostem infestant; quum nobis a tergo terra marique pacata sint omnia. Jam pecunia, quæ belli nervus a nonnullis solet vocari, istis quidem nulla est : neque persolverunt quæ promiserant exercitui, nec proventus ex proscriptionibus respondit exspectationi, quod nemo bonus prædia emere invidiosa cupit; nec aliunde admodum eis pecunia suppetit, exhausta seditionibus exactionibusque et proscriptionibus Italia. Nobis vero sedulo prospectum est, ut et nunc abunde habeamus, protinusque vobis nova etiam donativa dare possimus, et ut multæ præterea aliæ pecuniæ, a provinciis, quas a tergo reliquimus, collatæ, ad nos deferantur.

C. « Commeatus autem, quæ præcipua difficultas est in magnis exercitibus, illis ex sola Macedonia petendi sunt, regione montana, et ex non late patente Thessalia; idque terrestri subvectione, cum labore maximo : quos si ex Africa petierint aut Lucania vel Apulia, intercludent omnia Pompeius aut Murcus et Ahenobarbus. Nobis vero et jam nunc sunt, et comportantur quotidie, nullo labore, per mare, ex omnibus insulis et provinciis, quæ Thraciam interjacent et Euphratem fluvium : idque nemine prohibente, quum nihil hostile nobis a tergo sit. Itaque penes nos erit, vel cito decernere, vel trahendo bellum fame atterere hostem. Hæc talia sunt ac tanta, commilitones, quæ humana cura vobis provisa sunt. Reliqua et a vestra virtute et a diis propitiis, his consentanea, exspectanda sunt. Nos vero, sicut pro priori vestra opera vobis, quidquid polliciti eramus, persolvimus, fidemque vestram cumulatis donativis pensavimus, ita majus illud, quod instat, opus dignis præmiis, diis volentibus, prosequemur. Sed quum jam nunc, ad promtitudinem quidem quod attinet vestram, ad ipsum certamen pergatis, hujus congressus et harum vestrarum vocum causa, etiam nunc statim ab hac concione repræsentabimus militi sex millia H S., centurioni quincuplum, et tribuno pro portione. »

CI. Hæc locutus Cassius, conciliato sibi milite rebus, verbis, largitionibus, concionem dimisit. Milites autem, diu adhuc manentes, laudabant Cassium Brutumque, et strenuam eis ad omnia operam pollicebantur. Moxque imperatores donativum annumerarunt singulis, et nonnihil etiam fortissimo cuique adjecerunt, varias causas interserentes. Tum milites, ut quique priores donativum acceperant, ita præmittebantur Doriscum : et paulo post eodem imperatores secuti sunt. Eo tempore aquilæ duæ, superne demissæ, argenteas signiferorum aquilas insederunt, tundentes rostris, vel, ut alii tradunt, alis protegentes : permanseruntque apud agmen, alentibus imperatoribus ex publico; ac pridie demum quam pugna commissa est, avolarunt. Agmen, intra biduum per oram sinus Melanis circumductum, Ænum pervenit, et inde Doriscum, aliaque maritima oppida usque Serrium promontorium.

CII. Ibi, quoniam in mare protenditur Serrium, ad mediterranea Cassius Brutusque deflexerunt. Tillium vero Cimbrum, cum classe legioneque una et nonnullis sagitta-

τοξοτῶν τινῶν τὴν ἀκτὴν περιπλεῖν ἔπεμπον· ἣ πάλαι μὲν ἦν ἐρημοτάτη, καίπερ εὔγεως οὖσα, τῶν Θρᾳκῶν οὔτε θαλάσσῃ χρωμένων, οὔτε ἐς τὰ παράλια κατιόντων, ὑπὸ δέους τῶν ἐπιπλεόντων· Ἑλλήνων δ' αὐτήν, ἑτέρων τε καὶ Χαλκιδέων, καταλαβόντων, καὶ θαλάσσῃ χρωμένων, ἤνθει ταῖς ἐμπορίαις καὶ γεωργίαις, χαιρόντων σφίσι καὶ τῶν Θρᾳκῶν διὰ τὴν τῶν ὡραίων ἄμειψιν· μέχρι Φίλιππος ὁ Ἀμύντου τούς τε ἄλλους καὶ Χαλκιδέας ἀνέστησεν, ὡς μηδὲν ἔτι πλὴν οἰκόπεδα μόνον ἱερῶν ὁρᾶσθαι. Τήνδε οὖν τὴν ἀκτήν, αὖθις ἔρημον οὖσαν, ὁ Τίλλιος παραπλέων, ὥς οἱ πρὸς τῶν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον εἴρητο, στρατοπέδοις ἐπιτήδεια χωρία ἀνεμέτρει καὶ διέγραφε, καὶ ταῖς ναυσὶ κατὰ μέρη πρόσπλουν, ἵν' οἱ περὶ τὸν Νωρβανόν, ὡς ἀχρεῖον ἔτι τὸ τηρεῖν, τὰ στενὰ ἐκλίποιεν. Καὶ ἐγένετο μέν, ὡς προσεδόκησαν. Ὑπὸ γὰρ τῆς φαντασίας τῶν νεῶν ὁ Νωρβανὸς ἐπὶ τῶν Σαπαίων στενῶν ἐθορυβήθη, καὶ ἐκάλει Δεκίδιον ἐκ τῶν Κορπίλων κατὰ σπουδὴν ἐπικουρεῖν οἱ· καὶ ἐπεκούρει. Τὰ δὲ τῶν Κορπίλων στενὰ ἐκλειφθέντα οἱ περὶ τὸν Βροῦτον διώδευον.

CIII. Ἐκφανείσης δὲ τῆς ἐνέδρας, ὁ Νωρβανὸς καὶ ὁ Δεκίδιος τὰ Σαπαίων κατεῖχον ἰσχυρῶς. Καὶ πάλιν ἦν ἄπορα τοῖς ἀμφὶ τὸν Βροῦτον· ἀθυμία τε ἐνέπιπτε, μὴ δέοι σφᾶς ἧς ὑπερεωράκεσαν περιόδου νῦν ἄρχεσθαι, καὶ ἀνακυκλεύειν τὰ ἠνυσμένα, ὀψὲ καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῆς ὥρας γεγονότων. Ὧδε δὲ αὐτοῖς ἔχουσιν ὁ Ῥασκούπολις ἔφη, περίοδον εἶναι παρ' αὐτὸ τὸ τῶν Σαπαίων ὄρος, ἡμερῶν τριῶν, ἄβατον μὲν ἀνθρώποις ἐς τὸ νῦν, ὑπό τε κρημνῶν καὶ ἀνυδρίας καὶ ὕλης πυκνῆς· ἢν δὲ ἐθέλωσιν ὕδωρ τε ἐπάγεσθαι, καὶ ὁδοποιεῖν στενὴν καὶ αὐτάρκη δίοδον, οὐ γνωσθήσεσθαι μὲν διὰ τὴν συνηρεφίαν οὐδὲ οἰωνοῖς· τῇ τετάρτῃ δὲ ἐπὶ Ἀρπησσὸν ποταμὸν ἥξειν, ἐκπίπτοντα ἐς τὸν Ἕβρον, ὅθεν ἡμέρας ἔτι μιᾶς ἐν Φιλίπποις ἔσεσθαι, τοὺς πολεμίους περιλαβόντας, ὡς ἀπειλῆφθαι τέλεον αὐτούς, καὶ οὐδὲ ἀναχώρησιν ἕξειν. Τοῖς δὲ ἐδόκει τὰ λεγόμενα, τῆς τε ἄλλης ἀπορίας οὕνεκα, καὶ ἐλπίδι μάλιστα τοῦ περιλήψεσθαι τοσόνδε στρατὸν πολεμίων.

CIV. Προπέμπουσιν οὖν μέρος, Λευκίῳ Βύβλῳ παραδόντες, ὁδοποιεῖν μετὰ τοῦ Ῥασκουπόλιδος. Οἱ δ', ἐπιμόχθως μέν, ὅμως δὲ ἔπραττον αὐτό, μετὰ ὁρμῆς καὶ προθυμίας· καὶ μᾶλλον, ἐπεί τινες αὐτοῖς προπεμφθέντες ἐπανῆλθον, ἰδεῖν τὸν ποταμὸν ἐξ ἀπόπτου λέγοντες. Τῇ δὲ τετάρτῃ κάμνοντες ὑπό τε κόπου καὶ δίψους, ἐπιλιπόντος ἤδη τι καὶ τοῦ ὕδατος ὃ ἐπήγοντο, ἀνέφερον, ὅτι τριήμερον σφίσι τὸ ἄνυδρον ἐλέγετο εἶναι, καὶ ἐν φόβῳ πανικῷ περὶ ἐνέδρας ἐγίγνοντο· οὐκ ἀπιστοῦντες μὲν τοῖς προπεμφθεῖσι, τὸν ποταμὸν ἰδεῖν, ἡγούμενοι δὲ ἑτέραν ἄγεσθαι. Καὶ ἠθύμουν, καὶ ἐβόων, καὶ τὸν Ῥασκούπολιν, ὅτε ἴδοιεν περιθέοντα καὶ παρακαλοῦντα, ἐλοιδόρουν καὶ ἔβαλλον. Βύβλου δὲ αὐτοὺς ἱκετεύοντος ἐκπονῆσαι τὰ λοιπὰ μετ' εὐφημίας, ὁ ποταμὸς περὶ ἑσπέραν ἑωρᾶτο τοῖς πρώτοις· καὶ βοῆς (ὡς εἰκὸς) λαμπρᾶς ἐπὶ τῇ χαρᾷ γενομένης, ἡ βοή,

riis, oram legere jusserunt. Ea ora, quamvis culturæ apta, olim quidem fuerat desertissima; quod Thraces abstinerent a mari, neque ad littora descenderent metu incursationum, quæ a præternavigantibus fieri possent: deinde a Chalcidensibus aliisque Græcis rei maritimæ assuetis occupata, floruerat agricultura simul et exterorum commerciis; gaudentibus quoque ea re Thracibus, propter opportunam fructuum æstivorum permutationem : ad extremum vero Philippus, Amyntæ filius, cum Chalcidenses tum cæteros inde rursus ejecit, ut nihil aliud jam præter templorum ruinas ibi conspiceretur. Hanc igitur oram rursus desertam Cimber legens, quemadmodum ei a Cassio Brutoque fuerat mandatum, opportuna castris loca dimetiebatur et designabat, itidemque stationes aliquot navibus; quo fore sperabant, ut Norbaniani, servare fauces jam supervacuum ducentes, inde abscederent: quod et factum est. Norbanus enim, quamprimum classis in eis locis conspecta est, faucibus Sapæorum timens, vocavit ad se Decidium e Corpilis, ut propere sibi succurreret. Qui postquam cum illo se conjunxit, per relictas Corpilorum fauces Brutus Cassiusque transierunt.

CIII. Eo dolo deprehenso, Norbanus Decidiusque Sapæas fauces tanto validius obtinuerunt : et rursus ademtus est Cassianis transitus, simulque conciderunt eis animi, timentibus ne jam oporteat dispendiosam illam viam inire, quam contemserant, et iter emensum repetere, urgente jam tempore, et æstate ad exitum properante. Ita sollicitis Rascupolis indicavit, « esse circuitum præter ipsum Sapæorum montem dierum trium, inaccessum quidem hominibus ad eum diem, ob rupes et aquæ inopiam saltusque densissimos : sed, quod si non pigeat aquam secum ferre, et viam angustam munire quantum sufficiat ad transitum, non fore conspicuos ne avibus quidem propter condensitatem arborum; quarto vero die venturos ad Harpessum fluvium, qui in Hebrum incidit : inde Philippos iter esse unius adhuc diei, quo ubi pervenerint, circumventuros hostem, ut nullum ei pateat effugium. » Placuit hoc consilium, cum quod non aliud melius aliunde suppetebat, tum maxime propter spem tantas hostium copias circumveniendi.

CIV. Itaque partem quamdam copiarum, L. Bibulo duce, præmittunt una cum Rascupolide, qui viam munirent. Illi magno quidem labore, sed impigre et alacriter, perfecerunt mandatum; tantoque magis, postquam longius præmissi nonnulli redierant nunciantes, se ex editiore loco vidisse eminus fluvium. Quarto vero die, fessi labore ac siti, jam deficiente quoque quam secum tulerant aqua, reputabant prædictam sibi in triduum tantummodo aquæ inopiam; consternatique subito, insidias suspicabantur, non quod non crederent nunciantibus visum fluvium, sed quod in aliam partem se ductos esse putarent. Itaque mœstos clamores edebant, et Rascupolim, quoties circumcursantem hortantemque viderent, saxis petebant et conviciis. Bibulo autem rogante suppliciter, ut perdurarent bonis avibus; circa vesperam a primo agmine conspectus est fluvius : conclamatumque, ut par erat, maximis vocibus præ gaudio;

μεταλαμβανόντων αὐτὴν τῶν κατόπιν ἑξῆς, ἐπὶ τοὺς ὑστάτους περιῄει. Βροῦτος δὲ καὶ Κάσσιος, ἐπεὶ ἔμαθον, ἵεντο αὐτίκα δρόμῳ, διὰ τῆς τετμημένης τὸν ἄλλον στρατὸν ἄγοντες. Οὐ μὴν ἔλαθόν γε τοὺς πολεμίους ἐς τέλος, οὐδὲ περιέλαβον αὐτούς. Ὁ γάρ τοι Ῥάσκος, ὁ ἀδελφὸς τοῦ Ῥασκουπόλιδος, ἐκ τῆς βοῆς ὑπονοήσας, ἐσκέψατο· καὶ τὸ γιγνόμενον ἰδὼν, ἐθαύμασε μὲν ὁδὸν ἄνυδρον ἐλθόντος στρατοῦ τοσοῦδε, ἣν οὐδὲ θηρίον ᾤετο ὁδεύσειν διὰ τοιᾶσδε ὕλης· καὶ ἀνήγγειλε τοῖς ἀμφὶ τὸν Νωρβανόν. Οἱ δὲ νυκτὸς ἔφευγον ἐκ τῶν Σαπαίων ἐπ' Ἀμφιπόλεως. Καὶ οἱ Θρᾷκες ἄμφω διὰ στόματος ἦσαν ἐν τοῖς στρατοῖς· ὁ μὲν, ἀγνοουμένην ἀγαγών· ὁ δ', οὐκ ἀγνοήσας.

CV. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Βροῦτον ἐκ παραλόγου τόλμης ἐς Φιλίππους παρῆλθον, ἔνθα αὐτοῖς καὶ ὁ Τίλλιος ἐπικατήχθη, καὶ πᾶς ὁ στρατὸς συνεληλύθει. Οἱ δὲ Φίλιπποι, πόλις ἐστὶν, ἣ Δάτος ὠνομάζετο πάλαι καὶ Κρηνίδες ἔτι πρὸ Δάτου· κρῆναι γάρ εἰσι περὶ τῷ λόφῳ ναμάτων πολλαί. Φίλιππος δὲ, ὡς εὐφυὲς ἐπὶ Θρᾷκας χωρίον, ὠχύρωσέ τε, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ Φιλίππους προσεῖπεν. Ἔστι δὲ ἡ πόλις ἐπὶ λόφου περικρήμνου, τοσαύτη τὸ μέγεθος, ὅσον ἐστὶ τοῦ λόφου τὸ εὖρος. Ἔχει δὲ πρὸς μὲν ἄρκτῳ δρυμοὺς, δι' ὧν ὁ Ῥασκούπολις ἤγαγε τοὺς ἀμφὶ τὸν Βροῦτον· πρὸς δὲ τῇ μεσημβρίᾳ ἕλος ἐστὶ, καὶ θάλασσα μετ' αὐτό· κατὰ δὲ τὴν ἕω, τὰ στενὰ τὰ Σαπαίων τε καὶ Κορπίλων· ἐκ δὲ τῆς δύσεως, πεδίον μέχρι Μουρκίνου τε καὶ Δραβίσκου καὶ ποταμοῦ Στρυμόνος, τριακοσίων που καὶ πεντήκοντα σταδίων, εὔφορον πάνυ καὶ καλόν. Ἔνθα καὶ τὸ πάθος τῇ Κόρῃ φασὶν ἀνθιζομένῃ γενέσθαι, καὶ ποταμός ἐστι Ζυγάκτης, ἐν ᾧ τοῦ θεοῦ περῶντος τὸ ἅρμα τὸν ζυγὸν ἆξαι λέγουσι, καὶ τῷ ποταμῷ γενέσθαι τὸ ὄνομα. Κατωφερὲς δ' ἐστὶ τὸ πεδίον, ὡς ἐπιδέξιον μὲν εἶναι τοῖς ἄνωθεν ὁρμῶσιν ἐκ τῶν Φιλίππων, ἄναντες δὲ τοῖς ἐξ Ἀμφιπόλεως βιαζομένοις.

CVI. Φιλίππων μὲν οὖν ἐστιν ἕτερος λόφος οὐ μακρὰν, ὃν Διονύσου λέγουσιν, ἐν ᾧ καὶ τὰ χρυσεῖά ἐστι, τὰ Ἄσυλα καλούμενα. Ἀπὸ δὲ Φιλίππων δέκα σταδίους προελθόντι, δύο εἰσὶν ἄλλοι λόφοι, Φιλίππων μὲν αὐτῶν ὅσον ὀκτωκαίδεκα σταδίους ἀφεστῶτες, ἀλλήλων δὲ ὅσον ὀκτώ· ἐν οἷς ἐστρατοπέδευσαν, Κάσσιος μὲν ἐπὶ τοῦ πρὸς μεσημβρίαν, Βροῦτος δὲ ἐπὶ τοῦ βορείου. Καὶ, τῶν ἀμφὶ τὸν Νωρβανὸν ὑποχωρούντων, οὐκέτι προῄεσαν. Ἀντώνιόν τε γὰρ ἐπυνθάνοντο πλησιάζειν, Καίσαρος ὑπολελειμμένου διὰ νόσον ἐν Ἐπιδάμνῳ· καὶ τὸ πεδίον ἦν ἐναγωνίσασθαι καλὸν, καὶ οἱ κρημνοὶ στρατοπεδεῦσαι. Τὰ γὰρ ἑκατέρωθεν αὐτῶν, τῇ μὲν ἦν ἕλη καὶ λίμναι μέχρι τοῦ Στρυμόνος, τῇ δὲ τὰ στενὰ καὶ ἄτριβῆ καὶ ἀνόδευτα· τὸ δὲ μέσον τῶν λόφων, τὰ ὀκτὼ στάδια, δίοδος ἦν ἐς τὴν Ἀσίαν τε καὶ Εὐρώπην, καθάπερ πύλαι· καὶ αὐτὰ διετείχισαν ἀπὸ χάρακος ἐς χάρακα, καὶ πύλας ἐν μέσῳ κατέλιπον, ὡς ἓν εἶναι τὰ δύο στρατόπεδα. Ἦν δὲ καὶ παρ' αὐτὸ ποταμὸς, ὃν Γάγγαν τι-

clamorem proximis ad postremum usque agmen excipientibus. His cognitis Brutus Cassiusque raptim per apertam ab illis viam reliquum traduxerunt exercitum. Nec tamen hostem hoc iter, omnino fefellit, nec circumventus est. Nam Rascus, frater Rascupolidis, ex clamore suspicatus rem, exploravit: utque vidit factum, miratus, per squalentem ariditate viam, quam ne feræ quidem putaverat propter tales saltus perviam, tantas transisse copias, renunciavit Norbano omnia. Et Norbanus cum suis noctu e Sapæis fugit versus Amphipolim. Et ambo Thraces celebrabantur in exercitibus; alter, quod per ignotas vias duxerit, alter, quod eum id non latuerit.

CV. Sic Brutus et Cassius mirifica audacia Philippos pervenere: eodemque et Cimber cum classe advectus est, et omnes copiæ convenerunt. Est autem Philippi eadem urbs, cui olim Datus nomen fuerat, et prius etiam Crenides, quod κρῆναι, id est, fontes crebri circa eum tumulum scaturiant. Hunc locum, ut opportunum adversus Thracas, Philippus munierat, et de suo nomine Philippos appellaverat. Sita est urbs in prærupto tumulo, totam tumuli latitudinem occupans. Habet a septentrione saltus, per quos exercitum Cassianum traduxit Rascupolis: versus meridiem palus est, ad mare usque pertinens: versus orientem vero fauces et Sapæorum et Corpilorum: ex occidentali latere campi patent usque Murcinum Drabiscumque oppida et Strymonem fluvium, per XLIV passuum millia, fertiles admodum et amœni. Quibus in campis rapta etiam fertur Proserpina, dum flores legeret; estque ibidem Zygactes amnis, in cujus trajectu aiunt Plutonem fregisse currus jugum, et ab eo casu Græcos nomen amni indidisse. Est autem declivis ea planities, ut commoda sit descendentibus a Philippis, ardua vero ab Amphipoli ascendentibus.

CVI. Non longe a Philippis abest alius tumulus, quem Bacchi tumulum dicunt: in eo sunt aurifodinæ, quas Asyla vocant. Inde ad MCC passus progressis offerunt se alii duo tumuli, distantes a Philippis MMCC, a se invicem vero M passus. In illis tumulis castra metati sunt: Cassius in eo, qui ad meridiem vergit, Brutus in septentrionali. Nec amplius Norbanum cedentem persecuti sunt. Nunciabatur enim, appropinquare Antonium, Cæsare morbi causa Epidamni relicto: et erat ea planities aptissima committendo prælio, sicut prærupti illi colles castris metandis. Nam ex altero latere paludes stagnaque habebant usque Strymonem fluvium, ex altero fauces, et juxta illas saltus nullis callibus pervios. Medium inter tumulos mille passuum spatium, transitus erat Asiam ex Europa petentibus, quasi porta quædam: in eo transversum murum a castris ad castra, relicta in medio porta, exstruxerunt, ut bina castra essent conjuncta. Præterfluebat et amnis, quem Gangam alii, alii

νὲς, οἱ δὲ Γαγγίτην λέγουσι, καὶ θάλασσα ὄπισθεν, ἐν ᾗ καὶ τὰ ταμιεῖα καὶ ἐνορμίσματα ἔμελλον ἕξειν. Θάσον μὲν δὴ ταμιεῖον, ἀπὸ ἑκατὸν σταδίων οὖσαν, ἐτίθεντο· ἐνόρμισμα δὲ ταῖς τριήρεσι Νέαν πόλιν, ἀπὸ ἑβδομήκοντα σταδίων. Οἱ μὲν δὴ, χαίροντες τῷ χωρίῳ, τὰ στρατόπεδα ὠχύρουν.

CVII. Ἀντώνιος δὲ ὥδευε μὲν σὺν τῷ στρατῷ μετ' ἐπείξεως, τὴν Ἀμφίπολιν ἐθέλων ἐς τὴν ὑπηρεσίαν τῆς μάχης προλαβεῖν. Ὡς δὲ αὐτὴν εὗρεν ὠχυρωμένην οἱ πρὸς τῶν ἀμφὶ τὸν Νωρβανὸν, ἥσθη, καὶ τὴν παρασκευὴν ἐν αὐτῇ κατέλιπε μεθ' ἑνὸς τέλους, οὗ Πινάριος ἡγεῖτο· αὐτὸς δὲ μάλα θρασέως πολὺ προελθὼν, ἐστρατοπέδευεν ἐν τῷ πεδίῳ, σταδίους ὀκτὼ μόνους ἀποσχὼν ἀπὸ τῶν πολεμίων. Καὶ εὐθὺς ἦν κατάδηλος ἡ τῶν στρατοπέδων ἐλάττωσίς τε καὶ πλεονεξία. Οἱ μὲν γὰρ ἦσαν ἐπὶ κολωνῷ, οἱ δὲ ἐν πεδίῳ· καὶ οἱ μὲν ἐξυλεύοντο ἀπὸ τῶν ὀρῶν, οἱ δ' ἀπὸ τοῦ ἕλους· καὶ ὑδρεύοντο οἱ μὲν ἐκ ποταμοῦ, οἱ δ' ἐκ φρεάτων ὧν αὐτίκα ὠρωρύχεισαν· τήν τε ἀγορὰν οἱ μὲν ἀπὸ ὀλίγων σταδίων ἐπήγοντο ἐκ Θάσου, οἱ δὲ ἀπὸ πεντήκοντα καὶ τριακοσίων ἐξ Ἀμφιπόλεως. Ἐδόκει γε μὴν ἐξ ἀνάγκης ὁ Ἀντώνιος ὧδε πρᾶξαι, κολωνοῦ μὲν οὐδενὸς ὄντος ἑτέρου, τὸ δ' ἄλλο πεδίον οἷα κοιλότερον ἐκλιμνάζοντος ἐνίοτε τοῦ ποταμοῦ· παρ' ὃ καὶ τὰς πηγὰς τῶν ὀρυσσομένων φρεάτων γλυκείας τε καὶ δαψιλοῦς ὕδατος εὕρισκε. Τό γε μὴν τόλμημα, εἰ καὶ ἐξ ἀπορίας ἐγένετο, κατέπλησσε τοὺς πολεμίους, ἐγγὺς οὕτω καὶ εὐθὺς ἐξ ἐφόδου σὺν καταφρονήσει παραστρατοπεδεύσαντος. Φρούριά τε ἤγειρον πολλὰ, καὶ πάντα κατὰ σπουδὴν ὠχύρουν τάφροις καὶ τείχεσι καὶ χαρακώμασιν. Ὠχύρουν δὲ καὶ οἱ πολέμιοι ὅσα αὐτοῖς ἐνέλιπεν. Ὁ δὲ Κάσσιος, τὴν ὁρμὴν τοῦ Ἀντωνίου μανιώδη οὖσαν ὁρῶν, διετείχιζεν ὃ ἔτι μόνον αὐτοῖς ἔλειπεν ἐς τὸ ἕλος ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, διὰ στενότητα ὑπεροφθέν· ὡς μηδὲν ἔτι ἀτείχιστον εἶναι, πλὴν κατὰ πλευρὰς Βρούτῳ μὲν τὰ ἀπόκρημνα, Κασσίῳ δὲ τὸ ἕλος, καὶ τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῷ ἕλει· τὰ δὲ ἐν μέσῳ πάντα διείληπτο τάφρῳ καὶ χάρακι καὶ τείχει καὶ πύλαις.

CVIII. Οὕτω μὲν ὠχυροῦντο αὐτῶν ἑκάτεροι· καὶ ἐν τοσούτῳ μόνοις ἱππεῦσι καὶ ἀκροβολισμοῖς ἐπειρῶντο ἀλλήλων. Ὡς δὲ ἐξείργαστο πάντα ὅσα ἐπενόουν, καὶ ὁ Καῖσαρ ἀφῖκτο, οὔπω μὲν ἐρρωμένος ἐς μάχην, φορείῳ δὲ ἐπὶ τὰς συντάξεις τοῦ στρατοῦ κομιζόμενος· οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Καίσαρα εὐθὺς ἐξέτασσον ἐς μάχην· οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Βροῦτον ἀντεξέτασσον μὲν ἐπὶ τῶν ὑψηλοτέρων, οὐ κατῄεσαν δέ. Οὐ γὰρ ἐγνώκεσαν ἐς τὴν μάχην ἐπείγεσθαι, ταῖς ἀγοραῖς ἐλπίζοντες ἐκτρύσειν τοὺς πολεμίους. Ἦν δὲ τὰ μὲν πεζὰ ἑκατέροις ἐννεακαίδεκα ὁπλιτῶν τέλη, τοῖς μὲν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον ἐνδέοντα τοῖς ἀριθμοῖς, τοῖς δ' ἀμφὶ τὸν Καίσαρα καὶ ἐπλεόναζον ἑκατέρωθεν. Ἱππεῖς δὲ, ἅμα τοῖς ἑκατέρων Θρακίοις, ἦσαν Καίσαρι μὲν καὶ Ἀντωνίῳ μύριοι καὶ τρισχίλιοι, Βρούτῳ δὲ καὶ Κασσίῳ δισμύριοι. Ὥστε πλήθει μὲν ἀνδρῶν, καὶ θράσει καὶ ἀρετῇ στρατηγῶν, καὶ ὅπλοις

Gangiten appellant: et a tergo mare erat, tutam stationem classi et castris commeatus præbiturum. Thasum insulam, paulo amplius XII millia passuum distantem, habebant pro horreo: triremes ad IX millia in portu Neapolitano collocarunt. Hac opportunitate locorum læti Cassius Brutusque castra communiebant.

CVII. Antonius interim cum exercitu raptim iter faciebat, ut Amphipolim occuparet, quam sedem belli erat facturus. Quam ubi jam a Norbano, ut sibi venienti esset receptaculo, munitam invenit, gavisus, apparatum in ea reliquit, cum una legione præsidaria præfectoque Pinario: ipse, admodum audenter multum progressus, castra metatus est in plano, diremta ab hoste mille tantum passuum spatio. Statimque apparuit, quanto potior esset Cassianorum quam Antonianorum castrorum conditio. Illi in colle erant, hi in planitie: lignabantur illi e montibus, hi e palustribus: illi aquabantur e fluvio, hi et puteis quos statim effoderant: commeatus illi a propinqua Thaso advehebant, hi ab Amphipoli per viam amplius XL [XXX?] millium passuum. Videtur tamen necessitate coactus fecisse id Antonius, præoccupatis jam ab hoste collibus, reliqua vero planitie humili, et stagnante interdum aquis fluvii; quapropter etiam in effossis puteis fontes copiosi aquæ dulcis inveniebantur. Sed ea audacia certe, quamvis a necessitate profecta, terruit hostes, castra ex itinere statim tam propinquo loco contemtim posita considerantes. Castris positis, Antoniani castella plurima excitarunt, ex summa celeritate fossis, muris, vallis omnia communierunt. Simul hostes quidquid munitionum necdum omnino perfectum erat, absolvebant: et Cassius, insanum videns Antonii impetum, spatium angustum inter paludem et sua castra, quod solum adhuc supererat, ob ipsam angustiam neglectum, muro intercepit, ne quid immunitum esset. Itaque quum a latere castra Bruti rupibus, Cassiana vero palude marique deinceps essent protecta, cætera in medio omnia fossa valloque et muris ac portis intersepta erant.

CVIII. Hæ fuere utrinque castrorum ad Philippos munitiones: in quibus absolvendis dum occupantur, velitationibus tantum et equitum excursionibus utrinque faciebant virtutis periculum. Ut vero suprema operibus manus est imposita, et Cæsar quoque advenit, nondum quidem ad pugnam satis validus, sed ita tamen ut lectica circumferri circa ordines posset, Cæsariani statim explicarunt aciem. Ex adverso Brutus Cassiusque suos instruxerunt quidem in editiore loco, sed non descenderunt: non placebat enim prælio decernere, quod sperarent, hostem inopia commeatuum posse confici. Erat autem numerus copiarum, legiones pariter utrimque undeviginti; sed in Bruti quidem Cassiique exercitu, non satis illæ suis numeris completæ; in Cæsaris vero et Antonii abundantes etiam numero. Equitum vero, adjunctis utrimque Thracum auxiliis, Antonius cum Cæsare habebat XIII millia: Brutus et Cassius XX M. Itaque multitudine virorum, audacia virtuteque imperato-

καὶ παρασκευῇ, λαμπροτάτην ἑκατέρων παράταξιν ὀφθῆναι· ἄπρακτον δὲ ἐς πολλὰς ἡμέρας, οὐκ ἐθελόντων συμπλέκεσθαι τῶν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον, ἀλλὰ ταῖς ἀγοραῖς προεκτρύχειν τοὺς πολεμίους· αὐτοὶ μὲν ἔχοντες Ἀσίαν χορηγὸν, καὶ ἐκ ἐγγίονος πάντα διὰ θαλάσσης ποριζόμενοι, τοῖς δὲ πολεμίοις οὐδὲν ὂν δαψιλὲς οὐδὲ οἰκεῖον· οὔτε γάρ τι δι' ἐμπόρων ἀπ' Αἰγύπτου λαβεῖν εἶχον, ὑπὸ λιμοῦ τῆς χώρας δεδαπανημένης· οὔτε ἐξ Ἰβηρίας ἢ Λιβύης, διὰ Πομπήϊον, οὔτε ἐκ τῆς Ἰταλίας, διὰ Μοῦρκον καὶ Δομίτιον. Οὐκ ἐς πολὺ δ' αὐτοῖς ἔμελλον ἀρκέσειν Μακεδονία τε καὶ Θεσσαλία, μόναι σφίσιν ἐν τῷ τότε χορηγοῦσαι.

CIX. Ὧν οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον ἐνθυμούμενοι μάλιστα, διέτριβον. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, αὐτὰ δεδιὼς, ἔγνω βιάσασθαι τοὺς ἄνδρας ἐς μάχην· καὶ ἐπενόησεν εἰ δύναιτο βάσιμον τὸ ἕλος ἐργάσασθαι λαθὼν, ἵνα, κατόπιν τῶν ἐχθρῶν ἔτι ἀγνοούντων γενόμενος, τὴν ἀγορὰν σφᾶς ἀφέλοιτο τὴν ἀπὸ τῆς Θάσου κομιζομένην. Ἐκτάσσων οὖν αὖθις ἑκάστοτε ἐς μάχην τὰ σημεῖα τοῦ στρατοῦ πάντα, ἵνα ὅλος ἐκτετάχθαι νομίζοιτο, μέρει τινὶ νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἔκοπτεν ἐν τῷ ἕλει δίοδον στενὴν, κείρων τε τὸν δόνακα, καὶ χῶμα ἐπιβάλλων, καὶ λίθους ἑκατέρωθεν, ἵνα μὴ τὸ χῶμα διαπίπτοι, τὰ δὲ βαθέα διεσταύρου καὶ ἐγεφύρου μετὰ σιωπῆς βαθυτάτης. Ἀφῄρητο δὲ τὴν ὄψιν τοῦ ἔργου τοὺς πολεμίους ὁ πεφυκὼς ἔτι δόναξ ἀμφὶ τῇ διόδῳ. Δέκα δ' ἡμέρας ἐργασάμενος ὧδε, ἐσέπεμψε λόχους ὀρθίους νυκτὸς ἄφνω, καὶ τὰ ἐρυμνὰ τῶν ἐντὸς κατέλαβε, καὶ ἐχαράκωσε φρούρια ὁμοῦ πολλά. Ὁ δὲ Κάσσιος κατεπλάγη μὲν τοῦ ἔργου τὴν ἐπίνοιάν τε καὶ κλοπήν· ἀντεπινοῶν δὲ ἀποτεμέσθαι τὰ φρούρια τὸν Ἀντώνιον, διετείχιζε καὶ αὐτὸς ἐπικάρσιον τὸ ἕλος ἅπαν, ἀρχόμενον ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου μέχρι τῆς θαλάσσης, κόπτων ὁμοίως, καὶ γεφυρῶν, καὶ τὸν χάρακα τοῖς στεριφώμασιν ἐπιτιθεὶς, καὶ τὴν ὑπὸ Ἀντωνίου γεγενημένην δίοδον ἀπολαμβάνων, ἵνα μήτε ἐκδραμεῖν ἐς αὐτὸν οἱ ἔνδον ἔτι δυνηθεῖεν, μήτε ἐκεῖνος αὐτοῖς ἐπιβοηθεῖν.

CX. Ταῦτα δὲ ὁ Ἀντώνιος ἰδὼν περὶ μεσημβρίαν, ὡς εἶχεν αὐτίκα σὺν ὁρμῇ τε καὶ ὀργῇ τὸν στρατὸν ἴδιον, ἐπὶ θάτερα τεταγμένον, ἦγεν ἐπιστρέφων ἐς τὸ διατείχισμα τοῦ Κασσίου, μεταξὺ τοῦ ἕλους καὶ τοῦ στρατοπέδου, σιδήρια φέρων καὶ κλίμακας, ὡς ἐξελὼν αὐτὸ, καὶ παροδεύσων ἐς τὸ τοῦ Κασσίου στρατόπεδον. Γιγνομένου δὲ αὐτῷ τοῦ δρόμου σὺν τόλμῃ πλαγίου τε καὶ πρὸς ἄναντες, κατ' αὐτὸ δὴ τὸ μεταίχμιον τῶν στρατιῶν ἑκατέρων, περιήλγησαν οἱ τοῦ Βρούτου στρατιῶται ἐπὶ τῇ ὕβρει, ὧδε μάλα θρασέως αὐτοὺς ὄντας ἐνόπλους ἐχθρῶν διαθεόντων· καὶ ἐπέδραμον αὐτοῖς αὐτοκέλευστοι, πρό τινος ἐκ τῶν ἡγεμόνων ἐπιτάγματος, καὶ ἔκτεινον οἷα πλαγίους ἀθρόως οὓς καταλάβοιεν. Ἀρξάμενοι δ' ἅπαξ ἔργου, καὶ τῷ Καίσαρος στρατῷ, τεταγμένῳ μάλιστα κατὰ σφᾶς, ἐπέδραμον· καὶ τρέψαντες ἐδίωκον, μέχρι καὶ τὸ στρατόπεδον ἐξεῖλον, ὃ κοινὸν ἦν Ἀντωνίῳ τε καὶ Καίσαρι· Καίσαρος αὐτοῦ δι'

rum, armis et apparatu, pulcherrimum utraque acies spectaculum præbuit: sed utraque per multos continuos dies otiosa stabat, Cassianis prælium detrectantibus, et difficultate annonæ hostem fatigare cupientibus; quum ipsis ex Asia omnia suppeterent, et ex propinquo per mare subveherentur, hostes in regione infesta laborarent inopia. Hi enim neque per mercatores accipere ex Ægypto quidquam poterant, fame tunc oppressa: neque ex Hispania aut Africa Pompeius, neque ex Italia Murcus et Ahenobarbus sinebant commeatus advehi; Macedonia vero Thessaliaque non diu sufficere poterant, quæ tum solæ alebant exercitum.

CIX. Id maxime respicientes Cassius Brutusque, bellum ducebant. Idemque ipsum Antonius veritus, statuit eos ad pugnam cogere: cogitavitque, num posset clam per paludem viam efficere, ut hostibus a tergo commeatuum ex Thaso subvectionem intercluderet. Productis igitur rursus quotidie in aciem signis omnibus, ut videretur adesse totus exercitus, deducta inde parte, noctes atque dies aperiebat in palude angustum transitum: detondens arundines, et aggerem excitans, lapidibus utrimque ne dilaberetur munitum, profundiora sternens subliciis pontibus, per summum silentium; conspectum enim hostibus adimebant arundines relictæ circa transitum. In hoc opus insumtis decem diebus, noctu cohortes ordinibus in longitudinem directis, misit intro: quæ, occupatis ulterioribus locis aliquot natura munitis, complura castella ibi eodem tempore vallarunt. Ad id commentum, tam bene dissimulatum, Cassius obstupuit: et ut arte artem illuderet, exclusurus ab eis castellis Antonium, transversum septum egit per totam paludem a castris usque ad mare; ad imitationem alterius operis cædens arundines, pontes sternens, firmum jaciens aggerem, valloque eumdem muniens; atque ita viam ab Antonio patefactam interrumpens, ut nec qui transierant recipere se possent, nec submitti possent eis auxilia.

CX. Quod ubi circa meridiem intellexit Antonius, e vestigio confestim cum impetu et ira exercitum suum, in diversa parte tunc in acie stantem, convertit, et adversus Cassii munitionem eam, quæ a castris ad paludem pertinebat, duxit; ferramentisque et scalis, quas suos secum ferre jusserat, munitionem illam expugnare, ad ipsaque Cassii castra penetrare paravit. Quibus tam insolenter adverso clivo transversim per ipsum quod utramque aciem dirimebat spatium currentibus, indignati Bruti milites, et ignominiosum rati, si viri armati adversarios ita impune præter ora sua sinerent transcurrere; proprio motu, non exspectato ducum imperio, irruerunt in eos ex latere; magnoque numero, quotquot assequi poterant, conciderunt. Commissoque semel prælio, mox Cæsaris aciem, quæ ex adverso ipsorum potissimum stabat, adorti, in fugam verterunt; persecutique castris etiam potiti sunt, quæ Cæsari communia fuerant cum Antonio: in quibus commode tunc

ἐνύπνιον ἔνδον οὐκ ὄντος, ἀλλὰ φυλαξαμένου τὴν ἡμέραν, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν ἔγραψεν.

CXI. Ὁ δὲ Ἀντώνιος ὁρῶν τὴν μάχην συνεῤῥωγυῖαν, ἥσθη μὲν ὡς ἀναγκάσας· πάνυ γὰρ ἐπὶ ταῖς ἀγοραῖς ἐδεδίει· ἀναστρέφειν δὲ εἰς τὸ πεδίον οὐκ ἔκρινε, μὴ τὴν φάλαγγα ἀνελίσσων ταράξειεν. Ὡς ἀρξάμενος δ' εἶχεν ὁρμῆς, ἐχεῖτο δρόμῳ, καὶ ἀνέβαινε, βαλλόμενός τε, καὶ χαλεπῶς· μέχρι βιαζόμενος ἐνέκυρσε τῇ φάλαγγι τῇ Κασσίου, τὴν τάξιν τὴν δεδομένην φυλασσούσῃ, καὶ τὸ γιγνόμενον ὡς ἄλογον καταπεπληγμένῃ. Ῥήξας δ' αὐτὴν ὑπὸ τόλμης, ἐπὶ τὸ διατείχισμα ὥρμα τὸ μεταξὺ τοῦ τε ἕλους καὶ τοῦ στρατοπέδου, τόν τε χάρακα ἀνασπῶν, καὶ τὴν τάφρον ἐγχωννύς, καὶ τὸ οἰκοδόμημα ὑπορύσσων, καὶ τοὺς ἐν ταῖς πύλαις καταφονεύων, καὶ τὰ ἐπιπίπτοντα ἐκ τοῦ τείχους ὑπομένων· ἕως αὐτὸς μὲν ἐσήλατο διὰ τῶν πυλῶν ἔνδον, ἕτεροι δὲ ταῖς ὑπωρυχίαις ἐσῆλθον, οἱ δὲ καὶ τοῖς πεπτωκόσιν ἐπανέβαινον. Καὶ πάντα οὕτως ἐγίγνετο ὀξέως, ὥστε τοῖς τὸ ἕλος ἐργαζομένοις ἐπιβοηθοῦσιν ὑπήντων, ἑλόντες ἤδη τὸ διατείχισμα. Τρεψάμενοι δὲ καὶ τούσδε σὺν ὁρμῇ βιαίῳ, καὶ ἐς τὸ ἕλος κατώσαντες, ἐπανῄεσαν ἐς αὐτὸ ἤδη τὸ στρατόπεδον τοῦ Κασσίου, μόνοι σὺν τῷ Ἀντωνίῳ, ὅσοι τὸ διατείχισμα ὑπερῆλθον, τοῦ ἄλλου πλήθους ἑκατέρων ἐκτὸς ἀλλήλοις μαχομένου.

CXII. Τὸ δὲ στρατόπεδον, ὡς ἐρυμνὸν, ὀλίγοι πάμπαν ἐφύλασσον· ὅθεν αὐτῶν εὐμαρῶς ἐκράτησεν ὁ Ἀντώνιος. Ἤδη δὲ καὶ ὁ ἔξω τοῦ Κασσίου στρατὸς ἡσσᾶτο, καὶ τὴν κατάληψιν ἰδὼν τοῦ στρατοπέδου, διεσκίδνατο ἀκόσμως. Καὶ τὸ ἔργον ἦν ἐντελὲς ἑκατέροις καὶ ὅμοιον· Βροῦτός τε γὰρ τὸ λαιὸν τῶν πολεμίων ἐτέτραπτο, καὶ τὸ στρατόπεδον ᾑρήκει· Ἀντώνιός τε, Κασσίου κρατῶν, σὺν ἀμηχάνῳ τόλμῃ τὸ στρατόπεδον ἐπόρθει. Φόνος τε ἦν ἑκατέρων ποικίλος· ὑπὸ δὲ μεγέθους πεδίου τε καὶ κονιορτοῦ τὰ ἀλλήλων ἠγνόουν, μέχρι ποτὲ ἐπύθοντο, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνεκάλουν. Οἱ δὲ ἐπανῄεσαν, ἀχθοφόροις ἐοικότες μᾶλλον ἢ στρατιώταις· καὶ οὐδὲ τότε ἀλλήλων ᾐσθάνοντο, οὐδὲ καθεώρων· ἐπεὶ ῥίψαντές γε ὅσα ἔφερον οἱ ἕτεροι, μέγα ἂν εἰργάσαντο κατὰ τῶν ἑτέρων, ἀσυντάκτως ὧδε ἀχθοφορούντων. Τὸν δ' ἀριθμὸν τῶν ἀποθανόντων εἰκάζουσι, τῶν μὲν ἀμφὶ τὸν Κάσσιον, ἐς ὀκτακισχιλίους σὺν τοῖς παρασπίζουσι θεράπουσι γενέσθαι, τῶν δ' ἀμφὶ τὸν Καίσαρα διπλασίονα.

CXIII. Κάσσιος δὲ ἐξ οὗ τῶν διατειχισμάτων ἐξέωστο, καὶ οὐδὲ ἐσελθεῖν ἔτι εἶχεν ἐς τὸ στρατόπεδον, ἀνέδραμεν ἐς τὸν Φιλίππων λόφον, καὶ τὰ γιγνόμενα ἐφεώρα· οὐκ ἀκριβῶς δὲ αὐτὰ διὰ τὸν κονιορτὸν, οὐδὲ πάντα, ὁρῶν, ἀλλ' ἢ τὸ στρατόπεδον ἑαυτοῦ μόνον εἰλημμένον, ἐκέλευσε Πινδάρῳ τῷ ὑπασπιστῇ προσπεσεῖν οἱ καὶ διαφθεῖραι. Διαμέλλοντος δ' ἔτι τοῦ Πινδάρου, προσέθει τις ἀγγέλλων οἱ, Βροῦτον ἐπὶ θάτερα νικᾶν, καὶ τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων πορθεῖν. Ὁ δὲ τούτῳ μὲν τοσόνδε ἀπεκρίνατο· Νικώσης, λέγε αὐτῷ, παντελῆ νίκην. Ἐς δὲ τὸν Πίνδαρον ἐπιστραφεὶς, Τί

Cæsar non aderat, somnio monitus, ut caveret illum diem, quemadmodum ipse scriptum in suis Commentariis reliquit.

CXI. Tum Antonius, ut commissum vidit prælium, gavisus est, quod hostem eo compulisset; quandoquidem de commeatu valde timuerat. Reverti autem jam in planitiem parum sibi commodum judicavit; ne, convertens aciem, turbaret ordines. Itaque continuato quo cœperat cursu, in adversum clivum evasit, contemtis telis superne volantibus; donec in Cassii aciem impegit, loco se non moventem, et attonitam necopinata audacia. Quam ubi insigni ausu perrupit, munitionem inter paludem et castra transversim exstructam magno impetu invasit, vallum convellens, fossam opplens, murum suffodiens, stationem pro porta opprimens, missiliaque contemnens e muro conjecta. Quibus simul factis, ipse per portam irrupit, alii per cuniculos murorum penetraverunt, alii per ruinas ascenderunt. Et ea omnia tanta celeritate facta sunt, ut succurrentibus, qui in palude operabantur, ipsi jam expugnata munitione occurrerent, et, his quoque atroci impetu profligatis, in paludemque compulsis, reverterentur jam ad ipsa castra Cassii, soli hi qui cum Antonio per murum irruperant, reliquis extra murum cum hoste confligentibus.

CXII. Castra, utpote satis firma, a perpaucis custodiebantur: quo facilius capta sunt. Jamque etiam extra Cassiani vincebantur: et, expugnata conspicati castra, incondita fuga dispersi sunt. Atque ita similiter utrinque luculenta reportata victoria est: profligato per Brutum sinistro cornu hostium, et castris captis; diversa parte Antonio, post devictos Cassianos, incredibili audacia castra quoque diripiente. Itaque et utrinque pariter multiplex cædes edita est. Sed, quoniam latis in campis multum erat pulveris excitatum, diu ignorabant alteri, quo pacto res ab altera parte gesta esset. Quo tandem cognito, utrique suos revocarunt. Qui a victoria redeuntes, bajulis similiores erant quam militibus; ac ne tum quidem aspectu vel sensu ullo dignoscebant se invicem: alioquin alterutri, projectis sarcinis, facile adversarios, præda onustos, ac sine ordine discurrentes, oppressissent. Desiderata sunt, quantum conjecturis assequi licuit, Cassianorum octo millia, cum servis armigeris; duplo plura in exercitu Cæsaris et Antonii.

CXIII. Cassius, castris exutus, quum receptum in ea nullum haberet, in Philipporum tumulum cursu se recepit; indeque, quid fieret, prospectabat. Sed quoniam prospectus adimebatur pulvere, ut neque accurate, neque omnia, perspicere posset, castra saltem utique amissa videns, Pindarum armigerum suum jussit, ut percussoris sibi præstaret officium. Qui num adhuc cunctatur, accurrit alius quidam nuncians, Brutum in altero cornu vincere, et castra diripere hostium. Cui hoc tantum Cassius respondit: Refer ei, me precari illi absolutam victoriam. Tum rursus ad Pindarum conversus, quid cessas? Inquit: Cur non me ab

βραδύνεις; ἔφη· τί τῆς ἐμῆς αἰσχύνης με οὐκ ἀπαλλάσσεις; Πίνδαρος μὲν δὴ δεσπότην, ὑπέχοντα τὴν σφαγήν, διεχρήσατο. Καί τισιν οὕτως ἀποθανεῖν δοκεῖ Κάσσιον. Ἕτεροι δὲ αὐτὸν οἴονται, προσιόντων ἐς εὐαγγέλιον ἱππέων Βρούτου, νομίσαντα εἶναι πολεμίους, πέμψαι τὸ ἀκριβὲς εἰσόμενον Τιτίνιον· τὸν δὲ τῶν ἱππέων, ὡς Κασσίου φίλον, περισχόντων τε σὺν ἡδονῇ, καὶ ἐπὶ τῷδε καὶ ἀλαλαξάντων μέγα, τὸν Κάσσιον, ἡγούμενον ἐς ἐχθροὺς ἐμπεσεῖν Τιτίνιον, τοῦτο φάναι· Περιεμένομεν φίλον ἁρπαζόμενον ἰδεῖν; καὶ ἔς τινα σκηνὴν ὑποχωρῆσαι μετὰ τοῦ Πινδάρου, καὶ τὸν Πίνδαρον οὐκ ἔτι φανῆναι. Διὸ καὶ νομίζουσί τινες, οὔπω κεκελευσμένον ἐργάσασθαι. Κασσίῳ μὲν δὴ τέλος ἦν τοῦ βίου κατὰ τὴν αὐτοῦ Κασσίου γενέθλιον ἡμέραν, ὧδε τῆς μάχης γενέσθαι συμπεσούσης, καὶ Τιτίνιος, ὡς βραδύνας, ἑαυτὸν ἔκτεινε.

hac ignominia liberas? Simulque jugulo ferrum, adigente Pindaro, excepit. Sic quidem nonnulli de Cassii morte memoriæ prodiderunt. Alii referunt, advenientibus eminus equitibus Bruti, qui lætum nuncium de ejus victoria afferrent, Cassium, existimantem hostes esse, obviam misisse Titinium, qui exacte rem cognosceret : quem quum equites, ut amicum Cassii, recepissent in medium, conclamantes præ gaudio, Cassium, qui crederet in hostes illum incidisse, hoc tantum profatum, Exspectavimus ergo, dum abreptum videremus amicum! in tentorium quoddam secessisse cum Pindaro, et Pindarum nusquam posthac visum. Quamobrem opinantur nonnulli, injussum etiam tum illum occidisse dominum. Obiit Cassius natali suo die, in quem ipsum forte prælium illud incidit, ad Philippos commissum. Titinius morarum pœnas a se ipse spontanea morte exegit.

CXIV. Βροῦτος δὲ, Κασσίου τὸν νέκυν περικλαίων, ἀνεκάλει τελευταῖον ἄνδρα Ῥωμαῖον, ὡς οὔ τινος ἔτι τοιοῦδε ἐς ἀρετὴν ἐσομένου· ταχυεργίας τε αὐτῷ καὶ προπετείας ἐνεκάλει· καὶ ἐμακάριζεν ὁμοῦ φροντίδων καὶ ἀνίας ἀπηλλαγμένον, αἳ Βροῦτον ἐς ποῖον ἄρα τέλος ὁδηγοῦσι; Παραδοὺς δὲ τὸ σῶμα τοῖς φίλοις, ἔνθα λαθραίως θάψειαν, ἵνα μὴ καταδακρύσειε τὸν στρατὸν ὁρῶντα, αὐτὸς ἄσιτός τε καὶ ἀτημέλητος ἀνὰ τὴν νύκτα πᾶσαν τὸ τοῦ Κασσίου στρατόπεδον καθίστατο. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ τῶν πολεμίων τὸν στρατὸν παρατασσόντων ἐς μάχην, ἵνα μὴ δοκοῖεν ἡλασσῶσθαι· συνεὶς τοῦ ἐνθυμήματος, Ὁπλισώμεθα, ἔφη, καὶ ἡμεῖς, καὶ ἀνθυποκριθῶμεν ἐλάσσονα παθεῖν. Ὡς δὲ παρέταξεν, οἱ μὲν ἀνεχώρουν· ὁ δὲ Βροῦτος ἐπιτωθάσας, ἔφη τοῖς φίλοις· Οἱ μὲν δὴ προκαλούμενοι ἡμᾶς ὡς κεκμηκότας, οὐδὲ ἀπεπείρασαν.

CXIV. Brutus flens super Cassii cadavere, ultimum hunc appellavit Romanorum; intelligi volens, neminem posthac fore huic virtute similem. Simul vero et properationem ejus accusavit et præcipitantiam; simul felicem prædicavit, qui jam curis solicitudinibusque esset exemtus; quæ me, inquit, ad quem tandem exitum perducent! Tradito deinde amicis cadavere, ut clam sepeliretur, ne exercitus ex aspectu provocaretur ad lacrymas, ipse, cibo cæteraque corporis cura abstinens, totam noctem in colligendis Cassiani exercitus reliquiis exegit. Mane deinde hostibus progressis in aciem, ne pro victis haberentur, mentem eorum intelligens Brutus : « Sumamus, inquit, nos quoque arma, et pari simulatione cladem tegamus. » Ut vero instruxit aciem, retrocesserunt hostes. In quos Brutus ad amicos sic est cavillatus : « Isti, qui nos ut fessos provocarunt, ne experiri quidem ausi sunt. »

CXV. Ἧ δὲ ἡμέρᾳ τὴν μάχην ἐν Φιλίπποις συνέβαινεν εἶναι, καὶ ἐν τῷ Ἰονίῳ τοιόνδε πάθος ἄλλο ἐγίγνετο μέγα. Δομίτιος Καλουῖνος ἐπὶ ὁλκάδων ἦγεν ὁπλιτῶν δύο τέλη Καίσαρι, καὶ τὸ διώνυμον ἦν αὐτῶν τὸ Ἄρειον, ὃ ἐπὶ τιμῇ τῆς ἀλκῆς ὠνόμαζον. Ἦγε δὲ καὶ στρατηγίδα σπεῖραν ἐς δισχιλίους ἄνδρας, ἱππέων τε ἴλας τέσσαρας, καὶ ἕτερον πλῆθος ἐπειλεγμένον· καὶ τριήρεις αὐτοὺς παρέπεμπον ὀλίγαι. Μοῦρκος δ' αὐτοῖς καὶ Ἀηνόβαρβος ἑκατὸν καὶ τριάκοντα μακραῖς ὑπήντων. Καὶ αὐτοὺς αἱ ὁλκάδες ἱστίῳ μὲν αἱ πρῶται διέφυγον ὀλίγαι· αἱ λοιπαὶ δὲ, χαλάσαντος ἄφνω τοῦ πνεύματος, ἐν γαλήνῃ σταθερᾷ κατὰ τὸ πέλαγος ἠλῶντο, ὑπό του θεῶν ἐκδιδόμεναι τοῖς πολεμίοις. Ἐνέβαλον γὰρ ἀδεῶς ἑκάστῃ, καὶ ἀνερρήγνυον· οὐδὲ αἱ παραπέμπουσαι σφᾶς τριήρεις ἐπικουρεῖν ἐδύναντο, διὰ τὴν ὀλιγότητα κυκλούμεναι. Ἔργα δ' ἦν τῶν κινδυνευόντων πολλὰ καὶ ποικίλα, ὅτε μὲν τὰ πλοῖα συναγόντων ἀπὸ κάλων σπουδῇ, καὶ κοντοῖς ἁρμοζόντων ἐς ἄλληλα, ἵνα μὴ διεκπλεῖν αὐτὰ ἔχοιεν οἱ πολέμιοι. Ὅτε δὲ τούτου κρατήσειαν, ὁ μὲν Μοῦρκος αὐτοῖς ἐπέβαλλε τοξεύματα πυρὸς, οἱ δὲ τοὺς συνδέσμους ἀνέλυον ὀξέως, καὶ ἀπέφευγον ἀλλήλων διὰ τὸ

CXV. Cæterum quo die in campis Philippicis pugnatum est, eodem etiam in Ionio mari memorabilis clades accidit. Domitius Calvinus onerariis navibus duas legiones transvehebat ad Cæsarem; quarum altera celebris illa erat, ex virtutis laude Martia legio cognominata. Vehebat etiam cohortem prætoriam duorum millium, et quatuor alas equitum, aliamque selectam multitudinem, paucis triremibus deducentibus. His Murcus et Ahenobarbus cum centum triginta longis navibus occurrerunt. Quos onerariæ paucæ, quæ priores fuerant, velis plenis effugerunt : reliquæ vero, repente vento vim remittente, in tranquillo mari errabant, deorum alicujus ira hostibus traditæ. Invadebant enim illi secure singulas, perfringebantque : nec a prosequentibus triremibus ullum erat auxilium, quod propter paucitatem circumvenirentur. Ibi tum multa atque varia fortiter facta exstiterunt periclitantium : qui passim naves celeriter contis funibusque, ne hostis perrumperet, conjungebant. Quod quum succederet, Murcus ignita eis jacula immittebat; et illi pari celeritate solvebant vincula, et diffugiebant metu

πῦρ, αὖθίς τε ἐγίγνοντο ταῖς τριήρεσιν ἐς περίπλουν καὶ ἐμβολὴν ἕτοιμοι.

CXVI. Ἀγανακτοῦντες δὲ οἱ ἄνδρες, καὶ μάλιστα αὐτῶν οἱ Ἄρειοι, ὅτι κρείττους ὄντες ἀλκήν, δι' ἀπραξίας ἀπώλλυντο, οἱ μὲν πρὸ τοῦ πυρὸς ἑαυτοὺς ἀνῄρουν, οἱ δὲ ἐς τὰς τριήρεις τῶν πολεμίων ἐναλλόμενοι, τὰ μὲν ἔδρων, τὰ δὲ ἔπασχον. Νῆές τε ἡμίφλεκτοι μέχρι πολλοῦ περιέπλεον, ἄνδρας ἔχουσαι, τοὺς μὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, τοὺς δ' ὑπὸ λιμοῦ καὶ δίψης δαπανωμένους· οἱ δὲ καὶ ἱστῶν ἢ σανίδων ἐχόμενοι, ἐς πέτρας ἢ ἀκτὰς ἐξεφέροντο ἐρήμους· καὶ εἰσὶν αὐτῶν οἳ καὶ περιεσώθησαν ἐκ παραλόγου· τινὲς δὲ καὶ ἐς πέντε διήρκεσαν ἡμέρας, λιχμώμενοι τὴν πίσσαν, ἢ ἱστίων ἢ κάλων διαμασώμενοι, μέχρι σφᾶς ὁ κλύδων ἐξήνεγκεν ἐπὶ τὴν γῆν. Πολὺ δ' ἦν ὃ καὶ τοῖς πολεμίοις ἑαυτὸ ἐπέτρεπεν, ὑπὸ τῶν συμφορῶν ἡσσώμενον· ἐπέτρεψαν δὲ καὶ τῶν τριηρῶν ἑπτακαίδεκα· καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας οἱ περὶ Μοῦρκον ἐς ἑαυτοὺς μεθώρκουν, ὁ δὲ στρατηγὸς αὐτῶν Καλουῖνος ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ νεὼς ἐπανῆλθεν ἐς τὸ Βρεντέσιον ἡμέρᾳ πέμπτῃ, δόξας ἀπολωλέναι. Τοιοῦτο μὲν δὴ πάθος τῆς αὐτῆς ἡμέρας τῇ περὶ Φιλίππους μάχῃ κατὰ τὸν Ἰόνιον ἐπεγίγνετο, εἴτε ναυάγιον, εἴτε ναυμαχίαν ὀνομάσαι χρή· καὶ ἐξέπλησσε τὸ συγκύρημα τῶν ἔργων, ὕστερον ἐπιγνωσθέν.

CXVII. Ὁ δὲ Βροῦτος τὸν στρατὸν ἐς ἐκκλησίαν συναγαγὼν, ἔλεξεν ὧδε· Οὐδέν ἐστιν, ὦ συστρατιῶται, παρὰ τὸν ἐχθὲς ἀγῶνα, ἐν ᾧ μὴ κρείσσους ἐγένεσθε τῶν πολεμίων. Τῆς τε γὰρ μάχης ἤρξατε προθύμως, εἰ καὶ χωρὶς παραγγέλματος· καὶ τὸ τέταρτον τέλος, ὃ περιώνυμον αὐτοῖς ὂν ἐπεπίστευτο τὸ κέρας, διεφθείρατε ἅπαν· καὶ τοὺς ἐπιτεταγμένους αὐτῷ, μέχρι τοῦ στρατοπέδου· καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτὸ εἵλετε πρότερον, καὶ διηρπάσατε· ὡς προὔχειν τάδε παρὰ πολὺ τῆς ἐπὶ τοῦ λαιοῦ βλάβης ἡμῶν. Δυνηθέντες δ' ἂν ὅλον ἐργάσασθαι τὸ ἔργον, ἁρπάσαι μᾶλλον εἵλεσθε, ἢ κτείνειν τοὺς ἡσσωμένους· οἱ γὰρ πλέονες ὑμῶν τοὺς πολεμίους παροδεύοντες, ἐπὶ τὰ τῶν πολεμίων ὥρμων. Καὶ ἐν τῷδε αὖ πάλιν, οἱ μὲν διήρπασαν δύο τῶν ἡμετέρων στρατοπέδων ὄντων τὸ ἕτερον, ἡμεῖς δὲ ἐκείνων ἅπαντα ἔχομεν, ὡς καὶ τῷδε τὴν ἐπίκτησιν τῆς βλάβης διπλασίονα εἶναι. Καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ μάχῃ πλεονεκτήματα, τοσαῦτα. Ὅσα δὲ ἕτερα προὔχομεν αὐτῶν, ἔχετε καὶ παρα τῶν αἰχμαλώτων μανθάνειν, περί τε ἀπορίας σίτου, καὶ ἐπιτιμήσεως αὐτοῦ, καὶ κομιδῆς κακοπαθοῦς, καὶ παρ' ὀλίγον ἤδη σαφοῦς ἐπιλείψεως. Οὔτε γὰρ ἐκ Σικελίας ἢ Σαρδόνος ἢ Λιβύης ἢ Ἰβηρίας ἔστιν αὐτοῖς λαβεῖν, διὰ Πομπήϊον καὶ Μοῦρκον καὶ Ἀηνόβαρβον, ναυσὶν ἑξήκοντα καὶ διακοσίαις ἀποκλείοντας αὐτοῖς τὸ πέλαγος· Μακεδονίαν τε ἐξαναλώκασιν ἤδη, καὶ ἐκ μόνης ἄρτι Θεσσαλίας ἔχουσιν· ἢ ἐς πόσον αὐτοῖς ἔτι ἀρκέσει;

CXVIII. Ὅταν οὖν αὐτοὺς ἐπειγομένους ἐς μάχην μάλιστα ἴδητε, τότε ἡγεῖσθαι διωκομένους ὑπὸ λιμοῦ τὸν ἐν χερσὶ θάνατον αἱρεῖσθαι. Ἡμεῖς δ' ἀντιμη-

incendii; atque ita rursus triremium ictibus ac perruptioni exponebantur.

CXVI. Tum indignati milites, præsertim Martii, quod, quum præstarent fortitudine, inulti perirent, alii seipsos interficiebant, non exspectato incendio : alii, triremes hostium insilientes, multa faciebant ac ferebant fortiter. Naves quoque semiustæ diu jactabantur cum vectoribus : quorum alii igne, alii fame sitique peribant. Quidam malis tabulisve hærentes, in scopulos aut deserta littora ejecti sunt : et eorum nonnulli etiam ex insperato servati, quos inter fuere, qui et ad quintum diem, picem interim lingentes, aut vela funesve mandentes, perdurarunt, donec undis ad terram appellerentur. Multi deditionem fecerunt, quum non possent tot calamitatibus resistere. In his fuerunt triremes XVII : quarum milites ad Murci sacramentum transierunt. Calvinus, dux earum, cum sua navi quinto die Brundusium revenit, periisse creditus. Hujusmodi igitur calamitas, sive naufragium dicendum est, sive navale prælium, in eumdem diem incidit, quo Philippensis pugna commissa est. Quod postquam est cognitum, obstupuerunt omnes duorum talium casuum in eumdem temporis articulum concursionem.

CXVII. Brutus autem, advocata concione militum, sic eos allocutus est : « Hesterno prælio, commilitones, nulla in re non superiores fuistis hostibus : nam et pugnam incepistis alacriter, quamvis injussi; et quartam legionem, propter opinionem virtutis in opposito cornu locatam, totam concidistis, aliosque deinceps usque castra; castraque ipsa capta diripuistis : ut hæc victoria longe præponderet damno in sinistro cornu accepto. At quum eadem victoria totum conficere negotium potuissetis, res hostium diripere maluistis, quam victos delere : nam plerique vestrûm, præteritis hostibus, in eorum bona fecerunt impetum. Sed et in hoc ipso rursus nos prævaluimus : illi ex binis nostris castris ceperunt altera, nos universa illorum occupavimus : atque ita hac quoque ex parte acquisitio nostra duplo major quam jactura est. Hactenus igitur, ad prælium quod attinet, potiores sumus. Cæteris rebus quantum præpolleamus, potestis ex captivis discere : de inopia caritateque annonæ, de laboriosa comportatione, et pæne jam confesso defectu commeatuum. Nam et Sicilia, Sardinia, Africa, Hispaniaque nihil eis petere licet per Pompeium, Murcum, Ahenobarbumque, classe CCLX navium mare illud intercludentes. Macedoniam vero jam exhauserunt : et sola nunc alit eos Thessalia; quam usquequo suffecturam putatis?

CXVIII. « Ergo quum eos ad pugnam videritis properare, tunc exagitatos a fame putate ferro potius emori decrevisse. Sed nos contra sedulo curemus, ut fame eos ante oppugne-

χανησώμεθα αὐτοῖς, τὸν λιμὸν ἡμῶν προπολεμεῖν, ἵν' ἀσθενεστέροις καὶ τετρυμένοις ἐντύχοιμεν ὅτε χρή· μηδ' ἐκφερώμεθα ταῖς προθυμίαις παρὰ καιρόν. Μηδὲ βραδυτῆτά τις ἡγείσθω τὴν ἐμπειρίαν, ἢ ταχυτῆτα· ἐς τὴν ὀπίσω θάλασσαν ἀφορῶν, ἥ, τοσαύτας ἡμῖν ὑπηρεσίας καὶ τροφὰς ἐπιπέμπουσα, δίδωσιν ἀκινδύνου νίκης ἐπιτυχεῖν, ἣν ὑπομένητε, καὶ μὴ ἀδοξῆτε, εἰ προσπαίζονται ἡμῖν καὶ προκαλοῦνται, οὐκ ἀμείνονες ὄντες, ὡς διέδειξε τὸ ἐχθὲς ἔργον, ἀλλὰ ἕτερον δέος ἰώμενοι. Τὴν δὲ προθυμίαν, ἧς νῦν ὑμᾶς ἀξιῶ κρατεῖν, ἀθρόαν ἀπόδοτε, ὅταν αἰτῶμεν. Ἐγὼ δ' ὑμῖν τὰ νικητήρια, ἐντελῆ μέν, ὅταν οἱ θεοὶ κρίνωσιν, ἐπὶ ἐντελέσι τοῖς ἔργοις, διαλύσομαι· νῦν δὲ τῆς ἐχθὲς ἀρετῆς, ἀνὰ χιλίας ἑκάστῳ στρατιώτῃ δραχμὰς ἐπιδίδωμι, καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ὑμῶν ἀνάλογον. » Ὁ μὲν οὕτως εἶπε, καὶ αὐτίκα διεμέτρει τὴν δωρεὰν κατὰ τέλη. Δοκεῖ δέ τισι, καὶ Λακεδαίμονα καὶ Θεσσαλονίκην ἐς διαρπαγὴν αὐτοῖς δώσειν ὑποσχέσθαι.

CXIX. Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ Ἀντώνιος, εἰδότες οὐ μαχούμενον ἑκόντα τὸν Βροῦτον, τοὺς ἰδίους συνῆγον, καὶ ὁ Ἀντώνιος ἔλεξε· « Τὸ ἐχθὲς ἔργον, ὦ ἄνδρες, τοῖς μὲν λόγοις οἶδα ὅτι καὶ οἱ πολέμιοι μερίζονται, ὡς διώξαντές τινας ἡμῶν, καὶ τὸ στρατόπεδον διαρπάσαντες· ἔργῳ δὲ ἐπιδείξουσιν ἅπαν ὑμέτερον. Ὑπισχνοῦμαι γὰρ ὑμῖν, οὔτε αὔριον, οὔτε ταῖς ἐπιούσαις ἑκόντας αὐτοὺς ἐς μάχην ἥξειν· ὃ σαφεστάτη πίστις ἐστὶ τῆς ἐχθὲς ἥσσης καὶ φόβου, ὅταν, ὥσπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς, ἀφιστῶνται τοῦ ἀγῶνος οἱ ἐλάττονες. Οὐ γὰρ ἐς τοῦτό γε στρατὸν ἤγειρον τοσόνδε, ἵνα τῶν Θρακῶν ἐρημίαν οἰκῶσι διατειχίσαντες. Ἀλλὰ καὶ αὐτὴν διετείχισαν μὲν ἔτι προσιόντων ὑμῶν, διὰ δέος· ἐλθόντων δὲ, ἐνοικοῦσι διὰ τὴν ἐχθὲς ἧσσαν· ἐφ' ᾗ καὶ τῶν στρατηγῶν ὁ πρεσβύτερός τε καὶ ἐμπειρότερος, πάντα ἀπογνούς, ἑαυτὸν διεχρήσατο· ὃ καὶ αὐτὸ μεγίστη συμφορῶν ἐστιν ἀπόδειξις. Ὅταν οὖν, ἡμῶν αὐτοὺς προκαλουμένων, μὴ δέχωνται, μηδὲ καταβαίνωσιν ἀπὸ τῶν ὀρῶν, ἀλλ' ἀντὶ τῶν χειρῶν πιστεύωσι τοῖς κρημνοῖς· τότε μοι θαῤῥοῦντες ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, συναναγκάσατε αὐτοὺς αὖθις, ὥσπερ ἐχθὲς ἠναγκάσατε, αἰσχρὸν ἡγούμενοι δεδιότων ἐλασσοῦσθαι, καὶ ὀκνούντων ἀπέχεσθαι, καὶ τειχῶν ἄνδρες ὄντες ἀσθενέστεροι γενέσθαι. Οὐ γὰρ ἤλθομέν γε καὶ ἡμεῖς ἐν πεδίῳ βιώσοντες, οὐδ' ἔστι βραδύνουσιν οὐδὲν αὔταρκες. Ἀλλὰ δεῖ τοῖς εὖ φρονοῦσι τοὺς μὲν πολέμους ὀξεῖς, τὴν δὲ εἰρήνην ἐπιμήκιστον εἶναι.

CXX. Τοὺς μὲν οὖν καιρούς, καὶ τὰ ἐς τοῦτον ἔργα, ἐπιμηχανησόμεθα ἡμεῖς, οὐ μεμπτοὶ καὶ τῆς ἐχθὲς ὁρμῆς τε καὶ μηχανῆς ὑμῖν γενόμενοι· τὴν δ' ἀρετὴν ὑμεῖς, ὅταν αἰτῆσθε, ἀποδίδοτε τοῖς στρατηγοῖς· μηδὲ ἄχθεσθε τῆς ἐχθὲς ἁρπαγῆς, μηδ' ἐπ' ὀλίγον. Οὐ γάρ, ἐν οἷς ἔχομεν, ἐστὶ τὸ πλουτεῖν· ἀλλ' ἐν τῷ κρατεῖν ταῖς δυνάμεσιν· ὃ καὶ τὰ ἐχθὲς ἀφαιρεθέντα, ἔτι ὄντα παρὰ τοῖς πολεμίοις σῶα, καὶ τὰ πολέμια αὐτὰ ἐπ' ἐκείνοις, κρατοῦσιν ἡμῖν ἀποδώσει. Καὶ εἰ ἐπει-

mus, quo debiliores magisque exhaustos viribus invadamus, quum opus fuerit : caveamusque, ne calidiores simus quam tempus postulat. Neque vero quisquam consilium hoc, usu rerum probatum, ad ducendum potius bellum existimet pertinere, quam ad rem totam brevi conficiendam. Docere enim quisque se ipse potest, mare hoc, quod a tergo tot nobis commoditates et alimenta affatim suppeditat, victoriam nobis offerre absque ullo periculo obtinendam : modo patienter et æquo animo feratis hos vobis insultantes et provocantes, non quod virtute præpolleant (ut declaravit hesternum certamen), sed ut alteri timori afferant remedium. Cæterum istam alacritatem, quam nunc vos volo continere, abunde tunc præstate quando postulabimus. Victoriæ autem præmia ex asse, ubi diis visum fuerit, post omnino profligatos hostes persolvam : nunc, pro forti opera heri navata, millenos denarios accipietis a me singuli : ordines ducentibus pro portione numerabitur. » Hæc locutus Brutus continuo donativum legionatim distribuit : simulque, si fides est nonnullis auctoribus, Lacedæmonem et Thessalonicam diripiendas militibus se concessurum est pollicitus.

CXIX. At Cæsar et Antonius, intelligentes Brutum non pugnaturum nisi coactum, concionem advocarunt. Tum Antonius ita locutus est : « Hesternam victoriam, milites, hostes pariter sibi (satis scio) verbis quidem vindicant, ut qui nostrarum copiarum partem fuderint, castraque diripuerint. At re tamen fatebuntur, vestram esse integram. Polliceor enim vobis, nec cras, nec sequentibus diebus sponte prodituros in aciem : quod certissimum argumentum est, heri victos adhuc pavere; quum, sicut athletæ victos se confitentes, non audent amplius certamini sese committere. Non enim ideo certe tam numerosum collegerunt exercitum, ut intersepto aditu degant in Thraciæ desertis : sed quem murum vobis huc advenientibus objecerunt præ timore, intra eumdem se nunc, quum adestis, continent, clade hesterna perculsi. Quæ clades imperatorum quoque alterum, ætate majorem, et usu peritiorem, desperatione coegit necem sibi consciscere : quod et ipsum maximum est cladis indicium. Ergo quod si, nobis provocantibus, in æquum locum non descenderint, maluerintque in rupibus fiduciam collocare, quam in manibus; tum vero, ut Romanos decet, colligite robur, et, sicuti heri fecistis, rursus ad pugnandum eos cogite; turpe putantes cedere territis, abstinere a segnibus, et minoris arma virtutemque vestram quam illorum munimenta æstimare. Neque enim nobis certe pariter atque illis propositum est, in campis perpetuo degere : et morantes cuncta deficient. Imo vero, qui sapiunt, curant, ut bellum absolvant quam celerrime, et pace quam diutissime fruantur.

CXX. « Igitur opportunitates rationemque rerum gerendarum nos providebimus, quos heri non pœnitendos ardoris et conatus duces habuistis : vos contra, ubi imperatores postulaverint, virtutem exserite. Neque vero mœrore ullo vos afficiat hesterna jactura. Non enim in his quæ habemus sitæ sunt nostræ divitiæ, sed in victoria virtute parta : quæ non solum eas res, quæ heri nobis ablatæ sunt, et integræ adhuc apud hostem servantur, vincentibus nobis restituet, sed et ipsorum hostium bona nobis tradet. Quibus si

γόμεθα αὐτὰ λαβεῖν, ἐπειγώμεθα ἐπὶ τὴν μάχην. Ἱκανὰ δὲ καὶ ἐχθὲς ἀντειλήφαμεν αὐτῶν, καὶ τῶν ἡμετέρων ἴσως ἱκανώτερα. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῆς Ἀσίας πάνθ', ὅσα ἐβιάσαντο καὶ ἥρπασαν, ἐπήγοντο· ὑμεῖς δ', ὡς ἐκ πατρίδος ἰόντες, τὰ μὲν δαψιλέστερα οἴκοι ὑπελίπεσθε, τὰ δ' ἀναγκαῖα μόνα ἐπήγεσθε. Εἰ δέ τι καὶ δαψιλὲς ἦν, ἡμέτερον ἦν τῶν στρατηγῶν, οἳ πάντα ἐσμὲν ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας νίκης ἐπιδιδόναι πρόθυμοι. Καὶ τῆς τοιαύτης δ' ὅμως ζημίας ὑμῖν ἕνεκα ἐπιδώσομεν νικητήρια, δραχμὰς ἑκάστῳ στρατιώτῃ πεντακισχιλίας, λοχαγῷ δὲ πεντάκι τοσαύτας, χιλιάρχῃ δὲ τὸ διπλάσιον τοῦ λοχαγοῦ. »

CXXI. Τοιαῦτα εἰπών, τῆς ἐπιούσης πάλιν ἐξέτασσε. Καὶ οὐ κατιόντων οὐδὲ τότε τῶν πολεμίων, ὁ μὲν Ἀντώνιος ἐβαρυθύμει, καὶ ἐξέτασσεν ἀεί. Ὁ δὲ Βροῦτος τοῦ στρατοῦ τὸ μὲν εἶχε συντεταγμένον, μὴ ἀναγκασθείη μάχεσθαι, τῷ δὲ τὰς ὁδοὺς τῆς κομιδῆς τῶν ἀναγκαίων διελάμβανε. Λόφος δὲ ἦν ἀγχοτάτω τοῦ Κασσίου στρατοπέδου, δυσχερὴς μὲν ὑπὸ ἐχθρῶν καταληφθῆναι, διὰ τὴν ἐγγύτητα ἐστοξεύεσθαι δυναμένων· ὁ δὲ Κάσσιος αὐτὸν ὅμως ἐφρούρει, μὴ καὶ παρὰ δόξαν ἐπιτολμήσειέ τις. Ἐκλειφθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Βρούτου, κατέλαβον οἱ περὶ τὸν Καίσαρα νυκτὸς, τέσσαρσι τέλεσιν, ἐπαγόμενοι γέρρα πολλὰ καὶ διφθέρας ἐς προβολὴν τοῖς τοξεύμασιν. Ὡς δὲ κατέσχον, ἄλλα τέλη δέκα μετεστρατοπέδευον ὑπὲρ πέντε σταδίους, ἀπιοῦσιν ἐπὶ τὴν θάλασσαν· καὶ ὑπὲρ ἄλλους τέσσαρας, δύο· ὡς τῷδε τῷ τρόπῳ προελευσόμενοι μέχρι θαλάσσης, καὶ ἢ παρ' αὐτὴν ἄρα τὴν θάλασσαν, ἢ διὰ τῶν ἑλῶν, ἢ ὅν τινα τρόπον ἄλλον ἐπενόουν, βιασόμενοι, καὶ τὴν ἀγορὰν ἀποκλείσοντες τῶν πολεμίων. Καὶ ὁ Βροῦτος αὐτοῖς ἀντεμηχανᾶτο, ἄλλα τε, καὶ φρούρια ἀντικαθιστὰς τοῖς ἐκείνων στρατοπέδοις.

CXXII. Τὸ δὲ ἔργον ἤπειγε τοὺς ἀμφὶ τὸν Καίσαρα· καὶ λιμὸς ἦν ἤδη σαφής, ἔς τε μέγεθος καὶ δέος ἑκάστης ἡμέρας ἐπεγίγνετο. Οὔτε γὰρ ἐκ Θεσσαλίας αὐτοῖς ἔτι τὰ ἀρκοῦντα ἐκομίζετο· οὔτε τις ἦν ἐλπὶς ἐκ θαλάσσης, ναυκρατούντων πανταχῇ τῶν πολεμίων· τῆς τε ἔναγχος περὶ τὸν Ἰόνιον συμφορᾶς ἐξηγγελμένης ἐς ἑκατέρους ἤδη, μᾶλλον ἐδεδοίκεσαν, αὐτά τε, καὶ τὸν χειμῶνα προσιόντα, ὡς ἐν πεδίῳ πηλώδει σταθμεύοντες. Ὧν ἐνθυμούμενοι, τέλος μὲν ὁπλιτῶν ἐς Ἀχαΐαν ἐξέπεμψαν, ἀγείρειν τὰ ἐντυγχάνοντα πάντα, καὶ πέμπειν σφίσι κατὰ σπουδήν. Οὐκ ἀνεχόμενοι δὲ κινδύνου τοσοῦδε προσιόντος, οὔτε τῶν ἄλλων ἐπιτεχνήσεων, οὔτε ἐν τῷ πεδίῳ λοιπὸν ἐκτάσσειν, παρὰ τὸ τείχισμα τῶν ἐχθρῶν ἀνέβαινον μετὰ βοῆς, καὶ τὸν Βροῦτον ἐκάλουν ἐς μάχην, ἐπισκώπτοντες ἅμα καὶ λοιδοροῦντες, καὶ ἐγνωκότες οὐ πολιορκίας τρόπῳ μᾶλλον, ἢ μανιώδει φορᾷ, μὴ βουλομένῳ συμπλέκεσθαι.

CXXIII. Τῷ δὲ, αὐτῷ μὲν, ἔγνωστο τὰ ἀπ' ἀρχῆς· καὶ μᾶλλον ἔτι, πυνθανομένῳ περί τε τοῦ λιμοῦ καὶ περὶ τῆς κατὰ τὸν Ἰόνιον εὐπραξίας, καὶ τῶν πολεμίων ὁρῶντι τὴν ἐκ τῆς ἀπορίας ἀπόνοιαν. Καὶ ᾑρεῖτο πο-

quamprimum potiri cupimus, ad pugnandum festinemus. Quanquam heri jam satis multa pro illis vicissim recepimus, ac fortasse plura quam amisimus : nam illi, quidquid ex Asia per vim rapuerunt, secum ferebant; vos, e patria discedentes, relictis rebus pretiosioribus, necessaria tantum vobiscum attulistis. Quod si quid tamen etiam fuit lautius, nobis imperatoribus illud erit ablatum, qui vobis pro victoria vestra omnia de nostro restituere sumus parati : neque vero obstabit ea jactura quominus vobis persolvatur victoriæ præmium, in milites singulos viginti millia HS, centurioni quintuplum, tribuno duplum ejus quod accipit centurio. »

CXXI. In hanc sententiam locutus Antonius, postridie ejus diei rursus in aciem milites produxit. Quumque hostis non descenderet, moleste id tulit, nec destitit quotidie eos producere. Brutus vero copias suas partim instructas habebat, ne cogeretur invitus pugnare; partim per viam, qua commeatus afferebantur, certis intervallis disposuerat præsidia. Erat tumulus proximus castris Cassii, quem occupare hosti erat difficile, quia sagittis e castris infestari poterat : ei tamen Cassius imposuerat præsidium, ne quis audacior eum invaderet. Hunc, a Bruto derelictum, Cæsariani occuparunt noctu quatuor legionibus, frequentibus cratibus protecti ac coriis ad arcenda missilia. Quo occupato, aliæ decem legiones moverunt castra versus mare quinque stadia; et inde porro quatuor stadiorum intervallo duæ metatæ sunt; eoque modo extensuri se erant usque ad mare, cogitantes, aut per littus, aut per paludes, aut quacunque alia ratione, perrumpere, et intercludere commeatus hostium. Huic consilio Brutus occurrit, cum aliis artibus, tum castellis ex adverso hostilium castrorum oppositis.

CXXII. At Cæsariani moras ferre non poterant, fame jam manifeste pressi, quæ in dies crescens metum augebat. Nam nec e Thessalia jam satis eis subvehebatur, nec e mari quidquam poterant sperare, classibus hostium totius maris imperium tenentibus : quin et navalis in Ionio mari pugnæ eventus, ad utrumque exercitum jam perlatus, timorem auxerat; appetente præsertim hieme, quæ in planitie cœnosa manentibus eo molestior erat futura. Quibus cogitationibus commoti, unam quidem legionem miserunt in Achaiam, quæ, quidquid nancisceretur, collectum festine ad exercitum mitteret. Sed instante tanto periculo anxii, quum nec reliquis artibus proficerent quidquam, et tæderet eos frustra semper in campis ostentare aciem; ad ipsam tandem munitionem hostium cum clamore ascenderunt, ad pugnam provocantes Brutum cavillis atque conviciis, paratique non tam oppugnare, quam insano impetu invitum ad prælium compellere.

CXXIII. At Brutus quidem ipse perstabat in proposito; eoque magis, quod audierat de fame, et de suorum navali victoria, videbatque hostium desperationem ex inopia natam : et malebat oppugnationem aut aliud quidvis sustinere,

λιορκίας καὶ ἄλλου παντὸς ἀνέχεσθαι μᾶλλον, ἢ ἐς χεῖρας ἰέναι ἀνδράσιν ἐπειγομένοις ὑπὸ λιμοῦ, καὶ ἀπογιγνώσκουσιν ἐκ τῶν ἄλλων ἑαυτούς, καὶ ἐν μόναις ταῖς χερσὶ τὴν ἐλπίδα ἔχουσιν. Ὁ δὲ στρατὸς οὐχ ὁμοίως εἶχεν, ὑπὸ ἀφροσύνης· ἀλλ' ἐδυσφόρουν, γυναικῶν τρόπον ἔνδον μετὰ ἀπραξίας καὶ φόβου κατακεκλεισμένοι. Ἐδυσχέραινον δὲ καὶ οἱ ἡγεμόνες αὐτῶν, ἐπαινοῦντες μὲν τὸ ἐνθύμημα τοῦ Βρούτου, νομίζοντες δὲ καὶ θᾶσσον ἐπικρατήσειν τῶν πολεμίων μετὰ προθύμου στρατοῦ. Αἴτιον δὲ τούτων ἦν αὐτὸ τὸ Βροῦτον ἐπιεικῆ καὶ φιλόφρονα ἐς ἅπαντας εἶναι, καὶ ἀνόμοιον Κασσίῳ, αὐστηρῷ καὶ ἀρχικῷ περὶ πάντα γεγενημένῳ. Ὅθεν ἐκείνῳ μὲν ἐξ ἐπιτάγματος ὑπήκουον, οὐ παραστρατηγοῦντες, οὐδὲ τὰς αἰτίας μανθάνοντες, οὐδὲ εὐθύνοντες ὅτε καὶ μάθοιεν· Βρούτῳ δὲ οὐδὲν ἀλλ' ἢ συστρατηγεῖν ἠξίουν, διὰ πραΰτητα. Τέλος δὲ τοῦ στρατοῦ φανερώτερον ἤδη κατὰ ἴλας καὶ κατὰ συστάσεις διαπυνθανομένου· Τί κατέγνωκεν ἡμῶν ὁ στρατηγός; τί ἔναγχος ἡμάρτομεν, οἱ νικήσαντες, οἱ διώξαντες; οἱ τοὺς καθ' ἡμᾶς πολεμίους κατακανόντες, οἱ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν ἑλόντες; Βροῦτος ἑκὼν ἠμέλει, καὶ ἐς ἐκκλησίαν οὐ συνῆγε, μὴ ἀπρεπέστερον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀλογίστως ἐκβιασθείη, καὶ μάλιστα μισθοφόρων, οἷς ἐστιν ἀεὶ (καθὰ καὶ τοῖς εὐχερέσιν οἰκέταις ἐς ἑτέρους δεσπότας) ἐλπὶς ἐς σωτηρίαν ἡ ἐς τὸ ἀντίπαλον μεταβολή.

CXXIV. Ἐνοχλούντων δὲ αὐτῷ καὶ τῶν ἡγεμόνων, καὶ κελευόντων νῦν μὲν ἀποχρήσασθαι τοῦ στρατοῦ τῇ προθυμίᾳ, τάχα τι λαμπρὸν ἐργασομένου· ἢν δ' ἀντιπίπτῃ τι παρὰ τὴν μάχην, ἐπανιέναι πάλιν ἐς τὰ τείχη, καὶ προβάλλεσθαι τὰ αὐτὰ χαρακώματα· χαλεπήνας ὁ Βροῦτος τοῖσδε μάλιστα, ἡγεμόσιν οὖσι, καὶ περιαλγήσας, ὅτι τὸν αὐτόν οἱ κίνδυνον ἐπικείμενοι συμφέρονται τῷ στρατῷ κουφόνως, ἀμφίβολον καὶ ὀξεῖαν τύχην προτιθέντι νίκης ἀκινδύνου, εἶξεν ἐπ' οἰκείῳ καὶ σφῶν ἐκείνων ὀλέθρῳ, τοσόνδε ἐπιμεμψάμενος αὐτοῖς· Ἐοίκαμεν ὡς Πομπήϊος Μάγνος πολεμήσειν, οὐ στρατηγοῦντες ἔτι μᾶλλον, ἢ στρατηγούμενοι. Καί μοι δοκεῖ τόδε μόνον ἐξειπεῖν, ἐπικρύπτων ὃ ἐδεδοίκει μάλιστα, μὴ ὁ στρατὸς, οἷα τοῦ πάλαι Καίσαρος γεγονὼς, ἀγανακτήσειέ τε καὶ μεταβάλοιτο· ὅπερ ἐξ ἀρχῆς αὐτός τε καὶ Κάσσιος ὑφορώμενοι, ἐς οὐδὲν ἔργον αὐτοῖς πρόφασιν ἀγανακτήσεως ἐπὶ σφίσιν ἐνεδίδουν.

CXXV. Ὧδε μὲν δὴ καὶ ὁ Βροῦτος ἐξῆγεν ἄκων, καὶ ἐς τάξεις διεκόσμει πρὸ τοῦ τείχους, καὶ ἐδίδασκε μὴ πολὺ προὔχειν τοῦ λόφου, ἵνα αὐτοῖς ἥ τε ἀναχώρησις, εἰ δεήσειεν, εὐχερὴς εἴη, καὶ τὰ ἐς τοὺς πολεμίους ἀφιέμενα ἐπιδέξια. Ἦν δὲ ἑκατέρωθεν παρακέλευσίς τε πάντων ἐς ἀλλήλους, καὶ φρόνημα ἐπὶ τῷ ἔργῳ μέγα, καὶ θρασύτης ὑπὲρ λόγον ἀναγκαῖον· τοῖς μὲν, ὑπὸ δέους λιμοῦ· τοῖς δὲ ὑπὸ αἰδοῦς δικαίας, βιασαμένοις τὸν στρατηγὸν ἀναβαλλόμενον ἔτι, μὴ χείροσιν ὧν ὑπέσχεντο ὀφθῆναι, μηδὲ ἀσθενεστέροις ὧν ἐθρασύνοντο, μηδὲ προπετείας ὑπευθύνοις μᾶλλον, ἢ

quam confligere cum viris fame pressis, qui, desperatis cæteris rebus omnibus, totam fiduciam in armis haberent. Sed exercitus aliter sentiebat, per imprudentiam; moleste ferens, mulierum more in castris se otiosos præ metu concludi. Indignabanturque ductores quoque ordinum; non quod improbarent Bruti consilium, sed quod, alacritate militum freti, putarent citius parari posse victoriam. In causa autem erat ipse Brutus, mitis ac comis erga omnes; dissimilis Cassio, severo et imperioso per omnia : quapropter Cassii imperata omnes e vestigio exsequi consueverant; nullam imperii partem sibi adrogantes, nec rationem requirentes jussorum, nec, si scirent, redarguentes unquam. At Bruto, propter ipsam viri mansuetudinem, non parere, sed ex æquo cum eo imperare, volebant. Tandem, quum apertius jam in militum circulis, turmatim coeuntium, voces jactarentur hujusmodi : Quo nostro merito imperator nos condemnat? quid peccavimus nuper, qui hostes fudimus et fugavimus? qui oppositum nobis cornu concidimus? qui castra expugnavimus hostium? consulto dissimulavit Brutus, nec concionem advocavit, ne magis etiam indecore ab ipsa multitudine rationis experte cogeretur, præsertim a mercenaria turba, quæ semper in transitione ad partem adversam, sicut inconstantes servuli in mutatione dominorum, nescio quam spem salutis ponere solet.

CXXIV. Sed legatis quoque tribunisque instantibus, monentibusque « utendum præsenti alacritate militum; fortassis enim effecturos aliquid egregium : quod si quid adversum acciderit, redeundum intra vallum, et easdem munitiones hosti objiciendas : » his quidem maxime indignatus Brutus; dolensque, quod, pari periculo cum ipso obnoxii, pari levitate abriperentur cum militibus, dubiam citamque fortunam anteponentibus tutæ victoriæ; cessit tandem, in suam et ipsorum perniciem, his tantum verbis conquestus : « Videor ut Pompeius Magnus bellum gesturus; non tam imperator, quam imperata faciens. » Et, quantum ego intelligo, ideo non plura dixit, quia dissimulabat id quod metuebat maxime, ne exercitus, C. Cæsaris militiam olim secutus, nunc indignatione commotus ad hostem signa transferret : quod ipsum jam inde ab initio et ipse Brutus et Cassius veriti, sedulo caverant, ne ullam materiam stomachandi adversus sese militibus præberent.

CXXV. Ita Brutus quoque suos produxit invitus, et ante munitiones struxit aciem : subinde admonens, ne longius a tumulo procederent; ut et receptus, si res id posceret, esset facilis, et eo commodius in hostem e superiore loco possent tela conjicere. Erat autem in utrisque aciebus mutua cohortatio, et summa pugnandi cupiditas, audaciaque modum necessarium excedens; quod alteros fames urgeret, alteros justus pudor, qui imperatorem cunctantem adhuc coegerant ad prælium; quibus tunc curæ erat, ut re appareret fortitudo et audacia, quam verbis præ se tulerant; ne temeritatem magis secuti viderentur, quam laudabile consilium. Quod

ἀξιεπαίνοις εὐβουλίας. Ἃ καὶ ὁ Βροῦτος αὐτοῖς, ἐπὶ ἵππου παραθέων, σοβαρῷ τῷ προσώπῳ προενέφαινε· καὶ δι᾽ ὀλίγων ὑπεμίμνησκεν, ὅσον ὁ καιρὸς ἐδίδου· « Ὑμεῖς ἠθελήσατε μάχεσθαι· ὑμεῖς με, ἑτέρως ἔχοντα, νικᾷν ἐβιάσασθε· μὴ δὴ ψεύσησθε τῆς ἐλπίδος μήτε ἐμὲ μήτε αὐτούς. Ἔχετε καὶ λόφον σύμμαχον, καὶ τὰ κατὰ νώτου πάντα ἴδια. Οἱ πολέμιοι δ᾽ εἰσὶν ἐν ἀμφιβόλῳ· μεταξὺ γάρ εἰσιν ὑμῶν τε καὶ λιμοῦ. » Ὁ μὲν τοιαῦτα λέγων διετρόχαζε, καὶ αὐτὸν αἱ τάξεις ἐπήλπιζον, καὶ μετὰ βοῆς παρέπεμπον εὐφήμου.

CXXVI. Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντώνιος τοὺς ἰδίους περιθέοντες, τήν τε δεξιὰν ὤρεγον ἐφ᾽ οὓς παραγένοιντο, καὶ σοβαρώτερον ἔτι οἵδε ἐπέσπερχον αὐτοὺς, καὶ τὸν λιμὸν οὐκ ἐπέκρυπτον, ὡς εὔκαιρον ἐς εὐτολμίαν προφέρειν· « Εὕρομεν, ὦ ἄνδρες, τοὺς πολεμίους· ἔχομεν οὓς ἐζητοῦμεν ἔξω τείχους λαβεῖν. Μή δή τις ὑμῶν τὴν ἰδίαν πρόκλησιν καταισχύνῃ, μηδὲ τῆς ἀπειλῆς ἐλάττων γένηται· μηδὲ λιμὸν, ὄλεθρον ἀμήχανόν τε καὶ ἐπώδυνον, ἕληται μᾶλλον, ἢ πολεμίων τείχη καὶ σώματα, ἃ καὶ τόλμαις ἐνδίδωσι καὶ σιδήρῳ καὶ ἀπονοίᾳ. Ἔχει δὲ ἡμῖν ἐπείξεως ὧδε τὰ παρόντα, ὡς μηδὲν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἀνατίθεσθαι, ἀλλὰ σήμερον περὶ ἁπάντων διακριθῆναι μέχρι νίκης ἐντελοῦς, ἢ εὐγενοῦς θανάτου. Νικῶσι δ᾽ ἔστι λαβεῖν, διὰ ἡμέρας καὶ δι᾽ ἑνὸς ἔργου, τροφὰς καὶ χρήματα καὶ ναῦς καὶ στρατόπεδα, καὶ τὰ νικητήρια παρ᾽ ἡμῶν. Ἔσται δὲ ταῦτα, ἢν πρῶτον μὲν ἐμβαλόντες αὐτοῖς μνημονεύωμεν τῶν ἐπειγόντων· εἶτα παραῤῥήξαντες, εὐθὺς ἀποκλείωμεν ἀπὸ τῶν πυλῶν, ἐς δὲ τοὺς κρημνοὺς ἢ τὰ πεδία περιωθῶμεν· ἵνα μὴ ὁ πόλεμος αὖθις ἀναφύοιτο, μηδὲ ἐς τὴν ἀργίαν πάλιν οἱ ἐχθροὶ διαδιδράσκοιεν, οἳ δι᾽ ἀσθένειαν, μόνοι δὴ πολεμίων, οὐκ ἐν τῷ μάχεσθαι τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ μὴ μάχεσθαι. »

CXXVII. Οὕτως μὲν ὁ Καῖσάρ τε καὶ ὁ Ἀντώνιος παρώτρυνον, ἐφ᾽ οὓς παραγένοιντο. Καὶ πᾶσιν ἦν αἰδὼς, ἀξίοις τε φανῆναι τῶν στρατηγῶν, καὶ τὴν ἀπορίαν ἐκφυγεῖν, ὑπεραυξηθεῖσαν ἐκ παραλόγου διὰ τὰ ἐν τῷ Ἰονίῳ γενόμενα. Ἡροῦντό τε, ἐν ἔργῳ καὶ ἐν ἐλπίσιν, εἰ δέοι, τι παθεῖν, μᾶλλον, ἢ ὑπὸ ἀμηχάνου κακοῦ δαπανώμενοι. Ὧδε δὲ ἐχόντων αὐτῶν, καὶ πρὸς τὸν ἐγγὺς αὐτὰ ἐκφέροντος ἑκάστου, ὁ θυμὸς ἀμφοτέρων ηὔξετο μάλιστα, καὶ ἐνεπίμπλαντο τόλμης ἀκαταπλήκτου. Οὐδέν τε ἐν τῷ παρόντι, ἀλλήλων ὅτι ἦσαν πολῖται, οὐδὲ ἐπεμέμνηντο· ἀλλ᾽ ὡς ἐκ φύσεως καὶ γένους ἐχθροῖς ἐπηπείλουν. Οὕτως ἡ παραυτίκα ὀργὴ τὸν λογισμὸν αὐτοῖς καὶ τὴν φύσιν ἔσβεσεν. Ἐπεμαντεύοντο δὲ ὁμαλῶς ἑκάτεροι, τήνδε τὴν ἡμέραν ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ πάντα τὰ Ῥωμαίων πράγματα κρινεῖν. Καὶ ἐκρίθη.

CXXVIII. Ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας ἀμφὶ τήνδε τὴν παρασκευὴν ἐς ἐνάτην ὥραν δεδαπανημένης, αἰετοὶ δύο ἐς τὸ μεταίχμιον συμπεσόντες ἀλλήλοις ἐπολέμουν· καὶ ἦν σιγὴ βαθυτάτη. Φυγόντος δὲ τοῦ κατὰ Βροῦτον, βοή τε παρὰ τῶν πολεμίων ὀξεῖα ἐγέρθη, καὶ τὰ

et Brutus, obequitans ordines, severo vultu eis ingerebat, paucis pro tempore admonens : « Vos pugnare voluistis : vos me, aliter sentientem, vincere cogitis : cavete, ne vel meam vel vestram spem frustremini. Et tumulus vos protegit, et a tergo vestra omnia tuta habetis. Hostes in ancipiti sunt periculo, inter vos et famem positi. » Talia monens discurrebat, ordinibus acclamantibus et fausta ominantibus.

CXXVI. Cæsar vero et Antonius, suos uterque obequitans, dextramque proximis porrigens, severioribus etiam gravioribusque verbis concitabant; neque famem dissimulabant, opportunum momentum ad accendendam audaciam : « Invenimus hostem, Milites; adepti sumus extra munitiones quos quæsivimus. Cavete ne quis vestrum suam provocationem dehonestet, ne minis facta parum respondeant! Cavete, ne malitis cum fame, acerbo malo et inexpugnabili, conflictari, quam cum hostium munimentis corporibusque, ferro vestro et audaciæ atque adeo desperationi cessuris. Sunt vero eo in statu res nostræ, ut in crastinum non liceat differre : hodie de rerum summa decernendum est, et aut vincendum omnino, aut generose cadendum. Vincentibus autem, uno die, uno labore, alimenta et pecuniam et classes et castra licet obtinere, et insuper a nobis victoriæ præmia. Vincemus autem, si primo congressu memores necessitatis fuerimus; deinde si, perruptis hostium ordinibus, confestim reditum ad portam eis intercluserimus, et aut in prærupta eos aut in plana propulerimus; ne bellum rursus renascatur, neve inimici ad otium refugiant : qui, imbecillitatis suæ conscientia, soli hostium non in pugnando spem collocant, sed in abstinendo a pugna. »

CXXVII. His tunc adhortationibus Cæsar et Antonius, quacunque se verterent, utebantur. Et pudor omnes incesserat, cupiditasque dignos se præstandi exspectatione imperatorum, et effugiendi famem ex nec opinato supra modum auctam per cladem in Adriatico mari acceptam. Malebantque in acie cum bona spe cadere, si ita res ferret, quam absumi malo inexpugnabili. Hoc modo affectis militibus, et hujusmodi cogitationes inter se mutuo conferentibus, mirum in modum utrique exercitui aucti sunt animi, et audacia repleti sunt nullum formidante periculum. Neque subibat in præsenti cogitatio, esse inter se jure civium conjunctos : sed, veluti natura hostes fuissent et gentilitio quodam odio exagitati, sic minas alteri in alteros jactabant. Adeo præsens ira plus, quam ratio naturaque, valuit. Utrique autem pariter divinabant, hoc ipso die, eodem hoc prælio, de summa rerum Romanarum decerni. Et decretum est.

CXXVIII. Jam dies, dum se parant, ad nonam horam processerat, quum coortæ duæ aquilæ pugnare secum cœperunt inter utramque aciem, intentam summo silentio. Quarum postquam fugata est ea, quæ a Bruto steterat, conclamarunt hostes, et signa utrinque collata sunt. Fuitque

σημεῖα ἑκατέρωθεν ἐπῆρτο, καὶ ἔφοδος ἦν σοβαρά τε καὶ ἀπηνής. Τοξευμάτων μὲν δὴ καὶ λίθων ἢ ἀκοντισμάτων ὀλίγον αὐτοῖς ἐδέησε πολέμου νόμῳ, ἐπεὶ οὐδὲ τῇ ἄλλῃ τέχνῃ καὶ τάξει τῶν ἔργων ἐχρῶντο· ἀλλὰ γυμνοῖς τοῖς ξίφεσι συμπλεκόμενοι ἔκοπτόν τε καὶ ἐκόπτοντο, καὶ ἀλλήλους ἐξώθουν ἀπὸ τῆς τάξεως· οἱ μὲν, περὶ σωτηρίας μᾶλλον ἢ νίκης· οἱ δὲ, περὶ νίκης καὶ παρηγορίας στρατηγοῦ βεβιασμένου. Φόνος δὲ ἦν καὶ στόνος πολύς. Καὶ τὰ μὲν σώματα αὐτοῖς ὑπεξεφέρετο, ἕτεροι δὲ ἀντικαθίσταντο ἐκ τῶν ἐπιτεταγμένων. Οἱ στρατηγοὶ δὲ σφᾶς, περιθέοντες, καὶ δρώμενοι πανταχοῦ, ταῖς τε ὁρμαῖς ἀνέφερον, καὶ παρεκάλουν πονοῦντας ἔτι προσπονῆσαι, καὶ τοὺς κεκμηκότας ἐνήλλασσον, ὥστε ὁ θυμὸς ἀεὶ τοῖς ἐπὶ τοῦ μετώπου καινὸς ἦν. Τέλος δὲ οἱ τοῦ Καίσαρος, εἴτε διὰ δέος τοῦ λιμοῦ, εἴτε δι' αὐτοῦ Καίσαρος εὐτυχίαν (οὐ γὰρ ἐπίμεμπτοί γε ἦσαν οὐδὲ οἱ Βρούτειοι), τὴν φάλαγγα τῶν ἐχθρῶν ἐκίνουν, ὥσπερ τι μηχάνημα τῶν βαρυτάτων ἀνατρέποντες· οἱ δ' ἀνεωθοῦντο μὲν ἐπὶ πόδας ἐς τὸ ὀπίσω βάδην ἔτι καὶ μετὰ φρονήματος. Ὡς δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ σύνταξις ἤδη παρελέλυτο, ὀξύτερον ὑπεχώρουν, καὶ, τῶν ἐπιτεταγμένων σφίσι δευτέρων καὶ τρίτων συνυποχωρούντων, μισγόμενοι πάντες ἀλλήλοις ἀκόσμως, ἐθλίβοντο ὑπὸ σφῶν καὶ τῶν πολεμίων, ἀπαύστως αὐτοῖς ἐπικειμένων, ἕως ἔφευγον ἤδη σαφῶς. Καὶ οἱ τοῦ Καίσαρος, τότε μάλιστα τοῦ παρηγγελμένου σφίσιν ἐγκρατῶς ἐχόμενοι, τὰς πύλας προελάμβανον σφόδρα ἐπικινδύνως· ἄνωθέν τε γὰρ ἐβάλλοντο, καὶ ἐκ τοῦ μετώπου· μέχρι πολλοὺς ἐσδραμεῖν ἐκώλυσαν, οἳ διέφυγον ἐπί τε τὴν θάλασσαν, καὶ ἐς τὰ ὄρη διὰ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ζυγάκτου.

congressus superbus et atrox. Omissis enim mox cujusque generis missilibus, cæterisque artibusve rationibusve quæ in præliis adhiberi mos est, nudatis protinus gladiis pugnabant cominus, ferientes et ictus excipientes, impulsuque mutuo turbare conantes adversariorum ordines; alteri pro salute magis, quam pro victoria, cernantes; alteri pro ipsa victoria, et pro solatio imperatoris, quem importunitate sua ad id prælium coegerant. Eratque multa ubique cædes, multus gemitus: et subtractis semper cadentium corporibus, alii statim ex proximis ordinibus succedebant. Imperatoresque circumcursantes, et nusquam non conspicui impetu ardoreque suo erigebant laborantes, hortabanturque ut durarent etiamnum paulisper, et in fessorum locum recentes sufficiebant, ut a fronte semper redintegrarentur animi. Tandem Cæsariani, sive propter metum famis, sive propter fortunam ipsius Cæsaris (nam nec Bruti milites incusari poterant), aciem adversam loco moverunt, ac si impressione facta machinam quampiam protruderent gravissimam: hostes vero pedem referebant, lente etiam tum et intrepide. Ut vero ordines quoque cœperunt dissolvi, concitatius se recipiebant; et, cedentibus simul eis qui in secunda ac tertia acie steterant, mox omnes promiscue confusi cum a suis premebantur, tum ab hostibus incessanter urgentibus, tandemque in non dubiam fugam effundebautur. Jamque Cæsariani, mandatorum tunc maxime memores, portam castrorum, magno suo periculo (telis enim et superne et a fronte petebantur), occuparunt, et magnam multitudinem reditu excluserunt; quæ partim ad mare, partim in montes per Zygacten fluvium, fuga se proripuit.

CXXIX. Γενομένης δὲ τῆς τροπῆς, τὸ λοιπὸν ἔργον οἱ στρατηγοὶ διῃροῦντο· Καῖσαρ μὲν, αἱρεῖν τοὺς ἐκπίπτοντας ἐκ τοῦ στρατοπέδου, καὶ αὐτὸ φυλάσσειν τὸ στρατόπεδον· ὁ δὲ Ἀντώνιος πάντα ἦν, καὶ πᾶσιν ἐνέπιπτε, τοῖς τε φεύγουσι, καὶ τοῖς ἔτι συνεστῶσι, καὶ τοῖς ἄλλοις στρατοπέδοις αὐτῶν, ὁρμῇ τε ὑπερηφάνῳ πάντα ἐβιάζετο ὁμοῦ. Καὶ περὶ τοῖς ἡγεμόσι δείσας, μὴ αὐτὸν διαφυγόντες αὖθις ἕτερον στρατὸν ἀγείρειαν, τοὺς ἱππέας ἐξέπεμπεν ἐπὶ τὰς ὁδούς τε καὶ ἐκβολὰς τῆς μάχης, αἱρεῖν τοὺς ἀποδιδράσκοντας· οἳ, διελόμενοι τὸ ἔργον, ἀνά τε τὸ ὄρος ἐφέροντο σὺν τῷ Θρᾳκίῳ Ῥάσκῳ, δι' ἐμπειρίαν ὁδῶν συναπεσταλμένῳ, καὶ τὰ χαρακώματα καὶ κρημνοὺς περιστάντες, τοὺς ἐκφεύγοντας ἐκυνηγέτουν, καὶ τοὺς ἐντὸς ἐφρούρουν· οἱ δὲ Βροῦτον αὐτὸν ἐδίωκον. Καὶ αὐτοὺς ἀσχέτως ἔχοντας τοῦ δρόμου Λουκίλιος ἰδὼν, ὑπέστη, καὶ ὡς Βροῦτος ὢν ἠξίου πρὸς Ἀντώνιον ἀντὶ τοῦ Καίσαρος ἀναχθῆναι· ᾧ δὴ καὶ μάλιστα εἶναι Βροῦτος ἐνομίσθη, τὸν ἀδιάλλακτον ἐχθρὸν ἐκκλίνων. Ἀγομένου δὲ αὐτοῦ πυθόμενος ὁ Ἀντώνιος, ἀπήντα σὺν ἐπιστάσει, τὴν τύχην ὁμοῦ καὶ τὸ ἀξίωμα τἀνδρὸς καὶ ἀρετὴν ἐνθυμούμενος, ὅπως Βροῦτον ὑποδέξαιτο. Πλησιάσαντι δ' ὁ Λουκίλιος ἐντυχὼν, μάλα θρασέως εἶπε· Βροῦτος μὲν οὐχ ἑάλωκεν, οὐδὲ ἁλώσεταί ποτε πρὸς κακίας ἀρετή· ἐγὼ δὲ, τούσδε ἀπα-

CXXIX. Fuga facta, quod reliquum erat operæ, imperatores inter se partiti sunt: relictoque Cæsare, ut erumpentes e castris exciperet, et ipsa castra custodiret; cætera Antonius cuncta simul exsequebatur, in fugientes pariter ac resistentes adhuc et in alia eorum castra impetum faciens, omniaque profligans violento impetu. Et veritus, ne duces elapsi alium colligerent exercitum, equites misit circa viarum exitus, qui fugientes exciperent: qui, divisis regionatim operis, pars per montana discurrebant cum Thrace Rasco, simul misso propter viarum notitiam; pars, circumdatis munitionibus præruptisque castrorum, effugientes inde, veluti feras, venabantur, et qui intus erant observabant; pars Brutum ipsum persequebatur. Quos continuato cursu venientes conspicatus Lucilius, substitit, et, Brutum se fingens, rogavit, ut ad Antonium duceretur, non ad Cæsarem: qua de causa potissimum pro Bruto etiam habitus est, quod vitaret inimicum implacabilem. Hunc ubi adduci cognovit Antonius, processit obviam; et, fortunam simul et dignitatem viri virtutemque cogitans, sedulo secum consideravit, quonam pacto Brutum exciperet. Cui appropinquanti Lucilius occurrens, satis audenter, Brutus, inquit, non est captus: nec capietur unquam virtus ab ignavia:

τήσας, ὧδέ σοι πάρειμι. Καὶ ὁ Ἀντώνιος τοὺς ἱππέας ἰδὼν αἰδουμένους, παρηγόρει· καὶ, Οὐ μείονά μοι τήνδε ἄγραν, εἶπεν, ἀλλὰ ἀμείνονα ἧς ἐνομίζετε, ἐθηρεύσατε, ὅσῳ κρεῖττον ἐχθροῦ φίλος. Καὶ τὸν Λουκίλιον τότε μέν τινι τῶν φίλων ἔδωκε θεραπεύειν· ὕστερον δὲ αὐτὸς ἔχων, ἐχρῆτο ὡς πιστῷ.

CXXX. Ὁ δὲ Βροῦτος ἀναφεύγει μὲν ἐς τὰ ὄρη σὺν ἱκανῷ πλήθει, ὡς νυκτὸς ἐς τὸ στρατόπεδον ὑποστρέψων, ἢ καταβησόμενος ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Ἐπεὶ δὲ περιείληπτο πάντα φυλακαῖς, διενυκτέρευεν ἔνοπλος μετὰ πάντων· καί φασιν αὐτὸν ἐς τοὺς ἀστέρας ἀναβλέποντα εἰπεῖν,

Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν·

ἐνσημαινόμενος ἄρα τὸν Ἀντώνιον. Ὃ καὶ αὐτὸν Ἀντώνιόν φασιν ὕστερον ἐν τοῖς ἰδίοις κινδύνοις μεταγιγνώσκοντα εἰπεῖν, ὅτι συνεξετάζεσθαι Κασσίῳ καὶ Βρούτῳ δυνάμενος, ὑπηρέτης γένοιτο Ὀκταουΐου. Τότε γε μὴν καὶ ὁ Ἀντώνιος ἔνοπλος ἐπὶ τῶν φυλακτηρίων ἀντιδιενυκτέρευε τῷ Βρούτῳ, χάρακα περιθέμενος ἐκ νεκρῶν σωμάτων, καὶ λαφύρων συμφορηθέντων. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς μέσην νύκτα πονηθεὶς, ἀνεχώρησε διὰ τὴν νόσον, Νωρβανῷ φυλάσσειν παραδοὺς τὸ στρατόπεδον.

CXXXI. Βροῦτος δὲ καὶ τῆς ἐπιούσης ὁρῶν τὰς ἐφεδρείας τῶν ἐχθρῶν ἐπιμενούσας, ἔχων οὐ πλήρη τέσσαρα τέλη συναναβάντα οἱ, αὐτὸς μὲν ἐπελθεῖν ἐπ' αὐτοὺς ἐφυλάξατο, τοὺς δὲ ἡγουμένους αὐτῶν, αἰδουμένους τε τὸ ἁμάρτημα, καὶ μετανοοῦντας, ἔπεμπεν ἀποπειράσοντας αὐτῶν, εἰ ἐθελήσουσιν ὤσασθαι διὰ τῶν ἐφεδρειῶν, καὶ ἀναλαβεῖν τὰ ἴδια, ἔτι φυλασσόμενα ὑπὸ τῶν οἰκείων ὑπολελειμμένων. Οἱ δὲ, ἀβουλότατα μὲν ἐς τὸ ἔργον ὁρμήσαντες, εὐψυχότατοι δὲ τὸ μέχρι πλείστου γενόμενοι, τότε, βλάπτοντος ἤδη τοῦ θεοῦ, τῷ στρατηγῷ σφῶν ἀπεκρίναντο ἀναξίως· Βουλεύεσθαι περὶ αὐτοῦ· αὐτοὶ γὰρ, τῆς τύχης πολλάκις πεπειραμένοι, οὐκ ἀνατρέψειν τὴν ἔτι λοιπὴν διαλλαγῶν ἐλπίδα. Καὶ ὁ Βροῦτος, ἐς τοὺς φίλους εἰπὼν, Οὐδὲν οὖν ἔτι εἰμὶ τῇ πατρίδι χρήσιμος, ὧδε καὶ τούτων ἐχόντων· ἐκάλει Στράτωνα τὸν Ἠπειρώτην, ὄντα φίλον ἑαυτῷ, καὶ ἐγχειρεῖν ἐκέλευε τῷ σώματι. Τούτου δὲ ἔτι βουλεύεσθαι παραινοῦντος, ἐκάλει τινὰ τῶν οἰκετῶν. Καὶ ὁ Στράτων, Οὐκ ἀπορήσεις, εἶπεν, ὦ Βροῦτε, φίλου μᾶλλον ἢ οἰκετῶν ἐς τὰ ὕστατα προστάγματα, εἰ ἤδη κέκριται. Καὶ εἰπὼν, ἐνήρεισε ταῖς λαγόσι τοῦ Βρούτου τὸ ξίφος, οὔτε ἀποστραφέντος οὔτε ἐνδόντος.

CXXXII. Ὧδε μὲν δὴ Κάσσιος καὶ Βροῦτος ἐθνησκέτην, ἄνδρε Ῥωμαίων εὐγενεστάτω τε καὶ περιφανεστάτω, καὶ ἐς ἀρετὴν ἀδηρίτω, χωρὶς ἄγους ἑνός. Ὣ γε καὶ Γάϊος Καῖσαρ, ὄντε τῆς Μάγνου Πομπηΐου μοίρας, ἐκ μὲν ἐχθροῖν καὶ πολεμίοιν ἐποιήσατο φίλω, ἐκ τε φίλοιν ἦγεν ὡς υἱώ. Καὶ ἡ βουλὴ περιποθήτω τε εἶχεν ἀεὶ, καὶ ἀτυχήσαντε ἐλεεινώ· δυοῖν τε τούτοιν ἕνεκα πᾶσιν ἀμνηστίαν ἐτίθετο, καὶ φυγόντοιν αὐτοῖν ἔπεμψεν ἡγεμονίας, ἵνα μὴ φυγάδες εἶεν· οὐκ ἀμελοῦσα

ego vero, his deceptis, hic adsum tibi. Tum Antonius, erubescentes videns equites, consolaturus eos, « Non minorem, ait, mihi hanc prædam, sed meliorem quam putatis, venati estis, quanto amicus inimico est potior : » et Lucilium tunc quidem cuidam ex amicis curandum tradidit; deinde vero ipse sibi eum adjunxit, et fideli ejus usus est amicitia.

CXXX. At Brutus cum satis quidem multis in montes refugit, et noctu vel reverti in castra constituit, vel ad mare descendere. Sed quoniam omnia custodiis erant intersepta, armatus pernoctavit cum omnibus; ferturque sidera intuens dixisse : « Jupiter, ne te effugiat horum auctor malorum ! » Antonium utique subindicans. Cujus dicti postremo ipse Antonius in propriis periculis fertur meminisse, sero pœnitens, quod, quum posset Bruto accenseri et Cassio, maluisset apparitor fieri Octavii. Tunc vero et Antonius armatus in stationibus per totam noctem Bruto se opposuit; pro vallo usus cadaveribus congestis atque manubiis. Cæsar vero, in mediam noctem labore tolerato, propter morbum secessit, Norbano tradita castrorum custodia.

CXXXI. Postero die Brutus, videns inimicos perstare in insidiis, et secum ipse non integras quatuor habens legiones, quæ eum in montem erant secutæ, parum quidem tutum putavit si ipse alloqueretur milites; sed tribunos, cum pudore doloreque agnoscentes erratum suum, ad eos misit, prætentaturos an velint per medias hostium custodias erumpere, et sua recipere asservata adhuc a præsidiariis. Sed illi, qui et prælium alacriter inierant, et hostem diu magno animo sustinuerant, tunc, diis mentes jam pervertentibus, indignum imperatori suo responsum dederunt : « consulat ipse sibi; se enim, qui toties tentaverint fortunam, nolle reliquam spem pacis corrumpere. » Tum Brutus ad amicos : Ergo jam inutilis sum patriæ, inquit, si et isti sic animati sunt : simulque Stratonem Epirotam amicum suum vocavit, jussitque ut ferro ipsum conficeret. Qui quum amplius deliberandum censeret, unum e servis ille vocavit, et Strato, « Non deerit tibi, inquit, Brute, amicus magis quam servus ad ultima mandata, si jam decretum est : » simulque cum dicto gladium infixit in latus Bruti, nec aversantis, nec præbentis.

CXXXII. Hic fuit Cassii Brutique exitus, virorum generosissimorum nominis Romani, et illustrissimorum virtute incomparabili, uno excepto piaculo. Quos et C. Cæsar, quamvis Pompeianarum fuissent partium, ex inimicis hostibusque amicos fecerat, et in amicitiam semel receptos, pro filiis habuerat : senatus vero eximia semper benevolentia prosecutus, et in adversa fortuna præ cæteris omnibus miseratus est. Quippe propter hos duos cæteris oblivionem decrevit senatus; et exulantibus his dedit provincias, ne

μὲν Γαΐου Καίσαρος, οὐδὲ ἐφηδομένη τοῖς γεγονόσιν, ὅπου καὶ τῆς ἀρετῆς καὶ τύχης ἐθαύμαζε, καὶ ἀποθανόντα ἔθαπτε δημοσίᾳ, καὶ ἐκύρου τὰ ἔργα ἀθάνατα εἶναι, ἀρχάς τε καὶ ἡγεμονίας ἐς πολὺ ἐκ τῶν ὑπογραφῶν ἐποίει τῶν Καίσαρος, οὐδὲν ἡγουμένη κρεῖσσον εὑρήσειν ὧν ἐκεῖνος ἐνόησεν. Ἀλλ' ἡ περὶ τώδε τὼ ἄνδρε σπουδὴ, καὶ δέος τὸ ὑπὲρ αὐτοῖν, προήγαγεν αὐτὴν ἐς ὑποψίαν διαβολῆς· οὕτως ἅπασιν ἐγενέσθην τιμίω. Ἐγενέσθην δὲ καὶ τῶν φυγόντων τοῖς ἀρίστοις τιμιωτέρω Πομπηΐου, πλησιάζοντος καὶ οὐκ ἀδιάλλακτον ἔχοντος αἰτίαν, πορρωτέρω τε ὄντε αὐτὼ καὶ ἀδιαλλάκτω.

CXXXIII. Ἐπεί γε μὴν ἔργων ἐδέησε, δυοῖν οὐδὲ ὅλοιν ἐτοῖν στρατιάν τε συνέλεξαν ὑπὲρ εἴκοσιν ὁπλιτῶν τέλη, καὶ ἱππέας ἀμφὶ τοὺς δισμυρίους, καὶ ναῦς μακρὰς ὑπὲρ τὰς διακοσίας, τήν τε ἄλλην παρασκευὴν ἀξιόλογον, καὶ χρήματα ἄπειρα, καὶ παρ' ἑκόντων, καὶ παρὰ ἀκόντων. Πολέμους τε ἐπολέμησαν ἔθνεσι καὶ πόλεσι καὶ τῶν ἀντιστασιωτῶν πολλοῖς· καὶ κατώρθουν. Ἐθνῶν τε ἐκράτησαν ἀπὸ Μακεδονίας μέχρι Εὐφράτου. Καὶ ὅσους ἐπολέμησαν, ἐς συμμαχίαν αὐτοὺς ἔπεισαν, καὶ βεβαιοτάτοις ἐχρήσαντο. Ἐχρήσαντο δὲ καὶ βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις· καὶ Παρθυαίοις, καίπερ οὖσιν ἐχθροῖς, ἐς τὰ βραχύτερα· ἐπὶ δὲ τὸ μεῖζον ἔργον οὐκ ἀνέμειναν ἐρχομένους, ἵνα μὴ βάρβαρον ἢ ἀντίπαλον ἔθνος ἐθίσειαν ἐπὶ Ῥωμαίοις. Ὃ δὲ δὴ μάλιστα πάντων ἀδοκητότατον ἦν, ὁ στρατὸς ὁ πλείων ὅδε Γαΐου Καίσαρος ἐγεγένητο, καὶ δαιμονίως αὐτὸν εὐνοίας καὶ σπουδῆς ἔχοντα ἐς ἐκεῖνον μετέπεισαν οἱ σφαγεῖς οἵδε τοῦ Καίσαρος, καὶ ἐπὶ τὸν τοῦ Καίσαρος υἱὸν ἕσποντο αὐτοῖς πιστότερον, ἢ Ἀντωνίῳ τῷ Καίσαρος συναγωνιστῇ τε καὶ συνάρχῳ (οὐ γάρ τις αὐτῶν Βροῦτον ἢ Κάσσιον οὐδὲ ἡσσωμένους ἀπέλιπεν), οἱ Ἀντώνιον ἀμφὶ τὸ Βρεντέσιον καὶ πρὸ πείρας ἀπολιπόντες. Ἦν τε πρόφασις αὐτοῖς τῶν πόνων, καὶ ἐπὶ Πομπηΐου, καὶ νῦν, οὐχ ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ δημοκρατίας· ὀνόματος εὐειδοῦς μὲν, ἀλυσιτελοῦς δὲ ἀεί. Σφῶν τε αὐτῶν, ὅτε μηδὲν ἐδόκουν ἔτι εἶναι χρήσιμοι τῇ πατρίδι, ἄμφω κατεφρόνησαν ὁμοίως. Ἐν δὲ ταῖς φροντίσι καὶ πόνοις, ὁ μὲν Κάσσιος ἀμεταστρεπτὶ, καθάπερ ἐς τὸν ἀγωνιστὴν οἱ μονομαχοῦντες, ἐς μόνον τὸν πόλεμον ἀφεώρα· ὁ δὲ Βροῦτος, ὅπη γίγνοιτο, καὶ φιλοθεάμων ἦν καὶ φιλήκοος, ἅτε καὶ φιλοσοφήσας οὐκ ἀγεννῶς.

CXXXIV. Ἀλλὰ καὶ τοιοῖσδε οὖσιν αὐτοῖς, ἀντίθετον ἐς ἅπαντα ἦν τὸ ἄγος τὸ ἐς Καίσαρα· ὅ γε οὐδὲ ἁπλοῦν ἄγος ἦν, οὐδὲ ἐν ὀλίγῳ. Καὶ γὰρ ἐς φίλον ἐγίγνετο παραλόγως, καὶ ἐς εὐεργέτην ἐκ πολέμου περισώσαντα ἀχαρίστως, καὶ ἐς αὐτοκράτορα ἀθεμίστως, καὶ ἐν βουλευτηρίῳ, καὶ ἐς ἱερέα, καὶ ἱερὰν ἐσθῆτα ἐπικείμενον, καὶ δυνάστην μὲν οἷον οὐχ ἕτερον, χρησιμώτατον δὲ ὑπὲρ ἅπαντας τῇ τε πατρίδι καὶ τῇ ἡγεμονίᾳ γενόμενον. Ἃ καὶ τὸ δαιμόνιον αὐτοῖς ἄρα ἐνεμέσησε, καὶ προεσήμηνε πολλάκις. Κασσίῳ τε γὰρ τὸν στρατὸν καθαίροντι ὁ ῥαβδοῦχος ἀνεστραμμένον τὸν στέφανον ἐπέθηκε· καὶ Νίκη, χρύσεον ἀνάθημα

essent exules : neque id in contemtum Cæsaris fecit, aut quod facto eorum gauderet; quandoquidem et vivum illum virtutis fortunæque causa miratus est, et defunctum sepeliit publice, actaque ejus rata habuit, et magistratus tam urbanos quam provinciales diu ex præscripto ejus creavit, ratus nihil se melius inventurum illius consiliis : sed studium erga hos viros, et sollicitudo pro eis, adduxit senatum in suspicionem calumniæ : adeo cari erant omnibus. Tum vero et eminentiores inter exules hos præferebant Pompeio, quanquam hic propior fuerat, nec in causa inexpiabili versabatur; quum illi et longinquiores essent et implacabiles.

CXXXIII. Cæterum quum ad res gerendas ventum est, biennio ne integro quidem Brutus Cassiusque plusquam viginti collegerunt legiones et equitum circiter viginti millia, naves longas supra ducentas, aliumque apparatum haudquaquam contemnendum, pecuniasque infinitas, cum a volentibus tum a nolentibus exactas. Bellaque multa cum multis civitatibus ac gentibus et adversæ factionis hominibus feliciter fortiterque gesserunt : populisque et provinciis omnibus potiti sunt a Macedonia usque ad Euphratem : et quoscunque bello petierunt, eos ad societatem pertraxerunt, eorumdemque fidelissima deinde opera usi sunt. Adjutoribus vero regibus etiam ac dynastis usi sunt; quin et Parthis quoque, quamvis inimicis Romanorum : sed his quidem, in rebus duntaxat minoribus : de rerum autem summa certaturi, non exspectarunt eorum adventum, ne barbaram infestamque gentem assuefacerent bellis adversus Romanos. Quod vero maxime mirandum fuit omnium, pleraque pars ejus exercitus constabat ex iis qui sub C. Cæsare stipendia fecerant : quorum incredibilem favorem et studium erga illum percussores hi Cæsaris ad se transduxerunt, ita ut his illi contra filium Cæsaris fideliorem operam præstarent, quam Antonio socio Cæsaris collegæque : nemo enim eorum Brutum Cassiumque vel victos deseruit; quum Antonius ad Brundusium a suis ante initium belli fuerit desertus. Causa autem, pro qua et tunc et antea sub Pompeio tulerunt arma, non propria utilitas, sed populi fuit imperium; speciosum sane nomen, quanquam plerumque inutile. Suam autem vitam, postquam non amplius prodesse posse patriæ sibi visi sunt, ambo contemserunt pariter. Quod autem ad utriusque curas laboresque attinet, Cassius in unum bellum intentus, sicut gladiator in adversarium, nihil spectabat aliud; Brutus, ubicunque esset, visendarum quoque rerum et audiendi fuit cupidus; quippe qui et philosophiæ præceptis haud illiberaliter erat imbutus.

CXXXIV. Sed has omnes Bruti Cassiique virtutes compensavit ex opposito unum piaculum in Cæsarem admissum; quippe quod nec simplex piaculum fuerat, nec modicum. Etenim in amicum patratum est, contra naturam rationemque; et in bene meritum, qui bello captos servaverat incolumes, ingrate; et in imperatorem, nefarie; et in curia, et in pontificem, eumque sacra veste amictum, et in virum qui dominationem quidem singularem sibi comparaverat, sed qui meritis etiam in patriam imperiumque longe omnes superaverat. Quapropter etiam irato numine usi sunt; et sæpe prodigia malorum prænuncia illis obvenerunt. Nam Cassio copias lustranti lictor inversam coronam imposuit :

Κασσίου, κατέπεσεν· ὄρνεά τε πολλὰ, ὑπὲρ τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ καθήμενα, κλαγγὴν οὐδεμίαν ἠφίει· καὶ μελισσῶν ἐπεκάθηντο συνεχεῖς ἑσμοί. Βροῦτον δὲ ἔν τε Σάμῳ γενεθλιάζοντα, φασὶ, παρὰ τὸν πότον, οὐδὲ εὐχερῆ πρὸς τὰ τοιαῦτα ὄντα, ἀλόγως τόδε τὸ ἔπος ἀναβοῆσαι·

Ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ, καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός.

Μέλλοντα δὲ περᾶν ἐκ τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Εὐρώπην σὺν τῷ στρατῷ, νυκτὸς ἐγρηγορότα, μαραινομένου τοῦ φωτὸς, ὄψιν ἰδεῖν ἐφεστῶσάν οἱ παράλογον· καὶ πυθέσθαι μὲν εὐθαρσῶς, ὅστις ἀνθρώπων ἢ θεῶν εἴη· τὸ δὲ φάσμα εἰπεῖν, Ὁ σὸς, ὦ Βροῦτε, δαίμων κακός· ὀφθήσομαι δέ σοι καὶ ἐν Φιλίπποις. Καὶ ὀφθῆναί φασιν αὐτῷ πρὸ τῆς τελευταίας μάχης. Ἐξιόντι δὲ τῷ στρατῷ, πρὸ τῶν πυλῶν αἰθίοψ ὑπήντησεν· καὶ τόνδε μὲν, ὡς οἰώνισμα φαῦλον, ὁ στρατὸς αὐτίκα συνέκοψε. Δαιμόνια δ' ἦν αὐτοῖς ἄρα καὶ τάδε· ἐς Κάσσιον μὲν, ἐν ἀμφηρίστῳ νίκῃ πάντα ἀλόγως ἀπογνῶναι· Βροῦτον δὲ εὐβούλου βραδυτῆτος ἐκβιασθῆναι, καὶ ἐς χεῖρας ἐλθεῖν ἀνδράσι διωκομένοις ὑπὸ λιμοῦ, δαψιλῶς αὐτὸν ἔχοντα ἀγορᾶς, καὶ ναυκρατοῦντα· καὶ τόδε παθεῖν ὑπὸ τῶν οἰκείων μᾶλλον, ἢ τῶν πολεμίων. Καὶ μὴν πολλάκις ἀγώνων μετασχόντες, ἐν μὲν ταῖς μάχαις οὐδὲν ἔπαθον· ἄμφω δ' αὐτῶν ἐγένοντο αὐθένται, καθάπερ ἐγένοντο τοῦ Καίσαρος. Κάσσιος μὲν δὴ καὶ Βροῦτος τοιάνδε δίκην ἐδεδώκεσαν.

CXXXV. Καὶ Βροῦτον Ἀντώνιος ἀνευρὼν, περιέβαλέ τε τῇ ἀρίστῃ φοινικίδι εὐθὺς, καὶ καύσας, τὰ λείψανα τῇ μητρὶ Σερουϊλίᾳ ἔπεμψεν. Ὁ δὲ σὺν τῷ Βρούτῳ στρατὸς, ὅτε ἐπύθοντο τεθνάναι Βροῦτον, πρέσβεις ἐς Καίσαρα καὶ Ἀντώνιον ἔπεμπον, καὶ συγγνώμης ἔτυχον, καὶ ἐς τὰ στρατεύματα αὐτῶν διῃρέθησαν, καὶ ἦσαν ἀμφὶ τοὺς μυρίους καὶ τετρακισχιλίους. Παρέδοσαν δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἑαυτοὺς καὶ οἱ κατὰ τὰ φρούρια, πολλὰ ὄντα. Τὰ δὲ φρούρια αὐτὰ καὶ τὸ στρατόπεδον ἐδόθη τοῖς Καίσαρος καὶ Ἀντωνίου στρατοῖς διαρπάσαι. Τῶν δ' ἀμφὶ τὸν Βροῦτον ἀνδρῶν ἐπιφανῶν, οἱ μὲν ἐν ταῖς μάχαις ἀπέθανον, οἱ δὲ αὐτοὺς ἐξήγαγον ὁμοίως τοῖς στρατηγοῖς, οἱ δὲ καὶ ἐξεπίτηδες ἐμαχέσαντο μέχρι θανάτου· ὧν ἦν Λεύκιός τε Κάσσιος, ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ Κασσίου, καὶ Κάτων ὁ Κάτωνος· ἐμπίπτων ὅδε τοῖς πολεμίοις πολλάκις, εἶθ' ὑποχωρούντων ἀναλύσας τὸ κράνος, ἵνα ἢ γνώριμος ἢ εὔβλητος, ἢ ἀμφότερα, εἴη. Λαβεὼν δὲ, ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμος, ὁ πατὴρ Λαβεῶνος τοῦ κατ' ἐμπειρίαν νόμων ἔτι νῦν περιωνύμου, βόθρον ἐν τῇ σκηνῇ τὸ μέγεθος αὐτάρκη σώματι ὀρυξάμενος, καὶ τὰ λοιπὰ τοῖς θεράπουσιν ἐντειλάμενος, ἐπέσκηψε τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς παισὶ περὶ ὧν ἐβούλετο, καὶ τὰ γράμματα φέρειν ἔδωκε τοῖς οἰκέταις· τοῦ δὲ πιστοτάτου τῆς δεξιᾶς λαβόμενος, καὶ περιστρέψας αὐτὸν, ὡς ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐλευθεροῦν, ἐπιστρεφομένῳ ξίφος ἔδωκε, καὶ τὴν σφαγὴν ὑπέσχε. Καὶ τῷδε μὲν ἡ σκηνὴ τάφος ἐγένετο.

et aurea Victoria, dedicata a Cassio, humum decidit: aves quoque gregatim supra illius castra, nullum clangorem edentes, consederunt; examina vero apum iisdem castris adhæserunt continue. Brutum item, Sami natalem suum celebrantem, in comessatione, quamvis non esset proclivis ad talia, sine ulla evidenti causa hunc versum protulisse aiunt : « Sed me sors misera et Latonæ filius perdidit. » Et quum trajecturus esset cum exercitu in Europam ex Asia, noctu vigilantem, deficiente paululum lucerna, vidisse adstans sibi spectrum inusitata forma : et intrepide percontato, quisnam hominum deorumve esset? spectrum respondisse: Tuus sum, Brute, malus genius : Philippis me iterum videbis. Aiuntque apparuisse ei paulo ante extremam pugnam. Exercitui autem tunc castris exeunti obviam fuit Æthiops; quem, ut malum omen, protinus milites conciderunt. Neque vero etiam sine deorum numine factum videri hoc debet : ut et Cassius, post pugnam æquo Marte diremtam, de summa rerum tam temere desperaverit; et Bruto per milites non licuerit consuetam obtinere cunctationem, sed ut coactus fuerit prælium conserere cum viris fame exagitatis, ipse abundans commeatibus et classibus; utque ei hoc non ab hostibus, sed a suis, acciderit. Denique quum sæpe in præliis essent ambo versati, neque quidquam eis mali in pugnam unquam accidisset, ad extremum uterque sui ipse interfector fuit, sicuti prius Cæsaris fuerat. Ita Cassius Brutusque facinoris illius pœnas dederunt.

CXXXV. Corpus Bruti nactus Antonius, mox purpurea veste pulcherrima involutum cremavit : reliquiasque ad matrem ejus misit Serviliam. Exercitus Bruti, qui apud eum persliterat, cognita ejus morte, legatos misit ad Cæsarem et Antonium, impetrataque venia, per illorum exercitus divisus est : erant autem circiter XIV millia. Mox in eamdem conditionem et illi deditionem fecerunt, qui in diversis erant castellorum præsidiis. Castella ipsa cum castris hostium concessa sunt in prædam Cæsarianis et Antonianis militibus. Ex eminentioribus viris, qui Bruti Cassiique castra erant secuti, alii in prælio ceciderunt, alii ipsi se interemerunt, sicut imperatores : nonnulli data opera pugnarunt usque ad necem : et in his L. Cassius, fratris filius imperatoris; et Cato, Catonis filius, sæpius ingerens se hostibus, et postremo, quum pedem referrent, galeam detrahens, sive ut agnosceretur, sive ut feriretur facilius, sive utraque de causa. Labeo vero, vir sapientiæ nomine clarus, pater Labeonis ejus qui nunc quoque inter jurisconsultos celebratur, effossa in tentorio ad sui corporis modulum fovea, quum de aliis rebus præcepisset servis, uxori et liberis per literas mandata dedit quæ voluit, et literas servis perferendas tradidit. Tum vero fidissimum ex his, dextra prehensum, circumegit in gyrum, ut mos est Romanis servos libertate donantibus; moxque gladium ei tradidit, jugulumque præbuit. Sic huic quidem tentorium pro sepulcro fuit.

CXXXVI. Ῥάσκος δὲ, ὁ Θρᾷξ, ἐπανήγαγεν ἐκ τῶν ὀρῶν πολλούς· καὶ γέρας ᾔτησέ τε, καὶ ἔλαβε, σώζεσθαι τὸν ἀδελφὸν ἑαυτοῦ Ῥασκούπολιν· ᾧ καὶ διεδείχθη, ὅτι οὐδ' ἀπ' ἀρχῆς ἀλλήλοις οἵδε οἱ Θρᾷκες διεφέροντο, ἀλλὰ, δύο στρατοπέδων μεγάλων τε καὶ ἀμφηρίστων περὶ τὴν ἐκείνων γῆν συμφερομένων, τὸ ἄδηλον τῆς τύχης ἐμερίσαντο, ἵνα ὁ νικῶν περισώζοι τὸν ἡσσώμενον. Πορκία δ', ἡ Βρούτου μὲν γυνὴ, Κάτωνος δὲ ἀδελφὴ τοῦ νεωτέρου, ἐπεί τε ἀμφοῖν ὧδε ἀποθανόντοιν ἐπύθετο, φυλασσομένη πρὸς τῶν οἰκείων πάνυ ἐγκρατῶς, ἐσχάρας πυρὸς ἐνεχθείσης, ἁρπάσασα τῶν ἀνθράκων κατέπιεν. Ὅσοι δ' ἄλλοι τῶν ἐπιφανῶν ἐς Θάσον διέφυγον, οἱ μὲν αὐτῶν ἐξέπλευσαν· οἱ δὲ ἐπέτρεψαν ἑαυτοὺς, ἅμα τῷ λοιπῷ στρατῷ τῶν ὁμοτίμων Μεσσάλᾳ τε Κορουΐνῳ καὶ Λευκίῳ Βύβλῳ, ὅ τι βουλεύσοιντο περὶ σφῶν, ποιεῖν περὶ ἁπάντων. Οἱ δὲ, συνθέμενοι τοῖς περὶ τὸν Ἀντώνιον Ἀντωνίῳ διαπλεύσαντι ἐς τὴν Θάσον παρέδοσαν ὅσα ἦν ἐν Θάσῳ χρήματά τε καὶ ὅπλα, καὶ τροφαὶ δαψιλεῖς, καὶ ἄλλη παρασκευὴ πολλή.

CXXXVII. Οὕτω μὲν δὴ Καίσαρί τε καὶ Ἀντωνίῳ, διὰ τόλμης ἐπισφαλοῦς, καὶ δυοῖν πεζομαχίαιν, τηλικοῦτον ἔργον ἤνυστο, οἷον οὐχ ἕτερον ἐγένετο πρὸ ἐκείνου. Οὔτε γὰρ στρατὸς τοσοῦτος ἢ τοιοῦτος ἐς χεῖρας πρότερον ἦλθε Ῥωμαίων ἑκατέρωθεν· οὐχ ὑπὸ συντάξει πολιτικῇ στρατευσαμένων, ἀλλὰ ἀριστίνδην ἐπιλελεγμένων· οὐδ' ἀπειροπολέμων ἔτι, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ γεγυμνασμένων· ἐπί τε σφᾶς, καὶ οὐκ ἀλλόφυλα ἢ βάρβαρα ἔθνη, τρεπομένων. Ἀλλὰ καὶ γλώσσης μιᾶς ὄντες, καὶ τέχνης πολέμων μιᾶς, καὶ ἀσκήσεως καὶ καρτερίας ὁμοίας, δυσκαταγώνιστοι παρ' αὐτὸ ἦσαν ἀλλήλοις. Οὔτε ὁρμῇ καὶ τόλμῃ τοσῇδέ τινες ἐχρήσαντο ἐν πολέμῳ, πολῖταί τε ὄντες ἀλλήλων καὶ οἰκεῖοι, καὶ συστρατιῶται γενόμενοι· τεκμήριον δὲ, ὅτι τῶν νεκρῶν ὁ ἀριθμὸς, ἐπανισουμένης ἑκατέρας μάχης, οὐκ ἐλάσσων ἔδοξεν οὐδὲ παρὰ τοῖς νικῶσιν εἶναι.

CXXXVIII. Ὁ δὲ στρατὸς ὁ Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος τὸν τῶν στρατηγῶν λόγον ἐπηλήθευσαν, διὰ μιᾶς ἡμέρας καὶ δι' ἑνὸς ἔργου κίνδυνον ἔσχατον λιμοῦ καὶ δέος ἀπωλείας ἐς εὐπορίαν δαψιλῆ καὶ σωτηρίαν ἀσφαλῆ καὶ νίκην εὐκλεῆ μεταβαλόντες. Ἀπήντησέ γε μὴν αὐτοῖς καὶ ὃ συνιόντες ἐς τὴν μάχην ἐπεμαντεύσαντο Ῥωμαίοις. Ἐκρίθη γὰρ αὐτῶν ἡ πολιτεία παρ' ἐκεῖνο τὸ ἔργον μάλιστα, καὶ οὐκ ἐπανῆλθεν ἐς δημοκρατίαν ἔτι· οὐδὲ πόνων αὐτοῖς ἐς ἀλλήλους ἐδέησεν ὁμοίων, χωρίς γε τῆς μετ' οὐ πολὺ Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος στάσεως, ὑστάτης Ῥωμαίοις γενομένης. Τὰ δ' ἐν μέσῳ μετὰ Βροῦτον, ὑπό τε Πομπηΐου, καὶ τῶν διαφυγόντων Κασσίου καὶ Βρούτου φίλων, λείψανα τοσῆσδε παρασκευῆς μεγάλα ἐχόντων, οὔτε ταῖς τόλμαις ὅμοια ἔτι ἐγίγνετο, οὔτε ταῖς τῶν ἀνδρῶν ἢ πόλεων ἢ στρατῶν ἐς τοὺς ἡγεμόνας ὁρμαῖς· οὐ γάρ τις αὐτοῖς τῶν ἐπιφανῶν ἔτι, οὐδ' ἡ βουλὴ, οὐδὲ ἡ δόξα αὐτὴ, ὡς ἐς Κάσσιόν τε καὶ Βροῦτον, ἀπήντα.

CXXXVI. Rascus autem Thrax multos e montibus retraxit : et operæ suæ præmium petiit et accepit salutem fratris sui Rascupolidis. Unde satis apparuit, ne ab initio quidem belli hos Thraces inter se dissensisse; sed, quum duo magni exercitus prope terras eorum dubio Marte essent conflictaturi, incertum fortunæ eventum ita inter se esse partitos, ut victor victum servaret. At Porcia, Bruti uxor, Catonis junioris soror, postquam utrumque tali fato sublatum cognovit, quum a domesticis admodum caute servaretur, de foculo ardente, qui in conclave erat illatus, raptas prunas deglutivit. Cæteri autem ex nobilitate, qui in Thasum evaserunt, partim inde enavigarunt, partim cum reliquo exercitu Messalæ Corvini et L. Bibuli arbitrio se commiserunt, ut, quidquid hi sibi ipsis consuluissent, idem de omnibus statuerent. Qui, de salute cum Antonio Cæsareque pacti, Antonio, Thasum appulso, tradiderunt quidquid ibi pecuniarum, armorum, commeatuumve, et aliorum apparatuum, magna copia reliquum erat.

CXXXVII. Atque ita Cæsari Antonioque periculosa audacia duobus terrestribus præliis absolutam victoriam peperit, qualis ad eum diem nulla fuit. Nunquam enim antea tanti aut tales exercitus Romani conflixerunt inter se : non ex consuetis delectibus conscripti, sed virtute lectissimi : nec tirones, sed exercitati veterani : iique sibi ipsis mutuo, non externis aut barbaris gentibus, signa inferentes. Jam unius quoque linguæ quum essent, et ejusdem militaris disciplinæ, peritia pares et robore, ob hoc ipsum quoque non facile alteri ab alteris fuerant superabiles. Neque vero ullo unquam in bello tanta ferocia tantaque audacia pugnatum est, quanta in hoc cives cum civibus, familiares cum familiaribus, commilitones cum veteribus commilitonibus pugnarunt : cujus rei argumentum est, quod, compensato utroque prælio, non minor cæsorum numerus apud victores repertus fuisse perhibeatur.

CXXXVIII. Atque ita Antonii Cæsarisque milites prædictionis imperatorum veritatem eventu comprobarunt : uno unius diei labore, extremum famis et internecionis periculum, cum opulenta abundantia et tuta salute et gloriosa victoria, commutantes. Sed evenit utique etiam, quod prodeuntibus in aciem Romanis præsagierat animus : decretum est enim ea maxime pugna de universo statu Romanæ civitatis : nec rediit posthac pristina respublica; nec fuit opus amplius similibus inter cives contentionibus; absque una dissensione Cæsaris et Antonii, quæ haud multo post incidit, ac fuit inter Romanos ultima. Nam quæ usque ad illam, inde a Bruti obitu, vel a Pompeio gesta sunt, vel a Bruti Cassiique amicis, qui cum non spernendis tantorum apparatuum reliquiis evaserant; ea quidem neque ipsorum ausuum magnitudine cum his sunt conferenda, neque similibus virorum illustrium aut civitatum aut exercituum erga imperatores studiis nobilitata sunt. Neque enim ab illorum partibus jam senatus amplius, aut ex eminentioribus civibus quisquam, stetit; neque omnino tanta de illis opinio, quanta de Cassio Brutoque, animis omnium insederat.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΕΜΦΥΛΙΩΝ

ΒΙΒΛΟΣ Ε'.

Μετὰ δὲ τὸν Κασσίου καὶ Βρούτου θάνατον, ὁ μὲν Καῖσαρ ἐπὶ τῆς Ἰταλίας ᾔει, ὁ δὲ Ἀντώνιος ἐς τὴν Ἀσίαν· ἔνθα αὐτῷ συμβάλλει Κλεοπάτρα, βασιλὶς Αἰγύπτου, καὶ εὐθὺς ὀφθεῖσα ἐκράτει. Ὁ δὲ ἔρως ὅδε αὐτοῖς τε ἐκείνοις ἐς ἔσχατον ἔληξε κακοῦ, καὶ ὅλη Αἰγύπτῳ ἐπ' ἐκείνοις. Ὅθεν ἄν τι καὶ Αἰγύπτιον εἴη τῆσδε τῆς βίβλου μέρος, ὀλίγον τε, καὶ οὐκ ἄξιον ἐπιγραφῆς πω, διὸ δὴ καὶ τοῖς ἐμφυλίοις πολὺ πλείοσιν οὖσιν ἐπίμικτον. Ἐγίγνετο γὰρ δὴ καὶ μετὰ Κάσσιόν τε καὶ Βροῦτον ἕτερα ἐμφύλια ὅμοια, στρατηγοῦ μὲν οὐδενὸς ὄντος ἐπὶ πᾶσιν, ὥσπερ ἐκείνοις, κατὰ μέρος δὲ ἑτέρων· μέχρι Πομπήϊός τε Σέξστος, ὁ νεώτερος παῖς Πομπηΐου Μάγνου, λοιπὸς ὢν ἐπὶ τῆσδε τῆς στάσεως, τοῖς ἀμφὶ τὸν Βροῦτον ἐπανῃρέθη, καὶ Λέπιδος ἐξέπεσε τοῦ μέρους τῆς ἡγεμονίας, καὶ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ πᾶσα περιῆλθεν ἐς δύο μόνον, Ἀντώνιόν τε καὶ Καίσαρα. Ἐγίγνετο δὲ αὐτῶν ἕκαστα οὕτως.

II. Κάσσιος, ὁ Παρμήσιος ἐπίκλην, ὑπελέλειπτο μὲν ὑπὸ Κασσίου καὶ Βρούτου περὶ τὴν Ἀσίαν ἐπὶ νεῶν καὶ στρατοῦ, χρήματα ἐκλέγειν. Κασσίου δὲ ἀποθανόντος, οὐδὲν ἐλπίζων ὅμοιον ἐν Βρούτῳ, Ῥοδίων ἐπελέξατο νῆας τριάκοντα, ὅσας ἐνόμιζε πληρώσειν, καὶ τὰς λοιπὰς διέπρησε χωρὶς τῆς ἱερᾶς, ἵνα μὴ δύναιντο νεωτερίσαι. Καὶ ὁ μὲν τάδε πράξας, ἀνήγετο ταῖς τε ἰδίαις καὶ ταῖς τριάκοντα. Κλώδιος δὲ, ἐκ Βρούτου πεμφθεὶς ἐς Ῥόδον ἐπὶ νεῶν τρισκαίδεκα, τοὺς Ῥοδίους νεωτερίζοντας εὑρὼν (ἐτεθνήκει γὰρ ἤδη καὶ ὁ Βροῦτος), ἐξήγαγε τὴν φρουρὰν, οὖσαν ὁπλιτῶν τρισχιλίων, καὶ ἐς τὸν Παρμήσιον ἐχώρει. Ἀφίκετο δὲ αὐτοῖς καὶ Τουρούλιος, ἑτέρας ναῦς ἔχων πολλὰς καὶ χρήματα, ὅσα προεξείλεκτο ἀπὸ τῆς Ῥόδου. Ἐς δὴ τὸ ναυτικὸν τοῦτο, ὡς ἐς ἤδη τινὰ ἰσχὺν, συνέθεον ὅσοι ἦσαν κατὰ μέρη τῆς Ἀσίας ἐπὶ τῶν ὑπηρεσιῶν, καὶ αὐτὸ ὁπλίταις τε ἐξ ὧν ἐδύναντο ἀνεπλήρουν, καὶ ἐρέταις ἐκ θεραπόντων ἢ δεσμωτῶν, ἐπιπλέοντες δὲ ταῖς νήσοις, καὶ ἀπὸ τῶν νησιωτῶν. Ἦλθον δ' ἐς αὐτοὺς καὶ Κικέρων ὁ Κικέρωνος, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν ἐπιφανῶν ἐκ τῆς Θάσου διεπεφεύγεσαν. Καὶ ταχὺ πλῆθος ἦν, καὶ σύνταξις ἀξιόχρεως ἡγεμόνων τε καὶ στρατοῦ καὶ νεῶν. Προσλαβόντες δὲ καὶ Λέπιδον μεθ' ἑτέρας δυνάμεως, ἢ Βρούτῳ καθίστατο Κρήτην, πρὸς Μοῦρκον καὶ Δομίτιον Ἀηνόβαρβον, ἐπὶ μεγάλης δυνάμεως ὄντας, ἐς τὸν Ἰόνιον

APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

DE BELLIS CIVILIBUS

LIBER QUINTUS.

Post Cassii Brutique obitum, Cæsar Italiam petiit, Antonius Asiam : ubi Cleopatra, Ægypti regina, cum eo congressa, primo statim aspectu vicit. Qui amor et ipsis perniciem, et post eos Ægypto universæ mala plurima attulit. Ita fit, ut de rebus Ægypti quoque agat pars nonnulla hujus libri; exigua illa quidem, et quæ nondum mereatur peculiari titulo inscribi; quare etiam rebus ad Civilia Bella pertinentibus, quæ multo uberiores sunt, a nobis inserta est. Nam et post Cassium Brutumque similia alia bella exstiterunt civilia : quibus quidem nemo, quemadmodum superioribus, summæ rerum omnium præerat, sed alii alibi seorsim bellum faciebant : donec tandem, Sex. Pompeio Magni filio minore, reliquo ejus factionis, pariter atque antea Cassius Brutusque sublato, et Lepido dignitate privato, summa totius Romani imperii in duorum tantum potestatem, Antonii et Cæsaris, redacta est. Quæ nunc singula exponemus.

II. Cassius, cognomine Parmensis, a Bruto Cassioque relictus erat in Asia cum classe et exercitu, ut pecunias exigeret. Is post Cassii mortem, de Bruto meliora sperans, e Rhodiorum navibus triginta selegit, quot se sociis navalibus implere posse putavit : reliquas, ne civitas res novas moliri posset, omnes, excepta sacra navi, incendit : quo facto, cum navibus suis Rhodiisque solvit. Clodius autem, a Bruto Rhodum cum tredecim navibus missus, postquam res novas molientes Rhodios invenit (jam enim et Brutus obierat), deduxit inde præsidium trium millium legionariorum, et cum Parmensi se conjunxit. Ad eosdem et Turulius venit, cum aliis multis navibus et pecuniis, quas a Rhodiis olim exegerat. Tum ad hanc classem, ut in qua jam esset aliquid roboris, confluebant quotquot pro variis officiis erant distributi per Asiam : et naves, quantum poterant, legionariis complebant, et remigibus e nexis et mancipiis et ex insulanis ad quos appellebant. Accessit his quoque Cicero, Ciceronis filius, et quotquot nobilium e Thaso diffugerant. Itaque brevi frequens conventus fiebat, et classis exercitusque non contemnendus cum suis ducibus. Assumto deinde Lepido etiam cum alia manu, cum qua ille Cretam in Bruti redegerat potestatem, ad Murcum et Ahenobarbum, validis copiis præfectos, navigarunt in mare

διέπλεον. Καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἅμα τῷ Μούρκῳ διέπλευσαν ἐς Σικελίαν, καὶ τὴν ἰσχὺν Πομπηΐῳ Σέξστῳ συνῆψαν· οἱ δὲ κατέμειναν παρὰ Ἀηνοβάρβῳ, καὶ τὴν αἵρεσιν ἐφ' ἑαυτῶν καθίσταντο. Τοιάδε μὲν ἐκ τῶν λειψάνων τῆς παρασκευῆς Κασσίου τε καὶ Βρούτου πρῶτα συνίστατο.

III. Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντώνιος ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ περὶ Φιλίππους ἔθυόν τε λαμπρῶς, καὶ τὸν στρατὸν ἐπῄνουν. Καὶ ἐς τὴν δόσιν τῶν ἐπινικίων ὁ μὲν ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐχώρει, τήν τε γῆν αὐτοῖς διανεμήσων, καὶ ἐς τὰς ἀποικίας καταλέξων· ὧδε γὰρ αὐτὸς εἵλετο, διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν· ὁ δὲ Ἀντώνιος ἐς τὰ πέραν ἔθνη, συλλέξων τὰ χρήματα, ὅσα αὐτοῖς ὑπέσχηντο. Διενείμαντο δὲ αὖθις, ὅσα καὶ πρότερον, ἔθνη, καὶ ἐπελάμβανον τὰ Λεπίδου· τήν τε γὰρ Κελτικὴν τὴν ἐντὸς Ἄλπεων ἐδόκει (Καίσαρος ἀξιοῦντος) αὐτόνομον ἀφιέναι, γνώμῃ τοῦ προτέρου Καίσαρος· ὅ τε Λέπιδος διεβάλλετο τὰ παρὰ Πομπηΐῳ προδιδόναι. Καὶ ὥριστο, εἰ Καίσαρι ψευδὴς ἡ διαβολὴ φανείη, ἕτερα ἀντιδοῦναι τῷ Λεπίδῳ. Ἀφίεσαν δὲ τῆς στρατείας τοὺς ἐντελῆ χρόνον ἐστρατευμένους, χωρὶς ὀκτακισχιλίων· οὓς δεηθέντας ἔτι στρατεύεσθαι σφίσιν, ἀποδεξάμενοι, διείλοντο, καὶ συνελόχισαν ἐς στρατηγίδας τάξεις. Ὁ δὲ λοιπὸς αὐτοῖς στρατὸς ἐγένετο (σὺν τοῖς μεταθεμένοις ἀπὸ Βρούτου) τέλη πεζῶν ἕνδεκα, καὶ ἱππεῖς μύριοι καὶ τετρακισχίλιοι. Καὶ ἔσχεν αὐτῶν ὁ μὲν Ἀντώνιος, διὰ τὴν ἀποδημίαν, ἓξ τέλη, καὶ ἱππέας μυρίους· ὁ δὲ Καῖσαρ, ἱππέας τετρακισχιλίους καὶ τέλη πέντε· καὶ τῶνδε δὲ αὐτῶν Ἀντωνίῳ δύο ἔδωκεν, ἀντιληψόμενος ἐκ τῶν ὑπὸ Καληνῷ τοῦ Ἀντωνίου κατὰ τὴν Ἰταλίαν ὑπολελειμμένων. Ὁ μὲν δὴ Καῖσαρ ἐπὶ τὸν Ἰόνιον ᾔει.

IV. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, ἐν Ἐφέσῳ γενόμενος, τῇ θεῷ μεγαλοπρεπῶς ἔθυε, καὶ τοὺς καταφυγόντας ἐκ τῆς Βρούτου καὶ Κασσίου συμφορᾶς ἐς τὸ ἱερὸν ἱκέτας ἀπέλυε, χωρὶς Πετρωνίου, συνεγνωκότος ἐπὶ τῷ φόνῳ Καίσαρος, καὶ Κοΐντου, προδόντος ἐν Λαοδικείᾳ Κασσίῳ Δολοβέλλαν. Τοὺς δὲ Ἕλληνας, καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη τὴν ἀμφὶ τὸ Πέργαμον Ἀσίαν νέμονται, κατά τε πρεσβείας παρόντας ἐπὶ συνθέσει, καὶ μετακεκλημένους, συναγαγὼν, ἔλεξεν ὧδε· « Ὑμᾶς ἡμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, Ἄτταλος ὁ βασιλεὺς ὑμῶν ἐν διαθήκαις ἀπέλιπε· καὶ εὐθὺς ἀμείνονες ὑμῖν ἦμεν Ἀττάλου· οὓς γὰρ ἐτελεῖτε φόρους Ἀττάλῳ, μεθήκαμεν ὑμῖν· μέχρι, δημοκόπων ἀνδρῶν καὶ παρ' ἡμῖν γενομένων, ἐδέησε φόρων. Ἐπεὶ δὲ ἐδέησεν, οὐ πρὸς τὰ τιμήματα ὑμῖν ἐπεθήκαμεν, ὡς ἂν ἡμεῖς ἀκίνδυνον φόρον ἐκλέγοιμεν· ἀλλὰ μέρη φέρειν τῶν ἑκάστοτε καρπῶν ἐπετάξαμεν, ἵνα καὶ τῶν ἐναντίων κοινωνῶμεν ὑμῖν. Τῶν δὲ ταῦτα παρὰ τῆς βουλῆς μισθουμένων ἐνυβριζόντων ὑμῖν, καὶ πολὺ πλείονα αἰτούντων, Γάϊος Καῖσαρ τῶν μὲν χρημάτων τὰ τρίτα ὑμῖν ἀνῆκεν ὧν ἐκείνοις ἐφέρετε, τὰς δ' ὕβρεις ἔπαυσεν. Ὑμῖν γὰρ τοὺς φόρους ἐπέτρεψεν ἀγείρειν παρὰ τῶν γεωργούντων. Καὶ τόνδε τοιόνδε ὄντα οἱ χρηστοὶ τῶν ἡμετέρων πολιτῶν τύραννον ἐκάλουν· καὶ ὑμεῖς αὐτοῖς

Ionium : ubi divisi, pars cum Murco petiit Siciliam, et vires Sex. Pompeio addidit; pars cum Ahenobarbo mansit, et propriam factionem constituit. Atque ita e reliquiis apparatuum Bruti Cassiique mox hæ rursus copiæ coiverunt.

III. Cæsar et Antonius, post Philippensem victoriam, sacris magnifice factis, milites pro concione collaudarunt. Tum ad persolvenda victoriæ præmia Cæsar in Italiam profectus est, ut agros militibus divideret, et in colonias eos describeret : has enim partes ipse sibi elegerat, propter minus firmam valetudinem. Antonius vero transmarinas provincias petiit, collecturus pecunias quas militibus erant polliciti. Rursus autem, sicuti prius, diviserunt inter se provincias, assumtis simul illis quæ Lepidi fuerant. Nam et citeriorem Galliam, postulante Cæsare, ex sententia superioris Cæsaris, sui juris facere constituerant : et Lepidus incusabatur, quod Pompeio proderet res sociorum. Decreveruntque, ut Cæsar, si falsa deprehenderetur ista accusatio, provincias alias Lepido traderet loco ademtarum. Jamque emeritos dimiserunt, præter octo millia; quos, rogantes ut amplius ipsis militare liceret, diviserunt inter se, et cohortes prætorias ex eis centuriaverunt. Itaque reliquas habebant Antonius atque Cæsar, una cum eis qui a Bruto transierant, peditum legiones undecim, equitum quatuordecim millia : ex quibus Antonius, propter expeditionem peregre suscipiendam, sex legiones sibi sumsit, et equitum decem millia : Cæsar quatuor millia equitum, cum quinque legionibus; de quibus ipsis duas etiam Antonio concessit, recepturus earum loco alias ex his, quas in Italia sub Caleni ductu Antonius reliquerat. His rebus ita constitutis, Cæsar versus Adriaticum iter ingressus est.

IV. Antonius vero, postquam Ephesum pervenit, divæ loci ejus præsidi fecit sacra magnifice, et Cassianos, qui in templum suppices confugerant, absolvit; excepto Petronio, qui conspirationis in Cæsarem conscius fuerat, et Quinto, qui Laodiceæ Dolabellam Cassio prodiderat. Græcos inde, cæterosque populos Pergamenam Asiam incolentes, qui per legationes partim ultro, pacis petendæ causæ, Ephesum convenerant, partim adesse jussi erant, convocata concione, his verbis Antonius allocutus est : « Vos nobis, viri Græci, Attalus rex vester testamento reliquit : et mox meliores commodioresque nos experti estis, quam Attalum. Tributa enim, quæ illi pendebatis, vobis remisimus; donec, exortis et apud nos populi turbatoribus, tributis opus habuimus. Tum vero non pro censu tributa vobis imposuimus, qui nobis futurus fuisset reditus certus ac nulli periculo subjectus; sed quotannis certam portionem fructuum cujusque anni imperavimus, ut ex adversis etiam tempestatibus commune vobiscum detrimentum sentiremus. Quumque publicani, qui vectigalia a senatu conduxerant, per injuriam plura multo a vobis extorquerent, C. Cæsar tertias vectigalium, quæ illis pendebatis, vobis remisit, cavitque ne in posterum injuriæ vobis fierent : concessit enim vobis, ut ipsi vectigalia ab agrorum cultoribus colligeretis. Et hunc talem virum boni illi cives nostri Tyrannum appellarunt :

συνετελεῖτε χρήματα πολλά, σφαγεῦσί τε οὖσιν ὑμετέρου εὐεργέτου, καὶ καθ' ἡμῶν τῶν τιμωρούντων ἐκείνῳ.

V. Τῆς δὲ δικαίας τύχης, οὐχ ὡς ἐβούλεσθε, ἀλλ' ὡς ἦν ἄξιον, κρινάσης τὸν πόλεμον· εἰ μὲν ὡς συναγωνισταῖς τῶν πολεμίων ἔδει χρῆσθαι, κολάσεως ὑμῖν ἔδει· ἐπεὶ δὲ ἑκόντες πιστεύομεν ὑμᾶς κατὰ ἀνάγκην τάδε πεποιηκέναι, τῶν μὲν μειζόνων ἀφίεμεν· χρημάτων δὲ ἡμῖν δεῖ, καὶ γῆς, καὶ πόλεων, ἐς τὰ νικητήρια τοῦ στρατοῦ. Τέλη δέ ἐστιν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ὁπλιτῶν, ἃ μετὰ τῶν συντασσομένων εἰσὶ μυριάδες ἀνδρῶν ὑπὲρ ἑπτακαίδεκα· καὶ τούτων ἄνευθεν, οἱ ἱππεῖς, καὶ ἕτερος ὅμιλος ἑτέρου στρατοῦ. Ἐκ μὲν δὴ τοῦ πλήθους τῶν ἀνδρῶν τὸ πλῆθος τῆς χρείας συνορᾷν δύνασθε. Τὴν δὲ γῆν καὶ τὰς πόλεις αὐτοῖς διαδώσων ὁ Καῖσαρ ἄπεισιν ἐς τὴν Ἰταλίαν· εἰ χρὴ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον εἰπεῖν, ἀναστήσων τὴν Ἰταλίαν. Ὑμᾶς δ' ἵνα μὴ γῆς καὶ πόλεων καὶ οἰκιῶν καὶ ἱερῶν καὶ τάφων ἀνίστησθε, ἐς τὰ χρήματα ἐλογισάμεθα· οὐδὲ ἐς ἅπαντα (οὐδὲ γὰρ ἂν δύναισθε), ἀλλὰ μέρος αὐτῶν καὶ βραχύτατον, ὃ καὶ πυθομένους ὑμᾶς ἀγαπήσειν οἴομαι. Ἃ γὰρ ἔδοτε τοῖς ἡμετέροις ἐχθροῖς ἐν ἔτεσι δύο (ἔδοτε δὲ φόρους ὡς δέκα ἐτῶν), ταῦτα λαβεῖν ἀρκέσει μόνα, ἀλλ' ἐνὶ ἔτει· ἐπείγουσι γὰρ αἱ χρεῖαι. Συνεῖσι δὲ τῆς χάριτος ὑμῖν τοσοῦτον ἂν ἐπείποιμι, ὅτι μηδενὸς ἁμαρτήματος ἴσον ἐπιτίμιον ὁρίζεται. »

VI. Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν, ἐς ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τέλη πεζῶν τὴν χάριν περιφέρων· ὅτι οἶμαι τρία καὶ τεσσαράκοντα ἦν αὐτοῖς, ὅτε ἐν Μουτίνῃ συνηλλάσσοντο ἀλλήλοις, καὶ τάδε ὑπισχνοῦντο, ὁ δὲ πόλεμος αὐτὰ ἐς τοσοῦτον ὑπενηνόχει. Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἔτι λέγοντος αὐτοῦ ταῦτα, ἐρρίπτουν ἑαυτοὺς ἐς τὸ ἔδαφος· Ἀνάγκην καὶ βίαν ἐς αὐτοὺς ἐκ Βρούτου καὶ Κασσίου γενομένας, ἐπιλέγοντες, οὐκ ἐπιτιμίων ἀξίας εἶναι, ἀλλ' ἐλέου· δόντες δ' ἂν τοῖς εὐεργέταις ἑκόντες, ἀπορεῖν διὰ τοὺς πολεμίους, οἷς οὐ τὰ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ σκεύη καὶ τοὺς κόσμους ἐσενεγκεῖν ἀντὶ τῶν χρημάτων· τοὺς δὲ αὐτὰ παρὰ σφίσιν ἐς νόμισμα χαλκεῦσαι. Καὶ τέλος, παρακαλοῦντες, ἔτυχον, ἐννέα ἐτῶν φόρους ἐσενεγκεῖν ἔτεσι δύο. Βασιλεῦσι δὲ καὶ δυνάσταις καὶ πόλεσιν ἐλευθέραις ἄλλα ἐς τὴν ἑκάστων δύναμιν ἐπετάχθη.

VII. Περιιόντι δ' αὐτῷ τὰ ἔθνη, Λεύκιός τε ὁ Κασσίου ἀδελφὸς, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν δεδιότων, ἐπεὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ συγγνώμης ἐπύθοντο, ἱκέται προσῄεσαν. Καὶ ἀπέλυε πάντας, πλὴν τοὺς συνεγνωκότας ἐπὶ τῷ φόνῳ τοῦ Καίσαρος· τούτοις γὰρ δὴ μόνοις ἀδιάλλακτος ἦν. Παρηγόρει δὲ καὶ τῶν πόλεων τὰς μάλιστα δεινὰ παθούσας· Λυκίους μὲν ἀτελεῖς φόρων ἀφιεὶς, καὶ Ξάνθον οἰκίζειν παραινῶν· Ῥοδίοις δὲ διδοὺς Ἄνδρον τε καὶ Τῆνον καὶ Νάξον καὶ Μύνδον, ἃς οὐ πολὺ ὕστερον ἀφῃρέθησαν ὡς σκληρότερον ἄρχοντες. Λαοδικέας δὲ καὶ Ταρσέας ἐλευθέρους ἠφίει καὶ ἀτελεῖς φόρων· καὶ Ταρσέων τοὺς πεπραμένους ἀπέλυε τῆς δουλείας διατάγματι. Ἀθηναίοις δ', ἐς αὐτὸν ἐλθοῦσι, μετὰ Τῆνον Αἴγιναν

et vos his multas contulistis pecunias, interfectoribus viri optime de vobis meriti, idque contra nos qui ejus necem ulciscimur.

V. « Nunc vero quia fortuna, justiori causæ favens, non ut voluistis, sed ut æquum erat, decrevit; si vobiscum, ut partes hostium tuentibus, vellemus agere, puniendi veniebatis : quoniam autem libenter credimus, hæc coactos vos fecisse, graviores vobis pœnas remittimus. Sed pecuniis nobis opus est, et agris, oppidisque, ut victori exercitui persolvantur præmia. Sunt autem legiones XXVIII; quæ cum suis appendicibus conficiunt amplius CLXX virorum millia; prætereaque equites, et alia multitudo alterius exercitus. Ex hac igitur multitudine virorum, quantis impensis nobis opus sit, potestis conjicere. Jam agros quidem et oppida divisurus eis Cæsar abit in Italiam, commigrare jussurus (si dicendum quod res est) Italiam. Vobis vero, ne ab agris et ab urbibus vestris, ab aris focisque, a monumentis denique majorum, migrare cogamini, pecunias tantum irrogamus conferendas; neque tamen omnes, nec enim id ferre possetis, sed partem modicam, quam ubi audieritis, contenti opinor abibitis. Nam quantum inimicis nostris dedistis biennio (dedistis autem decem fere annorum vectigalia) tantumdem nobis sufficiet; nisi quod intra annum accipere volumus, quandoquidem sic postulat necessitas. Intelligentibus vero vobis, quam clementer vobiscum agamus, nullum amplius verbum adjiciam, nisi, hanc mulctam partem nullam vestri æquiparare meriti. »

VI. Hæc Antonii fuit oratio. In qua quod ad XXVIII solum legiones referat donativum, quum XLIII fuerint, quibus, facta ad Mutinam reconciliatione, paria fuerant promissa; id eo factum puto, quod in tantum tunc bello accisus fuerit legionum numerus. Nondum extrema verba finierat Antonius, quum Græci, humum sese prosternentes violentiam, aiebant, « a Bruto Cassioque sibi factam, necessitatemque ab his sibi impositam, non tam pœna dignam esse, quam misericordia : daturos vero libenter bene meritis, exhaustos esse ab hostibus, quibus non pecunias modo, sed his deficientibus vasa quoque et ornamenta omnia contulissent, e quibus illi sub ipsorum oculis monetam signaverint. » Ad extremum precibus impetrarunt, ut novem annorum tributum penderent intra biennium. Regibus vero, et dynastis, civitatibusque liberis, alia pro cujusque facultatibus imperata sunt.

VII. Hinc Antonium, provincias obeuntem, Lucius Cassius, Caii frater, et alii, quotquot sibi timentes de exemplo clementiæ ad Ephesum edito audierant, accesserunt supplices. Quos omnes incolumes dimisit, præter conspirationis conscios : his enim solis manebat implacabilis. Tum vero civitates, quæ graviores perpessæ erant calamitates, consolatus est : Lyciis immunitatem concessit, Xanthiosque hortatus est ut urbem suam instaurarent; Rhodiis Andrum, Tenum, Naxum, Myndumque, donavit; quæ non multo post eis rursus ademtæ sunt, ut durius imperantibus : Laodicensibus atque Tarsensibus libertatem cum immunitate concessit; et quotquot Tarsenses cives bello capti venierant, uno edicto liberavit. Atheniensibus autem, ipsum conve-

ἔδωκε, καὶ Ἴκον καὶ Κέω καὶ Σκίαθον καὶ Πεπάρηθον. Ἐπιπαριὼν δὲ Φρυγίαν τε καὶ Μυσίαν καὶ Γαλάτας τοὺς ἐν Ἀσίᾳ, Καππαδοκίαν τε καὶ Κιλικίαν, καὶ Συρίαν τὴν κοίλην, καὶ Παλαιστίνην, καὶ τὴν Ἰτουραίων, καὶ ὅσα ἄλλα γένη Σύρων, ἅπασιν ἐσφορὰς ἐπέβαλλε βαρείας· καὶ διῄτα πόλεσι καὶ βασιλεῦσιν, ἐν μὲν Καππαδοκίᾳ Ἀριαράθῃ τε καὶ Σισίννῃ, ὧν τῷ Σισίννῃ συνέπραξεν ἐς τὴν βασιλείαν, καλῆς οἱ φανείσης τῆς μητρὸς τοῦ Σισίννου Γλαφύρας· ἐν δὲ Συρίᾳ τοὺς κατὰ πόλεις ἐξῄρει τυράννους.

VIII. Καὶ ἐν Κιλικίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐλθούσης Κλεοπάτρας, ἐμέμψατο μὲν ὡς οὐ μετασχούσης τῶν ἐπὶ Καίσαρι πόνων. Τῆς δὲ οὐκ ἀπολογουμένης μᾶλλον, ἢ καταλογιζομένης αὐτοῖς, ὅτι καὶ τὰ παρά οἱ τέσσαρα τέλη πρὸς Δολοβέλλαν αὐτίκα πέμψειε· καὶ στόλον ἄλλον ἕτοιμον ἔχουσα κωλυθείη ὑπό τε ἀνέμου καὶ αὐτοῦ Δολοβέλλα, ταχυτέρας ἥσσης τυχόντος· Κασσίῳ τε δὶς ἀπειλοῦντι μὴ συμμαχήσειε· καὶ σφίσιν ἐκείνοις πολεμοῦσιν ἐς τὸν Ἰόνιον αὐτὴ τὸν στόλον ἔχουσα πλεύσειε μετὰ παρασκευῆς βαρυτάτης, οὔτε δείσασα Κάσσιον, οὔτε φυλαξαμένη Μοῦρκον ναυλοχοῦντα, μέχρι χειμὼν τά τε ἄλλα διελυμήνατο, καὶ αὐτὴν ἐς νόσον ἐνέβαλεν· ἧς δὴ χάριν οὐδ᾽ ὕστερον ἐπαναχθῆναι, νενικηκότων ἤδη· ὁ Ἀντώνιος ἐπὶ τῇ ὄψει τὴν σύνεσιν καταπλαγείς, εὐθὺς αὐτῆς μειρακιωδῶς ἑαλώκει, καίπερ ἔτη τεσσαράκοντα γεγονώς· λεγόμενος μὲν ὑγρότατος ἐς ταῦτα ἀεὶ φῦναι, λεγόμενος δ᾽ ἐς ταύτην καὶ πάλαι παῖδα ἔτι οὖσαν ἐρέθισμά τι τῆς ὄψεως λαβεῖν, ὅτε ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν Γαβινίῳ στρατεύοντι νέος ἱππαρχῶν εἵπετο.

IX. Εὐθὺς οὖν Ἀντωνίῳ μὲν ἡ περὶ ἅπαντα τέως ἐπιμέλεια ἀθρόα ἠμβλύνετο· Κλεοπάτρα δ᾽ ὅ τι προστάξειεν ἐγίγνετο, οὐ διακριδὸν ἔτι περὶ τῶν ὁσίων ἢ δικαίων. Ἐπεὶ καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἀρσινόην, ἱκέτιν οὖσαν ἐν Μιλήτῳ τῆς Λευκοφρύνης Ἀρτέμιδος, πέμψας ὁ Ἀντώνιος ἀνεῖλε· καὶ Σεραπίωνα, τὸν ἐν Κύπρῳ στρατηγὸν αὐτῆς, συμμαχήσαντα Κασσίῳ, Τυρίων ὄντα ἱκέτην, ἐκέλευσε τοὺς Τυρίους ἐκδοῦναι τῇ Κλεοπάτρᾳ· ἐκδοῦναι δὲ καὶ Ἀραδίους ἕτερον ἱκέτην, ὅντινα, Πτολεμαίου τοῦ ἀδελφοῦ τῆς Κλεοπάτρας ἀφανοῦς ἐν τῇ πρὸς Καίσαρα κατὰ τὸν Νεῖλον ναυμαχίᾳ γενομένου, οἱ Ἀράδιοι εἶχον, λέγοντα Πτολεμαῖον εἶναι. Καὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερέα, ὃν Μεγάβυζον ἡγοῦνται, ὑποδεξάμενόν ποτε τὴν Ἀρσινόην ὡς βασιλίδα, ἀχθῆναι μὲν ἐκέλευσεν· Ἐφεσίων δ᾽ αὐτὴν Κλεοπάτραν ἱκετευσάντων, μεθῆκεν. Οὕτω μὲν ὁ Ἀντώνιος ἐνήλλακτο ταχέως· καὶ τὸ πάθος αὐτῷ τοῦτο ἀρχὴ καὶ τέλος τῶν ἔπειτα κακῶν ἐγένετο. Ἀποπλευσάσης δὲ τῆς Κλεοπάτρας ἐς τὰ οἰκεῖα, ὁ Ἀντώνιος ἔπεμπε τοὺς ἱππέας, Πάλμυρα πόλιν, οὐ μακρὰν οὖσαν ἀπὸ Εὐφράτου, διαρπάσαι· μικρὰ μὲν ἐπικαλῶν αὐτοῖς, ὅτι, Ῥωμαίων καὶ Παρθυαίων ὄντες ἐφόριοι, ἐς ἑκατέρους ἐπιδεξίως εἶχον (ἔμποροι γὰρ ὄντες, κομίζουσι μὲν ἐκ Περσῶν τὰ Ἰνδικὰ ἢ Ἀράβια, διατίθενται δ᾽ ἐν τῇ Ῥωμαίων)· ἔργῳ δ᾽ ἐπινοῶν τοὺς ἱππέας περιουσιάσαι. Παλμυρηνῶν δὲ

nientibus, pro Teno Æginam dedit, insuperque Icon, Ceam, Sciathum, Peparethum. Transiens deinde per Phrygiam, Mysiam, Gallogræciam, Cappadociam, Ciliciam, Cœlesyriam, Palæstinam, Ituræam, cæterasque Syrorum provincias, gravissima omnibus tributa imposuit. Disceptationes quoque civitatum ac regum ex arbitrio suo composuit: et in his Sisinnæ contentionem cum Ariarathe de Cappadociæ regno, quod Sisinnæ confirmavit Antonius, in Glaphyræ matris gratiam, cujus formam erat miratus. In Syria vero tyrannos oppidatim sustulit.

VIII. In Cilicia Cleopatram, ad se venientem, incusavit quidem, quod non fuisset proximo bello laborum particeps, ulciscendi Cæsaris causa susceptorum. Sed postquam illa non tam se excusavit, quam, quæ a se facta essent, ultro illis imputavit: « quatuor legiones, quæ apud se fuissent, sine mora ad Dolabellam missas; tum aliam classem paratam se habuisse, quæ tempestatibus esset retenta, et calamitate Dolabellæ, citius opinione victi; Cassio vero, bis minaciter postulanti, non tulisse suppetias; denique medio bello ipsam cum classe instructissima, contemto periculo quod a Cassio et a Murci stationibus imminebat, versus mare Ionium vela dedisse, donec et classis tempestatibus afflicta et ipsa morbo fuisset correpta, cujus morbi causa nec postea se reversam in mare, parta præsertim jam ab illis victoria: » tum vero Antonius, præter formæ speciem, ingenii etiam lumen Cleopatræ admiratus, juvenili statim amore mulieris exarsit, annum licet agens quadragesimum. Sed quum ingenio semper ad hæc flexili perhibeatur fuisse; tum in hanc jam olim, puellam etiam tum, petulantius conjecisse oculos fertur, quum Gabinium ducem juvenis secutus esset Alexandriam præfectus equitum.

XLVIII. Deinde sedens pro tribunali Cæsar evocavit Perusia Lucium, cum nobilioribus ex Romanis. Et descenderunt multi senatores, multi item equites Romani; omnes squalidi, et ob tam repentinam mutationem miserabiles. Quibus Perusiam egressis, præsidium ad urbem circumcirca est appositum. Ubi vero venerunt, Lucium Cæsar assumsit : e cæteris alios amici Cæsaris, alios centuriones inter se partiti sunt; omnes præmoniti, ut et in honore et in latente custodia eos haberent. Perusinos quoque, deprecantes e mœnibus, accedere ad se jussit, absque tamen decurionibus; et postquam accesserunt, venia eos donavit. Decuriones vero tunc quidem in carcerem missi, sed paulo post necati sunt; excepto Lucio Æmilio, qui Romæ olim in judicio, quo percussores postulabantur Cæsaris, palam atrum tulerat calculum, et alios hortatus erat, ut idem facerent et ab eo scelere se expiarent.

XLIX. Perusiam ipsam diripiendam militi dare Cæsar statuerat. Sed quidam oppidanorum, non satis sanæ mentis homo, Cestius nomine, qui, quoniam in Macedonia quondam militaverat, Macedonicum se consueverat vocare, proprias ædes incendit, seque in ignem injecit : tum, ventis flammam per totam urbem difflantibus, cremata sunt omnia, fano Vulcani tantum excepto. Hic finis fuit Perusiæ, urbis antiquitate et dignitate inclytæ. Aiunt enim, unam e duodecim priscis Etruscorum urbibus fuisse, post recentem Tyrrhenorum in Italiam adventum conditis : quamobrem, Etrusco more, Junonem colebant. Tunc vero qui diviserunt inter se urbis reliquias, Vulcanum vice Junonis tutelare numen sibi optaverunt. Postero die Cæsar nobilibus omnibus veniam pacemque concessit. Sed milites ipsius tumultuari contra quosdam non desierunt, donec interfecti sunt; erantque iidem inimicissimi Cæsaris, Canutius, C. Flavius, Clodius Bithynicus, et alii. Hic fuit exitus Perusinæ obsidionis, atque sic simul bellum hoc, contra Lucium gestum, quod et difficillimum fore visum erat et diu Italiam vexaturum, confectum est.

L. Nam Asinius, Plancus, Ventidius, Crassus, Ateius, et quotquot alii harum partium erant, qui copias non spernendas habebant, sed ad XIII legiones exercitatas, et equites quingentos super sex millia, rati caput belli fuisse Lucium, ad mare protinus se contulerunt, alius alia via; pars Brundusium, pars Ravennam, pars Tarentum. Et eorum alii Murcum aut Ahenobarbum, alii Antonium petierunt; persequentibus Cæsarianis, et pacem offerentibus, recusantesque infestantibus, et pedites quidem maxime : e quibus solis etiam Agrippa duabus legionibus Planci, Cameriæ interceptis, persuasit ut signa ad se transferrent. Pro-

βία μετὰ τῶν τέκνων ἐς Δικαιάρχειαν, καὶ ἀπὸ Δικαιαρχείας ἐς τὸ Βρεντέσιον, μετὰ τρισχιλίων ἱππέων, οἳ αὐτῇ παρὰ τῶν στρατηγῶν πομποὶ ἀπεστάλησαν. Ἐν δὲ τῷ Βρεντεσίῳ νεῶν πέντε μακρῶν ἐκ Μακεδονίας οἱ μεταπέμπτων γενομένων, ἐπιβᾶσα ἀνήγετο. Καὶ αὐτῇ Πλάγκος συνέπλει, τὸν ἔτι λοιπὸν αὐτοῦ στρατὸν ἐκλιπὼν ὑπὸ δειλίας· οἱ δὲ Οὐεντίδιον σφῶν εἵλοντο ἄρχειν. Ἀσίνιος δὲ Ἀηνοβάρβῳ συνετίθετο φιλίαν εἶναι πρὸς Ἀντώνιον· καὶ ἐπέστελλον ἄμφω τάδε τῷ Ἀντωνίῳ, καὶ ἀποβάσεις αὐτῷ καὶ ἀγορὰν, ὡς αὐτίκα ἥξοντι, εὐτρέπιζον ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν.

LI. Ἄλλῳ δ' Ἀντωνίου στρατῷ πολλῷ περὶ Ἄλπεις, οὗ Φούφιος Καληνὸς ἡγεῖτο, ὁ Καῖσαρ ἐπεβούλευεν· ἤδη μὲν τὸν Ἀντώνιον ὑπονοῶν, ἐλπίζων δὲ, ἢ φίλῳ ἔτι ὄντι φυλάξειν, ἢ πολεμοῦντος, μεγάλην ἰσχὺν προσλήψεσθαι. Διαμέλλοντος δὲ ὅμως ἔτι αὐτοῦ, καὶ τὸ εὐπρεπὲς περιορωμένου, ὁ Καληνὸς ἐτελεύτησε· καὶ ὁ Καῖσαρ, ὡς ἐς ἀμφότερα πρόφασιν εὑρὼν, ἧει, καὶ παρελάμβανε τόν τε στρατὸν, καὶ τὴν Κελτικὴν ἐπ' αὐτῷ καὶ Ἰβηρίαν, καὶ τάσδε οὔσας ὑπὸ Ἀντωνίῳ, Φουφίου τοῦ παιδὸς Καληνοῦ καταπλαγέντος τε αὐτὸν, καὶ παραδόντος ἅπαντα ἀμαχεί. Ὁ μὲν δὴ Καῖσαρ, ἑνὶ τῷδε ἔργῳ ἕνδεκα τέλη στρατοῦ καὶ χώρας τοσάσδε λαβὼν, τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν παρέλυε τῆς ἀρχῆς, καὶ ἰδίους ἐπιστήσας, ἐς Ῥώμην ἀνέστρεφεν.

LII. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, χειμῶνος μὲν ἔτι, τοὺς πρέσβεις κατεῖχε τοὺς ἀπὸ τῶν κληρουχιῶν πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας, ἔτι ἐπικρύπτων ἃ ἐφρόνει. Ἦρι δ' ἐκ μὲν Ἀλεξανδρείας ἐς Τύρον ὥδευεν· ἐκ δὲ Τύρου διαπλέων ἐπὶ Κύπρου καὶ Ῥόδου καὶ Ἀσίας, ᾔσθετο τῶν ἐν τῇ Περυσίᾳ γεγονότων, καὶ τὸν ἀδελφὸν ἐμέμφετο, καὶ Φουλβίαν, καὶ μάλιστα πάντων Μάνιον. Φουλβίαν μὲν οὖν εὗρεν ἐν Ἀθήναις, ἐκ Βρεντεσίου φυγοῦσαν. Ἰουλίαν δ' αὐτῷ τὴν μητέρα Πομπήϊος, ἐς αὐτὸν διαφυγοῦσαν, ἔπεμπεν ἐκ Σικελίας ἐπὶ νεῶν μακρῶν, καὶ παρέπεμπον αὐτὴν οἱ τῶν ἀμφὶ τὸν Πομπήϊον ἄριστοι, Λεύκιός τε Λίβων ὁ κηδεστὴς τοῦ Πομπηΐου, καὶ Σατουρνῖνος, καὶ ἕτεροι, ὅσοι, χρῄζοντες τῆς Ἀντωνίου μεγαλοπραγίας, ἠξίουν αὐτὸν συναλλαγέντα Πομπηΐῳ, σύμμαχον ἐπὶ Καίσαρι λαβεῖν Πομπήϊον. Ὁ δὲ αὐτοῖς ἀπεκρίνατο, χάριν μὲν ἐπὶ τῇ μητρὶ γιγνώσκειν Πομπηΐῳ, καὶ ἀποτίσειν ἐν χρόνῳ· αὐτὸς δὲ, εἰ μὲν πολεμοίη Καίσαρι, χρήσεσθαι Πομπηΐῳ συμμάχῳ· εἰ δ' ἐμμένοι τοῖς πρὸς αὐτὸν ὡμολογημένοις ὁ Καῖσαρ, πειράσεσθαι καὶ Πομπήϊον Καίσαρι συναλλάξαι. Ὁ μὲν ὧδε ἀπεκρίνατο.

LIII. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς Ῥώμην ἀπὸ Κελτῶν ἐπανιὼν, ᾔσθετο μὲν τῶν ἐς Ἀθήνας διαπεπλευκότων· τὸ δὲ τῆς ἀποκρίσεως ἀκριβὲς ἄρα οὐκ εἰδὼς, ἐξώτρυνε τοὺς κληρούχους ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον, ὡς κατάγοντα μετὰ τῶν γεωργῶν Πομπήϊον, ὧν αὐτοὶ τὰ χωρία ἔχουσιν· ἐς γὰρ δὴ Πομπήϊον οἱ πλέονες τῶν γεωργῶν ἐπεφεύγεσαν. Καὶ πιθανοῦ τοῦ διερεθίσματος ὄντος, οὐδ' ὡς οἱ κληροῦχοι προθύμως ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἐστράτευον·

fugit et Fulvia cum filiolis suis Puteolos, et inde porro Brundusium, deducentibus tribus millibus equitum, qui ei in hoc a ducibus exercituum fuerant missi. Brundusii vero quinque naves longas, accitas e Macedonia, conscendit : solvitque una cum ea Plancus, qui præ ignavia reliquum etiam suum exercitum deseruit. Planci milites auspiciis Ventidii se tradiderunt. Asinius vero Ahenobarbum pertraxit ad amicitiam Antonii : qua de re ambo certiorem illum per literas fecerunt, eidemque, ut mox in Italiam adventuro, loca opportuna quo exscenderet parabant, et commeatus expediebant.

LI. Jam vero de alio Antonii exercitu, qui Fufio Caleno duce circa Alpes agebat, ad se pertrahendo Cæsar cogitabat. Scilicet quum ipsum Antonium jam suspectum haberet, sperabat, si in amicitia ille permaneret, se ei illas copias conservaturum; sin bellum agitaret, magno robore contra eum se auctum iri. Sed dum cunctatur etiamnum et honestam occasionem quærit, Calenus fato functus est. Qua occasione arrepta, ad utrumvis consilium opportuna, profectus eo Cæsar, et exercitum Caleni occupavit, et Galliam Hispaniamque, Antonii provincias; Fufio, Caleni filio, per metum omnia dedente sine certamine. Sic Cæsar eadem opera undecim legionibus et provinciis amplissimis potitus, amotis præfectis, et ex sua factione substitutis in eorum locum aliis, Romam reversus est.

LII. At Antonius legatos ex coloniis ad se missos, dum hiems durabat, detinuit, sua adhuc celans consilia. Primo autem vere Alexandria terrestri itinere Tyrum profectus, inde per Cyprum et Rhodum in Asiam navigavit. Ibi nuncio de rebus ad Perusiam gestis accepto, vituperavit fratrem et Fulviam, et maxime omnium Manium. Tum Fulviam Athenis invenit, profugam e Brundusio : Juliam vero matrem Pompeius e Sicilia, quo confugerat, ad eum misit longis navibus; deducentibus Pompeianis optimatibus, L. Libone, Pompeii socero, et Saturnino, aliisque, qui, desiderantes Antonii ingenium majoribus rebus gerendis aptum, cupiebant Antonium cum Pompeio reducere in gratiam, et socium Pompeio adversus Cæsarem adsciscere. Respondit Antonius : « se quidem gratias Pompeio pro remissa matre habere, relaturumque suo tempore : quod si bellum gerendum sit contra Cæsarem, usurum illius societate; sin pacta servaverit Cæsar, daturum operam, ut Pompeius reconcilietur Cæsari. »

LIII. Cæsar, in Urbem reversus e Gallia, cognovit quidem, navigasse illos Athenas : sed quid responsi tulerint nescius, invidiam apud novos colonos facere instituit Antonio, quasi is Pompeium cnm veteribus colonis in possessiones, quas ipsi nunc tenerent, reduceret : nam illorum plerique ad Pompeium confugerant. Quod quanquam probabile erat an irritandos novos colonos argumentum, ne sic quidem faciles illi se ad militandum contra Antonium

οὕτως ἡ δόξα τῶν ἐν Φιλίπποις γεγονότων ἐδημαγώγει τὸν Ἀντώνιον. Ὁ δὲ Καῖσαρ Ἀντωνίου μὲν καὶ Πομπηΐου καὶ Ἀηνοβάρβου κατὰ πλῆθος ὁπλιτῶν ὑπεροίσειν ἐνόμιζεν· ἦρχε γὰρ τελῶν ἐς τότε τεσσαράκοντα πλεόνων· ναῦν δὲ οὐδεμίαν ἔχων, οὐδὲ καιρὸν ἐς ναυπηγίαν, ὠῤῥώδει, ναῦς ἐκείνων ἐχόντων πεντακοσίας, μὴ τὴν Ἰταλίαν περιπλέοντες ἐς λιμὸν περιενέγκαιεν. Ὧν ἐνθυμούμενος (ἐλέλεκτο δὲ αὐτῷ περὶ πολλῶν παρθένων ἐς γάμον) ἐπέστελλε Μαικήνᾳ, συνθέσθαι Σκριβωνίᾳ τῇ Λίβωνος ἀδελφῇ, τοῦ κηδεύοντος Πομπηΐῳ, ἵν' ἔχοι καὶ τήνδε ἀφορμὴν ἐς διαλύσεις εἰ δεήσειε. Καὶ πυθόμενος ὁ Λίβων, ἐπέστελλε τοῖς οἰκείοις, ἐγγυᾷν αὐτὴν τῷ Καίσαρι προθύμως. Ὁ δὲ Καῖσαρ τῶν Ἀντωνίου φίλων καὶ στρατῶν ὅσους ὑπώπτευε, διέπεμπεν ἐπὶ προφάσεων, ἄλλους ἀλλαχοῦ, καὶ Λέπιδον ἐς τὴν ἐψηφισμένην αὐτῷ Λιβύην, ἄγοντα τῶν Ἀντωνίου τελῶν τὰ ὑποπτότατα ἕξ.

LIV. Λεύκιον δὲ καλέσας, ἐπῄνει μὲν ἐς φιλαδελφίαν, εἰ, τῇ Ἀντωνίου γνώμῃ ὑπομεμενηκώς, ἴδιον τὸ ἁμάρτημα ποιοῖτο· ὠνείδιζε δὲ ἐς ἀχαριστίαν, εἰ τοιούτου τυχὼν αὐτοῦ, μηδὲ νῦν ὁμολογοίη περὶ Ἀντωνίου, σαφῶς ἤδη καὶ Πομπηΐῳ συνθέσθαι λεγομένου. « Ἐγὼ δέ σοι πιστεύων, ἔφη, Καληνοῦ τελευτήσαντος, τά τε ἔθνη τὰ ὑπ' αὐτῷ καὶ τὸν στρατὸν, ἵνα μὴ ἄναρχος εἴη, διὰ τῶν ἐμαυτοῦ φίλων διῴκουν Ἀντωνίῳ· ἀλλὰ νῦν, ἐκφανείσης τῆς ἐνέδρας, ἐκεῖνά τε ἐμαυτοῦ πάντα ποιοῦμαι, καὶ σοὶ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀπιέναι θέλοντι συγχωρῶ μετὰ ἀδείας. » Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν, εἴτε πειρώμενος τοῦ Λευκίου, εἴτε τὸ λεχθὲν ἐκπεσεῖν ἐθέλων ἐς τὸν Ἀντώνιον. Ὁ δὲ, οἷα καὶ πρότερον, εἶπε· « Φουλβίας μὲν ᾐσθόμην οὔσης μοναρχικῆς· ἐγὼ δὲ συνεχρώμην τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ στρατοῖς ἐς τὴν ἁπάντων ὑμῶν καθαίρεσιν. Καὶ νῦν, εἰ μὲν ἐπὶ καταλύσει τῆς μοναρχίας ἔρχοιτο ὁ ἀδελφὸς, καὶ φανερῶς καὶ λαθὼν οἰχήσομαι πρὸς αὐτὸν, ἀγωνιούμενος αὖθις ὑπὲρ τῆς πατρίδος πρός σε, καίπερ ἤδη μοι γενόμενον εὐεργέτην. Εἰ δ' ἐπιλέγοιτο κἀκεῖνος καὶ διακρίνοι τοὺς συμμοναρχήσοντας αὐτῷ, πολεμήσω σὺν σοὶ πρὸς αὐτὸν, ἕως ἂν ἐγῶμαι μηδὲ σὲ μοναρχίαν καθίστασθαι. Τὸ γὰρ τῆς πατρίδος ἀεὶ προθήσω καὶ χάριτος καὶ γένους. » Ὧδε μὲν ὁ Λεύκιος εἶπεν. Ὁ δὲ Καῖσαρ, αὐτὸν καὶ τέως ἐν θαύματι ἄγων, οὐκ ἔφη μὲν οὐδὲ βουλόμενον ἐπάξεσθαι κατὰ ἀδελφοῦ, πιστεύσειν δὲ ὡς τοιῷδε ἀνδρὶ πᾶσαν Ἰβηρίαν καὶ τὸν ἐν αὐτῇ στρατὸν, ὑποστρατηγούντων αὐτῷ τῶν νῦν ἡγουμένων αὐτῆς Πεδουκαίου τε καὶ Λευκίου. Οὕτω μὲν δὴ καὶ Λεύκιον ὁ Καῖσαρ ἀπέπεμπε σὺν τιμῇ, καὶ διὰ τῶν ὑποστρατήγων ἐφύλασσεν ἀφανῶς.

LV. Ἀντώνιος δὲ Φουλβίαν μὲν ἐν Σικυῶνι νοσηλευομένην ἀπέλιπεν, ἀπὸ δὲ Κορκύρας ἐς τὸν Ἰόνιον ἔπλει, στρατῷ μὲν οὐ πολλῷ, ναυσὶ δὲ διακοσίαις, ἃς ἐν Ἀσίᾳ πεποίητο. Πυθόμενος δὲ, Ἀηνόβαρβον ἀπαντᾷν αὐτῷ ναυσὶ καὶ στρατῷ πολλῷ, οὐ δοκοῦντά τισιν ἐπὶ ταῖς διαπεμφθείσαις σπονδαῖς εἶναι βέβαιον (ἦν

præbebant : tantum favoris pugna Philippensis Antonio paraverat. Cæsar autem Antonium et Pompeium Ahenobarbumque legionum quidem numero superaturum se putabat : habebat enim jam supra quadraginta legiones : sed quum navem nullam haberet, nec tempus ad ædificandas suppeteret, vehementer timebat, ne illi, quingentis instructis navibus, oras Italiæ circumnavigando, famem inferrent. Id secum reputans, quamvis multarum virginum offerretur ei conditio, Mæcenati scripsit, ut cum Scribonia, sorore Libonis, soceri Pompeii, transigeret; ut nimirum hæc quoque occasio ipsi pateret pacem cum Pompeio, si opus esset, componendi. His cognitis Libo suis mandavit per literas, ut eam absque cunctatione collocarent Cæsari. Tum Cæsar quotquot Antonianos amicos aut exercitus suspectos habebat, alios alio diversis nominibus ablegavit, et Lepidum in designatam ei Africam misit, cum sex legionibus Antonianis, quæ præ cæteris suspectæ ipsi erant.

LIV. Lucium autem Antonium, ad se accitum, laudavit quidem ut erga fratrem pium, si, in fratris sententia etiam nunc permanens, culpam sibi propriam faceret : exprobravit autem ingratitudinem, si, ne nunc quidem, post tantum se acceptum beneficium, fateretur de Antonio, qui jam manifeste quoque conspirasse cum Pompeio diceretur. « Ego, tibi credens, inquit, post Caleni mortem, provincias ejus et exercitum, ne sine imperatore essent, per meos amicos administravi pro Antonio : nunc vero, deprehensis insidiis, et illa omnia mea facio; et tibi, si velis ad fratrem abire, ut id secure facias, permitto. » Hæc Cæsar : sive ut tentaret Lucium, sive ut ad ipsum Antonium permanarent quæ dixisset. Ad hæc Lucius in eamdem sententiam, quam prius Cæsari declaraverat, respondit : « Fulviæ quidem ingenium noram, dominationis cupidum : sed ego fratris copiis utendum duxeram ad tollendam dominationem vestrum omnium. Et nunc quoque, si venturus sit frater ut subvertat monarchiam, clamve palamve proficiscar ad eum, certaturus iterum contra te pro patria, quamvis affectus a te maximo beneficio. Sin et ille denuo quærit seligitque sibi tyrannidis socios, pro te stabo contra eum, quamdiu nec te putavero monarchiam machinari. Semper enim apud me plus valebit patriæ amor, quam vel gratia vel cognatio. » Tum Cæsar, et nunc et olim Lucium admiratus : « Non usurum se, ait, illius opera contra fratrem, ne si vellet quidem sequi : sed ei, ut tali viro, universam Hispaniam cum exercitu, qui in ea sit, crediturum, legatosque additurum eos, qui nunc pro prætoribus eam provinciam administrent, Peducæum et Lucium [?]. » Ita et Lucium (Antonium) Cæsar ablegavit honoris specie, legatis clam eumdem observare jussis.

LV. Cæterum Antonius Fulviam Sicyone reliquit languidam : et solvens Corcyra navigavit per Ionium mare cum non magnis copiis, classe vero ducentarum navium, quas in Asia confecerat. Certiorque factus Ahenobarbum cum classe et frequentibus copiis venire sibi obviam; quum nonnullis hic videretur parum constans futurus in inchoato

γὰρ Ἀηνόβαρβος τῶν κατεγνωσμένων τε ἐκ δίκης ἐπὶ Γαΐῳ Καίσαρι φόνου, καὶ προγεγραμμένων ἐπὶ τῇ καταδίκῃ, καὶ ἐν Φιλίπποις Ἀντωνίῳ καὶ Καίσαρι πεπολεμηκότων)· ὅμως ἔπλει, πέντε ναυσὶν ἐπιβὰς ταῖς ἀρίσταις, ἵνα φαίνοιτο πιστεύων, καὶ τὰς λοιπὰς ἐκ διαστήματος ἕπεσθαι κελεύσας. Καθορωμένου δὲ ἤδη τοῦ Ἀηνοβάρβου, παντί τε τῷ στρατῷ καὶ παντὶ τῷ στόλῳ μετ' ὀξείας εἰρεσίας προσπλέοντος, ἔδεισεν ὁ Πλάγκος, Ἀντωνίῳ παρεστώς· καὶ ἐπισχεῖν αὐτὸν ἠξίου τὸν πλοῦν, καὶ προπέμψαι τινὰς ἐς πεῖραν, ὡς πρὸς ἀμφίβολον ἄνδρα. Ὁ δὲ, εἰπὼν, αἱρεῖσθαι παρασπονδούμενος ἀποθανεῖν μᾶλλον, ἢ σώζεσθαι δειλὸς ὀφθεὶς, ἔπλει. Πλησίον τε ἦσαν ἀλλήλων ἤδη, καὶ αἱ ναυαρχίδες ἐκ τῶν σημείων ἐφαίνοντο, καὶ ἀλλήλαις προσέπλεον· καὶ τῶν ῥαβδούχων ὁ ἡγούμενος Ἀντωνίῳ, κατὰ τὴν πρῴραν (ὥσπερ ἔθος ἐστὶν) ἑστὼς, εἴτε ἐκλαθόμενος, ὅτι ἀμφίβολος ἀνὴρ καὶ στρατοῦ κἀκεῖνος ἡγούμενος ἰδίου προσπλέοι, εἴτε ἀπὸ εὐγενεστέρου φρονήματος, ὡς ὑπηκόοις ἢ ἐλάσσοσιν ἀνδράσιν ὑπαντῶσι, προσέταξε καθελεῖν τὸ σημεῖον. Οἱ δὲ καθήρουν τε, καὶ τὴν ναῦν ἐς τὰ πλάγια τῆς Ἀντωνίου νεὼς περιέστρεφον. Ὡς δὲ καὶ συνιδόντες ἀλλήλους ἠσπάσαντο, καὶ ὁ στρατὸς ὁ τοῦ Ἀηνοβάρβου τὸν Ἀντώνιον ἡγεμόνα προσεῖπεν, ὁ μὲν Πλάγκος ἀνεθάῤῥει μόλις· ὁ δὲ Ἀντώνιος ἐς τὴν ἑαυτοῦ ναῦν τὸν Ἀηνόβαρβον ἀναδεξάμενος, ἐς Παλόεντα κατέπλευσεν, ἔνθα ἦν Ἀηνοβάρβῳ καὶ τὸ πεζόν· καὶ ὁ Ἀηνόβαρβος τῆς σκηνῆς ἐξίστατο Ἀντωνίῳ.

LVI. Ἐντεῦθεν ἐπὶ Βρεντεσίου διέπλεον, φυλασσομένου πρὸς πέντε Καίσαρος τάξεων. Καὶ οἱ Βρεντέσιοι τὰς πύλας ἀπέκλειον, Ἀηνοβάρβῳ μὲν, ὡς ἐκ πολλοῦ πολεμίῳ, Ἀντωνίῳ δὲ, ὡς πολέμιον ἐπάγοντι. Ὁ δὲ ἀγανακτῶν, καὶ ἡγούμενος εἶναι τάδε καλλωπίσματα, τὸ δ' ἀληθὲς ἀποκλείεσθαι πρὸς τῶν Καίσαρος φρουρῶν, γνώμῃ Καίσαρος, διετάφρευε τῆς πόλεως τὸν ἰσθμὸν καὶ ἀπετείχιζεν· ἔστι δ' ἡ πόλις χεῤῥόνησος, ἐν μηνοειδεῖ λιμένι. Καὶ οὐκ ἦν ἔτι τοῖς ἐξ ἠπείρου προσελθεῖν ἀνάντει λόφῳ, διατετμημένῳ τε καὶ διατετειχισμένῳ. Ὁ δὲ Ἀντώνιος καὶ τὸν λιμένα, μέγαν ὄντα, φρουρίοις πυκνοῖς περιεφράξατο, καὶ τὰς νήσους τὰς ἐν αὐτῷ. Ἔς τε τὰ παράλια τῆς Ἰταλίας περιέπεμπεν οἷς εἴρητο τὰ εὔκαιρα καταλαμβάνειν. Ἐκέλευε δὲ καὶ Πομπήϊον ἐπιπλεῖν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ δρᾷν ὅ τι δύναιτο. Ὁ δὲ, ἄσμενος αὐτίκα Μηνόδωρον σὺν ναυσὶ πολλαῖς καὶ στρατοῦ τέσσαρσι τέλεσιν ἐκπέμψας, Σαρδὼ, Καίσαρος οὖσαν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ δύο τέλη, περιέσπασε, τὴν συμφροσύνην Ἀντωνίου καταπλαγέντας. Τῆς δὲ Ἰταλίας Σιποῦντα μὲν τῆς Αὐσονίας οἱ τοῦ Ἀντωνίου κατέλαβον· Θουρίους δὲ καὶ Κωνσεντίαν Πομπήϊος ἐπολιόρκει, καὶ τὴν χώραν ἐπενέμετο τοῖς ἱππεῦσιν.

LVII. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ὀξείας καὶ πανταχοῦ τῆς ἐπιχειρήσεως γενομένης, ἐς μὲν τὴν Αὐσονίδα ἔπεμπεν Ἀγρίππαν, ἐπικουρεῖν τοῖς πονουμένοις. Καὶ ὁ Ἀγρίππας τοὺς ἐν ὁδῷ κληρούχους ἦγεν, ἐκ διαστήματος

fœdere (damnatus enim judicio fuerat, ut conspirationis in Cæsarem conscius, tum relatus in proscriptorum numerum, et Philippensi prælio contra Cæsarem Antoniumque steterat); nihilominus pergebat navigare cum quinque optimis navibus, ne videretur diffidere, reliquis ex intervallo subsequi jussis. Quumque jam in conspectu esset Ahenobarbus, cum omnibus copiis universaque classe propinquans citato remigio, extimuit Plancus, adstans Antonio : censuitque sistendum cursum, et præmittendos qui fidem viri dubiam explorarent. Sed Antonius, mori se malle, inquit, deceptum fœdere, quam evadere specimine pavoris edito : cursumque continuavit. Jamque propius ad se invicem accedebant, et petebant se mutuo naves prætoriæ, insignibus suis conspicuæ; quum primarius lictor Antonii, ut mos est, stans in prora (sive oblitus, adventare virum dubiæ fidei, qui et ipse proprium duceret exercitum; sive generosa quadam usus superbia), velut subditis aut inferioribus occurrentibus, imperavit detraherent insignia. Fecerunt illi, et navem appulerunt ad latus navis Antonii. Secuta deinde est salutatio inter imperatores; et milites Ahenobarbi Antonium Imperatorem consalutarunt : ac tunc quidem vix animum Plancus recepit. Antonius, recepto in suam navem Ahenobarbo, ad Paloenta appulit, ubi erant Ahenobarbi terrestres copiæ : ibique Antonio Ahenobarbus suo cessit tentorio.

LVI. Inde quum Brundusium navigassent, ubi quinque Cæsarianæ cohortes erant in præsidio; Brundusini portas clauserunt Ahenobarbo, ut hosti veteri, et Antonio, ut hostem adducenti. Tum indignatus Antonius, et prætextum hunc existimans, re autem vera se a Cæsarianis excludi ex sententia Cæsaris, cervicem, qua urbs continenti jungitur, fossa muroque intersepsit : situm est enim Brundusium in peninsula, juxta portum in lunata cornua excurrentem. Jamque non amplius adiri a continente urbs poterat, transversim interciso interseptoque clivo, per quem in eam ascenditur. Tum portum quoque, spatiosum admodum, crebris castellis Antonius obsedit, et, quas insulas sinus complectitur, communivit. Misitque circum oras Italiæ, qui passim loca opportuniora occuparent; hortatus simul Pompeium, ut classe invaderet Italiam, et, quantum posset, infestaret. Et Pompeius perlibenter statim Menodorum, cum valida classe et quatuor legionibus, misit; qui Sardiniam, quæ tunc erat Cæsaris, duasque Cæsaris legiones, quæ ibi erant, abstraxit, attonitas metu conspirationis Antonii cum Pompeio. In ora autem Italiæ Sipuntem, Ausoniæ oppidum, ceperunt Antoniani : Thurios et Consentiam Pompeius obsedit; equitesque agros earum jussit depopulari.

LVII. Cæsar, tam subito tot locis impugnatus, Agrippam misit in Ausoniam, ut obsessis opem ferret. Is ex coloniis ejus viæ veteranos jussit subsequi, quasi ducturus

ἑπομένους, ὡς ἐπὶ Πομπήϊον ἰόντας· μαθόντες δὲ, Ἀντωνίου γνώμῃ τὰ γιγνόμενα εἶναι, ἀνέστρεφον αὐτίκα διαλανθάνοντες. Καὶ τοῦτο μάλιστα κατέπληξε τὸν Καίσαρα. Ὁδεύων δ' ὅμως ἐς τὸ Βρεντέσιον αὐτὸς μεθ' ἑτέρου στρατοῦ, τοῖς κληρούχοις αὖθις ἐνετύγχανε, καὶ μετεδίδασκε, καὶ τοὺς ὑφ' ἑαυτοῦ συνῳκισμένους ἦγεν, αἰδουμένους, καὶ γνώμην ἐν ἀποῤῥήτῳ ποιουμένους, Ἀντώνιον καὶ Καίσαρα συναλλάσσειν· εἰ δ' ὁ Ἀντώνιος ἀπειθῶν πολεμοίη, Καίσαρι ἀμύνειν· Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐν μὲν Κανυσίῳ τινὰς ἡμέρας ἐνοσηλεύετο· παντὶ δὲ ὢν ἔτι κρείσσων Ἀντωνίου κατὰ τὸ πλῆθος, εὗρε τὸ Βρεντέσιον ἀποτετειχισμένον, καὶ οὐδὲν ἀλλ' ἢ παρεστρατοπέδευε, καὶ τοῖς γιγνομένοις ἐφήδρευεν.

LVIII. Ὁ δ' Ἀντώνιος ἐκράτει μὲν τοῖς ὀχυρώμασιν, ὡς, πολὺ μείονας ἔχων, ἀσφαλῶς ἀπομάχεσθαι. Ἐκάλει δὲ τὸν στρατὸν ἐκ Μακεδονίας κατὰ σπουδὴν, καὶ ἐτέχναζεν, ἑσπέρας ἀφανῶς ἀνάγεσθαι ναῦς μακράς τε καὶ στρογγύλας ἰδιωτικοῦ πλήθους, οἳ μεθ' ἡμέραν ἄλλοι μετ' ἄλλους κατέπλεον ὡπλισμένοι, καθάπερ ἐκ Μακεδονίας ἐπιόντες, ἐφορῶντος αὐτῶν τὸν ἐπίπλουν τοῦ Καίσαρος. Ἤδη δ' αὐτῷ καὶ τὰ μηχανήματα γεγένητο, καὶ ἐπιχειρήσειν ἔμελλε τοῖς Βρεντεσίοις, ἀχθομένου τοῦ Καίσαρος, ὅτι μὴ εἶχεν ἐπαμύνειν. Περὶ δὲ ἑσπέραν ἑκατέροις ἀγγέλλεται, Σιποῦντα μὲν Ἀγρίππας ἀναλαβὼν, Πομπήϊος δὲ Θουρίων μὲν ἀπεωσμένος, Κωνσεντίον δ' ἔτι περικαθήμενος· ἐφ' οἷς ὁ Ἀντώνιος ἐδυσχέραινεν. Ὡς δὲ καὶ Σερουΐλιος ἀπηγγέλθη προσιὼν τῷ Καίσαρι μετὰ χιλίων καὶ πεντακοσίων ἱππέων, οὐ κατασχὼν τῆς ὁρμῆς ὁ Ἀντώνιος, εὐθὺς ἀπὸ τοῦ δείπνου μεθ' ὧν εὗρεν ἑτοίμων φίλων, καὶ ἱππέων τετρακοσίων, μάλα θρασέως ἐπειχθεὶς, ἐπέπεσε τοῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις εὐναζομένοις ἔτι περὶ πόλιν Ὑρίαν· καὶ ἐκπλήξας, ἀμαχεὶ παρέλαβέ τε, καὶ αὐτῆς ἡμέρας ἐς τὸ Βρεντέσιον ἐπανήγαγεν. Οὕτω τὸν Ἀντώνιον, ὡς ἄμαχον, ἐκ τῆς ἐν Φιλίπποις δόξης ἔτι κατεπεπλήγεσαν.

LIX. Αἵ τε στρατηγίδες αὐτοῦ τάξεις, ὑπὸ τῆσδε τῆς δόξης ἐπαιρόμεναι, προσεπέλαζον τῷ χάρακι τῷ Καίσαρος κατὰ μέρη, καὶ τοὺς συνεστρατευμένους σφίσιν ὠνείδιζον, εἰ πολεμήσοντες ἥκοιεν Ἀντωνίῳ, τῷ πάντας αὐτοὺς περισώσαντι ἐν Φιλίπποις. Τῶν δὲ ἀντεπικαλούντων, ὅτι αὐτοὶ σφίσιν ἥκουσι πολεμήσοντες, λόγοι συνισταμένων ἐγίγνοντο, καὶ τὰ ἐγκλήματα ἀλλήλοις προὔφερον, οἱ μὲν τὴν ἀπόκλεισιν τοῦ Βρεντεσίου, καὶ τὴν ἀφαίρεσιν τοῦ Καληνοῦ στρατοῦ· οἱ δὲ τὴν ἀποτείχισιν τοῦ Βρεντεσίου καὶ πολιορκίαν, καὶ τὴν τῆς Αὐσονίδος καταδρομὴν, καὶ τὸ συνθέσθαι μὲν Ἀηνοβάρβῳ σφαγεῖ Γαΐου Καίσαρος, συνθέσθαι δὲ Πομπηΐῳ κοινῷ πολεμίῳ. Καὶ τέλος οἱ τοῦ Καίσαρος τὴν γνώμην σφῶν τοῖς ἑτέροις ἀνεκάλυπτον, ὅτι Καίσαρι συνέλθοιεν, οὐκ ἀμνημονοῦντες Ἀντωνίου τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ διαλλαγὰς ἐπινοοῦντες ἀμφοτέροις, ἢ Ἀντώνιον ἀπειθοῦντα καὶ πολεμοῦντα ἀμυνούμενοι. Καὶ τάδε καὶ αὐτοὶ προσπελάζοντες τοῖς Ἀντωνίου χαρακώμασι προὔλεγον.

contra Pompeium : sed illi, ubi intellexerunt geri hæc ex Antonii sententia, clam domum reversi sunt; quæ res maxime Cæsarem terruit. Mox tamen ipse, cum alio exercitu Brundusium iter ingressus, tempestivis alloquiis reducere veteranos ad officium instituit; eosque, qui ab ipso in colonias fuerant deducti, reverentia sui permovit, ut sequerentur. Et hi quidem clam inter se constituebant, Cæsari Antonium reconciliare; sin pertinaciter in bello perseveraret Antonius, tueri Cæsaris dignitatem. Cæsar, per aliquot dies valetudinis causa Canusii retentus, Brundusium pervenit : ubi, munimentis interclusam urbem deprehendens, quanquam utique copiis adhuc superior erat Antonio, tamen nihil aliud agere potuit, nisi ut castris juxta positis tempus occasionemque observaret.

LVIII. Antonius, quum munitionibus prævaleret, quanquam multo inferior numero, facile defendere se ab hostili impetu poterat. Sed advocavit tamen propere exercitum e Macedonia, strategemate interim usus hujusmodi : clam noctu paganorum multitudine cum in longas naves tum in onerarias imposita, interdiu eosdem rursus, alios post alios, armatos appellere jussit, quasi advectos e Macedonia, inspectante adventum eorum Cæsare. Jamque machinis etiam instructus Antonius, oppugnare parabat Brundusium; magno dolore Cæsaris, qui opem obsessis ferre non poterat. Tum sub vesperam utrisque nunciatum est « Sipuntem ab Agrippa receptam; Pompeium vero a Thuriis repulsum, Consentiam tamen adhuc obsidere : » quem nuncium Antonius acerbissime tulit. Qui, per idem tempus certior factus « Servilium cum mille quingentis equitibus venire ad Cæsarem » non se continuit, quin statim a cœna, cum amicis quotquot paratos nactus est, et quadringentis equitibus, non minore audacia quam festinatione in illos mille quingentos irrueret : quos quum cubantes adhuc deprehendisset circa Uriam, territos, sine certamine in deditionem accepit, eodemque die reduxit Brundusium. Tantam trepidationem unius nomen Antonii, inde a Philippensi pugna pro invicto habiti, illis incusserat.

LIX. Qua gloria elati prætoriani Antonii, alii post alios, accedebant ad castra Cæsaris, exprobrantes suis quondam commilitionibus « quod arma ferrent adversus Antonium, cujus opera cuncti servati essent Philippensi bello. » Quibus occlamantibus, imo sibi bellum inferri, ventum est ad colloquia. Rursusque intercesserunt exprobrationes mutuæ; alteris, exclusos se Brundusio, et Caleni exercitum alienatum, querentibus; alteris e diverso Brundusii obsidionem oppugnationemque objicientibus, excursionesque factas in oram inferioris Italiæ, armaque sociata cum Ahenobarbo, percussore C. Cæsaris, et cum communi hoste Pompeio. Tandem Cæsariani mentem suam aperuerunt Antonianis : « secutos se Cæsarem, non oblitos virtutis Antonii, sed cupidos reducendorum Imperatorum in mutuam gratiam : sed, si Antonius flecti se non patiatur, vim vi repulsuros. » Eademque etiam, Antoniana castra ipsi subeuntes, palam profitebantur. Dum sic sermones ultro

Γιγνομένων δὲ τούτων, ἀγγέλλεται Φουλβία τεθνεῶσα· λεγομένη μὲν ἐπὶ ταῖς Ἀντωνίου μέμψεσιν ἀθυμῆσαι, καὶ ἐς τὴν νόσον ἐμπεσεῖν, νομιζομένη δὲ καὶ τὴν νόσον ἐκοῦσα ἐπιτρῖψαι διὰ τὴν ὀργὴν Ἀντωνίου· νοσοῦσάν τε γὰρ αὐτὴν ἀπολελοίπει, καὶ οὐδὲ ἀπολείπων ἑωράκει. Ἐδόκει δ' ἀμφοτέροις ἐς πολλὰ συνοίσειν ὁ θάνατος γυναίου φιλοπράγμονος ἀπηλλαγμένοις, ἣ διὰ τὸν Κλεοπάτρας ζῆλον ἐξεῤῥίπισε τοσόνδε πόλεμον. Τό γε μὴν πάθος ἀσθενῶς ἤνεγκεν ὁ Ἀντώνιος, ἡγούμενός τι καὶ αἴτιος γεγονέναι.

LX. Λεύκιος δὲ ἦν Κοκκήϊος, ἑκατέρῳ φίλος, καὶ ὑπὸ Καίσαρος ἐς Φοινίκην τοῦ προτέρου θέρους πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀπέσταλτο μετὰ Καικίνα· ἐπανιόντος δὲ τοῦ Καικίνα, παρὰ Ἀντωνίῳ κατέμενεν. Οὗτος τότε ὁ Κοκκήϊος, τὸν καιρὸν οὐ μεθεὶς, ὑπεκρίνατο μεταπεμφθῆναι πρὸς Καίσαρος, ἀσπασόμενος αὐτόν. Συγχωροῦντος δ' ἀπιέναι τοῦ Ἀντωνίου, πειρώμενος ἤρετο, εἴ τι καὶ αὐτὸς ὁ Ἀντώνιος ἐπιστέλλει τῷ Καίσαρι, κεκομισμένος δι' αὐτοῦ Κοκκηΐου γράμματα. Καὶ ὁ Ἀντώνιος, Νῦν μὲν, ἔφη, τί ἂν ἀλλήλοις γράφοιμεν, ὄντες ἐχθροὶ, εἰ μὴ κακῶς ἀγορεύοιμεν ἀλλήλους; ἀντέγραψα δὲ τοῖς πάλαι διὰ Καικίνα· καὶ εἰ βούλει, λάβε τὰ ἀντίγραφα. Ὁ μὲν οὕτως ἐπεχλεύασεν· ὁ δὲ Κοκκήϊος οὐκ εἴα πω τὸν Καίσαρα καλεῖν ἐχθρὸν, ἔς τε Λεύκιον καὶ τοὺς ἄλλους Ἀντωνίου φίλους τοιόνδε γεγενημένον. Ὁ δὲ, Ἐκ Βρεντεσίου με, φησὶν, ἀποκλείων, καὶ τὰ ἐμὰ ἔθνη καὶ τὸν Καληνοῦ στρατὸν ἀφαιρούμενος, ἔτι τοῖς φίλοις ἐστὶν εὔνους μόνοις, οὐδὲ τοὺς φίλους ἐμοὶ περισώζειν ἔοικεν, ἀλλὰ ταῖς εὐεργεσίαις ἐχθροποιεῖν. Καὶ ὁ Κοκκήϊος, ἃ μὲν ἐπεμέμφετο, μαθὼν, οὐδὲν δὲ ἔτι ὀξυτέραν φύσιν ἐπερεθίσας, ᾤχετο πρὸς τὸν Καίσαρα.

LXI. Ὁ δὲ αὐτὸν ἰδὼν, ἐν θαύματι ἐποιεῖτο, ὅτι μὴ θᾶσσον ἔλθοι· Οὐ γὰρ, ἔφη, καὶ τὸν σὸν ἀδελφὸν, ἵν' ἐχθρὸς ἧς μοι, περιέσωσα; Ὁ δὲ, Πῶς, ἔφη, τοὺς μὲν ἐχθροὺς φίλους ποιῇ, τοὺς δὲ φίλους ἐχθροὺς ἀποκαλεῖς τε, καὶ τὸν στρατὸν ἀφαιρῇ καὶ τὰ ἔθνη; Καὶ ὁ Καῖσαρ, Οὐ γὰρ, ἔφη, Καληνοῦ τελευτήσαντος, ἐχρῆν ἐπὶ μειρακίῳ τῷ Καληνοῦ παιδὶ γενέσθαι τοσαύτας ἀφορμὰς, ἀπόντος ἔτι Ἀντωνίου· αἷς καὶ Λεύκιος ἐπαρθεὶς ἐμάνη, καὶ Ἀσίνιος καὶ Ἀηνόβαρβος γειτονεύοντες ἐχρῶντο καθ' ἡμῶν. Ἐπεὶ καὶ τὰ Πλάγκου τέλη κατὰ σπουδὴν κατέλαβον, ἵνα μὴ οἴχοιτο πρὸς Πομπήϊον· οἱ γοῦν ἱππεῖς αὐτῶν διέπλευσαν ἐς Σικελίαν. Καὶ ὁ Κοκκήϊος, Ἑτέρως, ἔφη, τάδε λογοποιούμενα· οὐδὲ Ἀντώνιος ἐπίστευεν, ἕως ἂν ἀπεκλείσθη τοῦ Βρεντεσίου, καθάπερ πολέμιος. Καὶ ὁ Καῖσαρ, οὐδὲν μὲν αὐτὸς ἔφη περὶ τοῦδε προστάξαι· οὐδὲ γὰρ προμαθεῖν προσπλέοντα, οὐδ' ἀφικέσθαι μετὰ πολεμίων προσδοκῆσαι· Βρεντεσίους δὲ αὐτοὺς, καὶ τὸν ὑπολελειμμένον αὐτοῖς διὰ τὰς Ἀηνοβάρβου καταδρομὰς ταξίαρχον, αὐτοκελεύστους ἀποκλεῖσαι τὸν Ἀντώνιον, συνθέμενον μὲν ἐχθρῷ κοινῷ Πομπηΐῳ, ἐπαγαγόντα δὲ Ἀηνόβαρβον, « φονέα τοῦ ἐμοῦ πατρὸς, ψήφῳ καὶ κρίσει

citroque commeant, nunciatur mors Fulviæ : quæ, Antonii querelas acerbe ferens, in morbum dicebatur incidisse, sed sponte etiam aluisse putabatur illum auxisseque propter iram Antonii, qui ægrotam illam deseruerat, et discedens ne inviserat quidem. Ea mors visa est utrique parti multis modis commoda futura; sublata femina inquieti ingenii, quæ ob Cleopatræ æmulationem tam grave bellum concitaverat. Casum tamen hunc parum fortiter tulit Antonius; quum et ipse, nonnihil se ad illum contulisse, existimaret.

LX. Erat L. Cocceius, utrique imperatori amicus, qui a Cæsare in Phœnicem superiori æstate ad Antonium una cum Cæcina fuerat missus; et, reverso Cæcina, ipse apud Antonium manserat. Is Cocceius, captata tunc occasione, finxit, se vocatum a Cæsare, velleque eum salutandi causa convenire. Et, abeundi venia impetrata, pertentans Antonium rogavit « ecquid vellet rescribere Cæsari, a quo per ipsum Cocceium literas accepisset? » Tum Antonius : « Quid nunc scribamus invicem, quum simus inimici, nisi fortasse mutua convicia? Cæterum ad literas olim ad me datas rescripsi jam per Cæcinam : earum literarum, si vis, exemplar accipe. » Cui sic cavillanti Cocceius, nondum esse inimicum appellandum, ait, Cæsarem, qui Lucium et alios Antonii amicos tali modo tractaverit. Tum ille : « Sed me, inquit, exclusit Brundusio, measque provincias et Caleni exercitum occupavit : quod vero in solos amicos meos benignus est, non tam amicos mihi servat, quam inimicos reddere conatur suis beneficiis. » Cocceius, postquam querelas audivit Antonii, nolens hominem ad iram pronum irritare amplius, profectus est ad Cæsarem.

LXI. Quo viso, miratus Cæsar, quod non citius ad se rediisset : « Non enim, inquit, tuum quoque fratrem servavi, ut et tu mihi inimicus fieres? » Tum Cocceius : « Itane tu, qui ex inimicis amicos tibi paras, amicos inimicos vocas, et exercitus eis aufers ac provincias? » Ad hæc Cæsar : « Non enim post obitum Caleni, adolescentulo Caleni filio debuerunt, absente etiam tum Antonio, relinqui tantæ copiæ; quarum fiducia et Lucius impulsus insanivit, et quibus Asinius Ahenobarbusque, in propinquo versantes, contra nos erant usuri. Qua ratione et Planci legiones occupavi propere, ne Pompeio se adjungerent : equites saltem earum trajecerunt in Siciliam. » Tum Cocceius : « Aliter hæc ad Antonium delata sunt : nec prius tamen credidit, quam pro hoste exclusus est Brundusio. » Nihil, inquit Cæsar, de hac re mandavi : nec enim illum appulsurum præsciveram, nec exspectaram venturum cum hostibus. Brundisini ipsi, et relicti ibidem propter Ahenobarbi incursationes præsidii præfectus, injussu meo, excluserunt Antonium, fœderatum communi hosti Pompeio, et adducentem Ahenobarbum,

καὶ προγραφῇ κατεγνωσμένον, καὶ πολιορκήσαντα μὲν τὸ Βρεντέσιον μετὰ Φιλίππους, πολιορκοῦντα δὲ ἔτι τὸν Ἰόνιον ἐν κύκλῳ, ἐμπρήσαντα δὲ τὰς ἐμὰς ναῦς, καὶ τὴν Ἰταλίαν λεηλατήσαντα.»

LXII. Ὁ δὲ, Σπένδεσθαι μὲν, ἔφη, συνεχωρήσατε ἀλλήλοις, πρὸς οὓς ἂν ἐθέλητε· καὶ οὐδενὶ τῶν ἀνδροφόνων Ἀντώνιος ἐσπείσατο, οὐδὲν ἔλασσον ἢ αὐτὸς σὺ τὸν σὸν πατέρα τιμῶν. Ἀηνόβαρβος δὲ οὐκ ἔστι τῶν ἀνδροφόνων· ἡ δὲ ψῆφος αὐτῷ κατ' ὀργὴν ἐπῆκται· οὐδὲ γὰρ τῆς βουλῆς πω τότε μετεῖχεν. Εἰ δ' ὡς φίλῳ Βρούτου μὴ συγγνῶναι νομίζοιμεν, οὐκ ἂν φθάνοιμεν ὀλίγου δεῖν ἅπασι χαλεπαίνοντες. Πομπηΐῳ δὲ οὐ συνέθετο μὲν συμμαχήσειν ὁ Ἀντώνιος, πολεμούμενος δ' ὑπὸ σοῦ, προσλήψεσθαι σύμμαχον, ἢ καὶ σοὶ συναλλάξειν, οὐδὲν ἀνήκεστον οὐδ' ἐκεῖνον εἰργασμένον. Σὺ δὲ καὶ τῶνδε τὴν αἰτίαν ἔχεις· εἰ γὰρ οὐκ ἐπολεμήθη κατὰ τὴν Ἰταλίαν, οὐδ' ἂν οὗτοι πρεσβεύεσθαι ταῦτα πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἐθάῤῥουν. Καὶ ὁ Καῖσαρ, ἔτι ἐπικαλῶν, Τὴν μὲν Ἰταλίαν ἔφη, κἀμὲ σὺν αὐτῇ, Μάνιος καὶ Φουλβία καὶ Λεύκιος ἐπολέμουν, ὁ δὲ Πομπήϊος οὐ πρότερον, ἀλλὰ νῦν, Ἀντωνίῳ θαῤῥῶν, ἐπιβέβηκε τῆς παραλίου. Καὶ ὁ Κοκκήϊος, Οὐκ Ἀντωνίῳ θαῤῥῶν, εἶπεν, ἀλλὰ ὑπ' Ἀντωνίου πεμφθείς· οὐ γὰρ ἐπικρύψω σε, ὅτι καὶ τὴν ἄλλην Ἰταλίαν ἐπιδραμεῖται ναυτικῷ πολλῷ, ναυτικὸν οὐκ ἔχουσαν, εἰ μὴ διαλύσεσθε ὑμεῖς. Ὁ δὲ Καῖσαρ (οὐ γὰρ ἀμελῶς ἤκουσε τοῦ τεχνάσματος), ἐπισχὼν ὀλίγον, εἶπεν· Ἀλλ' οὐ χαιρήσει Πομπήϊος, κακὸς κακῶς καὶ νῦν ἐκ Θουρίων ἐξελαθείς. Καὶ ὁ Κοκκήϊος, τὰ ἀμφίλογα πάντα κατιδὼν, ἐπῆγε τὸν Φουλβίας θάνατον, καὶ τρόπον αὐτοῦ, ὅτι πρὸς τὴν ὀργὴν Ἀντωνίου δυσχεράνασά τε νοσήσειε, καὶ τὴν νόσον ἐπιτρίψειεν ὑπὸ τῆς δυσθυμίας, οὐκ ἰδόντος αὐτὴν οὐδὲ νοσοῦσαν Ἀντωνίου, ὡς αἴτιον τῇ γυναικὶ θανάτου γενόμενον· ἐκποδὼν δὲ κἀκείνης γενομένης, οὐδενὸς ὑμῖν ἐνδεῖν ἔτι, ἔφη, πρὸς ἀλλήλους, πλὴν ἀληθεῦσαι περὶ ὧν ὑπενοήσατε.

LXIII. Οὕτω καθομιλῶν τὸν Καίσαρα ὁ Κοκκήϊος, ἐκείνην τε τὴν ἡμέραν ἐξενίζετο παρ' αὐτῷ, καὶ ἐδεῖτο ἐπιστεῖλαί τι τῷ Ἀντωνίῳ, νεώτερον ὄντα πρεσβυτέρῳ. Ὁ δὲ πολεμοῦντι μὲν ἔτι οὐκ ἔφη γράψειν· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνον· μέμψεσθαι δ' αὐτοῦ τῇ μητρὶ, ὅτι, συγγενὴς οὖσα, καὶ προτιμηθεῖσα ἐκ πάντων ὑπ' αὐτοῦ, φύγοι τὴν Ἰταλίαν, καθάπερ οὐ τευξομένη πάντων ὡς παρ' υἱοῦ. Ὧδε μὲν καὶ ὁ Καῖσαρ ἐτέχναζε, καὶ ἐπέστελλε τῇ Ἰουλίᾳ. Ἐξιόντι δὲ τοῦ στρατοπέδου τῷ Κοκκηΐῳ πολλοὶ τῶν ταξιαρχῶν καὶ τὴν γνώμην ἐξέφερον τοῦ στρατοῦ. Ὁ δὲ καὶ τἄλλα καὶ τόδε αὐτὸ τῷ Ἀντωνίῳ μετέφερεν, ἵνα εἰδείη πολεμήσοντας οὐ συντιθεμένῳ. Συνεβούλευεν οὖν, Πομπήϊον μὲν ἐς Σικελίαν ἐξ ὧν ἐπόρθει μετακαλεῖν, Ἀηνόβαρβον δέ ποι πέμπειν, ἕως αἱ συνθῆκαι γένοιντο. Παρακαλούσης δὲ καὶ τῆς μητρὸς ἐς ταῦτα τὸν Ἀντώνιον (γένει γὰρ ἦν ἐκ τῶν Ἰουλίων), ᾐσχύνετο Ἀντώνιος, εἰ, μὴ γενομένων τῶν συμβάσεων, τὸν Πομπήϊον αὖθις ἐς συμμαχίαν καλοίη.

parricidam, publico judicio damnatum proscriptumque, qui post Philippensem pugnam oppugnavit Brundusium, et adhuc circumquaque populatur Adriatici maris littora, qui naves meas cremavit, et Italiam prædatus est.»

LXII. Tum Cocceius: «At permisistis, inquit, invicem, cum quibus libuisset fœdera inire: nec Antonius cum quoquam ex parricidis pacem fecit; et rationem patris tui non minorem, quam tu ipse, habet. Non est enim e parricidarum numero Ahenobarbus; sed ab infensis judicibus condemnatus est, quum ne conscius quidem illius consilii fuisset. Quod si, ut Bruti amicum, indignum venia ducimus, videndum est, ne propemodum omnibus maneamus infensi. Cum Pompeio autem fœdus iniit Antonius, non ut socius illi contra te adesse velit; sed ut, si a te infestetur ipse, belli socium habeat; sin minus, ut eum tibi conciliet, quoniam ne ille quidem in tanta culpa est, cui venia nullo pacto dari possit. At vide, ne tu hujus etiam rei causa sis: nisi enim bellum motum esset in Italia, nunquam hi ausi fuissent legationes ad Antonium mittere.» Cæsar, retorquere accusationes pergens «Italiæ, ait, sibique Manium, et Fulviam Luciumque bellum intulisse; Pompeium vero non prius, sed nunc demum, Antonii fiducia, maritimas Italiæ regiones aggredi ausum.» Tum Cocceius: «Imo jussu Antonii, non solum fiducia: nec enim dissimulabo, invasurum classibus reliquam etiam Italiam, nudatam navali præsidio, nisi pacem vos composueritis.» Cæsar, qui artificiosæ hominis orationi non otiose præbuerat aures, cunctatus nonnihil: «Attamen, inquit, non impune feret Pompeius; repulsus etiam nunc a Thuriis, ut commeruit.» Tum Cocceius, perspecta tota controversia, mentionem injecit obitus Fulviæ; «quam, non ferentem iratum sibi Antonium, in morbum incidisse, commemorabat, auxisseque morbum mœrore, quod ægrotantem ne invisere quidem dignatus esset Antonius; ita ut ipse quoque nonnihil ad mortem uxoris contulerit. Qua sublata e medio, nihil aliud, inquit, vobis porro factu opus est, nisi ut absque fuco vobis invicem proferatis suspiciones mutuas.»

LXIII. Hæc Cocceius cum Cæsare collocutus, eo die hospitio ejus usus est: rogavitque ut scriberet aliquid ad Antonium, junior ad seniorem. Et negavit quidem Cæsar, se bellum etiam nunc sibi facienti scripturum quidquam, quum nihil literarum ne ab illo quidem accepisset. Sed apud matrem Antonii, ait, per literas se conquesturum, quod illa, sua cognata, quæ a se semper in præcipuo honore fuisset habita, profugisset ex Italia; quasi non quidvis a se, haud secus ac a filio, impetratura. Adeoque Cæsar, pari arte usus, scripsit Juliæ. Discedenti autem e castris Cocceio multi centuriones mentem etiam exercitus aperuerunt. Et ille, ut cætera, sic hoc ipsum quoque indicavit Antonio; ut sciret, bellum imminere a Cæsarianis, redeat in gratiam. Consulebat igitur Antonio Cocceius: «ut Pompeium ab alienis vastandis revocaret in Siciliam, Ahenobarbum vero allegaret aliquo, donec pax composita esset.» Quo quum accederent preces etiam matris, quæ ex Julia gente erat, pudor incessit Antonium, ne, si tentata pax minus succederet,

Τῆς δὲ μητρὸς οὐκ ἀπελπιζούσης αὐτὰς ἔσεσθαι, καὶ Κοκκηίου ἰσχυριζομένου τε περὶ αὐτῶν καὶ ἐλπιζομένου τι πλέον εἰδέναι, ὁ Ἀντώνιος ἐνεδίδου, καὶ τὸν Πομπήϊον ἀναχωρεῖν ἐκέλευεν ἐς Σικελίαν, ὡς ἐπιμελησόμενος τῶν συγκειμένων, καὶ Ἀηνόβαρβον ἔπεμπεν ἡγεῖσθαι Βιθυνίας.

LXIV. Ὧν ὁ στρατὸς ὁ τοῦ Καίσαρος αἰσθανόμενοι, πρέσβεις εἵλοντο τοὺς αὐτοὺς ἐς ἀμφοτέρους· οἳ τὰ μὲν ἐγκλήματα αὐτῶν ἐπέσχον, ὡς οὐ κρῖναι σφίσιν, ἀλλὰ διαλλάξαι μόνον ᾑρημένοι· σφίσι δ' αὐτοῖς προσελόμενοι Κοκκήϊον μὲν, ὡς κοινὸν ἀμφοῖν, ἐκ δὲ τῶν Ἀντωνίου Πολλίωνα, καὶ Μαικήναν ἐκ τῶν Καίσαρος, ἔγνωσαν, Καίσαρι καὶ Ἀντωνίῳ πρὸς ἀλλήλους ἀμνηστίαν εἶναι τῶν γεγονότων, καὶ φιλίαν ἐς τὸ μέλλον. Ὑπογύως δὲ Μαρκέλλου τεθνεῶτος, ὃς τὴν ἀδελφὴν Καίσαρος εἶχεν Ὀκταουΐαν, ἐδικαίουν οἱ διαλλακταὶ, τὴν Ὀκταουΐαν Ἀντωνίῳ τὸν Καίσαρα ἐγγυῆσαι. Καὶ ὁ μὲν αὐτίκα ἐνεγύα· καὶ ἠσπάζοντο ἀλλήλους, καὶ βοαὶ παρὰ τοῦ στρατοῦ καὶ εὐφημίαι πρὸς ἑκάτερον αὐτῶν ἦσαν ἄπαυστοι δι' ὅλης τε τῆς ἡμέρας καὶ ἀνὰ τὴν νύκτα πᾶσαν.

LXV. Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντώνιος τὴν Ῥωμαίων αὖθις ἀρχὴν ἐφ' ἑαυτῶν ἐμερίσαντο ἅπασαν, ὅρον μὲν εἶναι σφίσι Σκόδραν, πόλιν τῆς Ἰλλυρίδος, ἐν μέσῳ τοῦ Ἰονίου μυχοῦ μάλιστα δοκοῦσαν εἶναι. Ταύτης δ' ἔχειν τὰ μὲν πρὸς ἕω πάντα τὸν Ἀντώνιον ἔθνη τε καὶ νήσους, ἕως ἐπὶ ποταμὸν Εὐφράτην ἄνω· τὰ δὲ ἐς δύσιν τὸν Καίσαρα, μέχρι Ὠκεανοῦ. Λιβύης δὲ Λέπιδον ἄρχειν, καθὰ Καῖσαρ ἐδεδώκει. Πολεμεῖν δὲ Πομπηΐῳ μὲν Καίσαρα, εἰ μή τι συμβαίνοι· Παρθυαίοις δὲ Ἀντώνιον, ἀμυνόμενον τῆς ἐς Κράσσον παρασπονδήσεως. Ἀηνοβάρβῳ δ' εἶναι πρὸς Καίσαρα συμβάσεις τὰς πρὸς Ἀντώνιον γενομένας. Στρατὸν δὲ ἐκ τῆς Ἰταλίας προσκαταλέγειν ἀκωλύτως ἴσον ἑκάτερον. Αἵδε μὲν ἦσαν αἱ τελευταῖαι Καίσαρί τε καὶ Ἀντωνίῳ γενόμεναι συμβάσεις. Καὶ εὐθὺς ἐς τὰ ἐπείγοντα τοὺς φίλους ἑκάτερος αὐτῶν περιέπεμπεν. Οὐεντίδιον μὲν ἐς τὴν Ἀσίαν Ἀντώνιος, ἀναστέλλειν Παρθυαίους τε καὶ Λαβιηνὸν τὸν Λαβιηνοῦ, μετὰ τῶν Παρθυαίων ἐν ταῖσδε ταῖς ἀσχολίαις Συρίαν τε καὶ τὰ μέχρι τῆς Ἰωνίας ἐπιδραμόντα. Ἃ μὲν δὴ Λαβιηνός τε καὶ Παρθυαῖοι δράσαντες ἔπαθον, ἡ Παρθυϊκὴ δηλώσει Γραφή.

LXVI. Ἕλενον δὲ, στρατηγὸν Καίσαρος, σὺν ὁρμῇ κατασχόντα Σαρδοῦς, αὖθις ἐξέβαλε τῆς Σαρδοῦς Μηνόδωρος ὁ Πομπηίου. Καὶ τῷδε μάλιστα χαλεπαίνων ὁ Καῖσαρ, οὐκ ἐδέχετο τὰς πείρας Ἀντωνίου, συνάγοντος αὐτῷ Πομπήϊον. Ἐς δὲ Ῥώμην παρελθόντες, ἐτέλουν τοὺς γάμους. Καὶ ὁ Ἀντώνιος Μάνιον μὲν ἔκτεινεν, ὡς ἐρεθίσαντά τε Φουλβίαν ἐπὶ διαβολῇ Κλεοπάτρας, καὶ τοσῶνδε αἴτιον γενόμενον· Καίσαρι δὲ ἐνέφηνε, Σαλβιδιηνὸν, τὸν ἡγούμενον τῷ Καίσαρι τοῦ περὶ Ῥοδανὸν στρατοῦ, ἀπόστασιν ἰδίᾳ βουλεῦσαι, καί οἱ περὶ τοῦδε προσπέμψαι περικαθημένῳ τὸ Βρεντέσιον.

rursus recurrendum esset ad Pompeii societatem. Sed matre spem faciente, quam Cocceius confirmabat, quasi secretiorum etiam consiliorum conscius; cessit Antonius, revocavitque Pompeium in Siciliam quasi curaturus ipse ea de quibus inter ipsos convenerat; Ahenobarbum vero in Bithyniam misit, cui cum imperio præsideret.

LXIV. Id ubi cognovit exercitus Cæsaris, legatos elegit qui utrumque imperatorem adirent. Hi, cohibitis eorum querelis (quippe non ad judicandum electi, sed ad pacem sarciendam), adhibitoque Cocceio, ut communi amborum amico, et ex Antonianis Pollione, e Cæsarianis Mæcenate, decreverunt præteritarum offensarum oblivionem mutuam, et amicitiam in posterum. Quumque Marcellus nuper obiisset, maritus Octaviæ, sororis Cæsaris, postulaverunt pacis auctores, ut frater eam collocaret Antonio; moxque desponsa est. Et complexi se mutuo sunt Cæsar et Antonius; consequentibus faustis acclamationibus totius exercitus, utrique bene precantis, quæ per totum diem totamque noctem continuatæ sunt.

LXV. Tum Cæsar et Antonius denuo totum Romanorum imperium sua auctoritate inter se partiti sunt: feceruntque terminum utriusque ditionis Scodram, Illyrici oppidum, quod in medio maxime sinu Adriatico situm putabatur. Ab hoc oppido versus Orientem, constituerunt, ut omnes Antonius haberet tam provincias quam insulas, ad flumen usque Euphratem: versus Occidentem vero Cæsar, usque Oceanum. Africa Lepido relicta est, ita ut a Cæsare acceperat. Bellum cum Pompeio Cæsar gereret, ni quid inter ipsos conveniret: cum Parthis Antonius, ad ulciscendam perfidiam qua Crassum oppresserant. Ahenorbabus in fœdus receptus est a Cæsare, iisdem quibus prius ab Antonio conditionibus. Additum fœderi, ut liceret utrique imperatori novos delectus habere in Italia, pari legionum numero. In has leges postremum fœdus inter Cæsarem et Antonium ictum est. Moxque ad res urgentes obeundas uterque amicos dimisit. Et Ventidium quidem in Asiam misit Antonius, ut reprimeret Parthos, Labienumque, Labieni filium, qui Parthorum auxilio, per occasionem horum motuum Syriam Asiamque usque ad Ioniam incursaverat. Sed Labieni quidem Parthorumque cum res gestas, tum acceptas clades, Libro de Rebus Parthicis exponemus.

LXVI. Per id tempus Helenus, Cæsaris legatus, quum Sardiniam forti in hostes impetu facto recepisset, rursus inde ejectus est a Menodoro, Pompeiano duce. Qua re præcipue indignatus Cæsar, reconciliari Pompeio per Antonium noluit. In Urbem deinde reversi, celebrarunt nuptias: et Antonius Manium interfecit, quod Fulviam exasperasset Cleopatræ criminationibus, et tantorum malorum causa fuisset. Salvidienum vero, Narbonensis exercitus ducem, apud Cæsarem detulit, voluisse ad se deficere, et super ea re sibi misisse nuncium obsidenti Brundusium.

Καὶ ὁ μὲν τόδε ἐξεῖπεν, οὐ πρὸς πάντων ἐπαινούμενον, εὐφυὴς ὢν ἄρα καὶ ταχὺς ἐς εὔνοιαν. Ὁ δὲ Καῖσαρ αὐτίκα τὸν Σαλβιδιηνὸν ἐκάλει κατὰ σπουδήν, ὡς ἐπὶ δή τι μόνου χρήζων, καὶ εὐθὺς ἐκπέμψων αὖθις ἐς τὸν στρατόν· καὶ ἐλθόντα ἔκτεινε διελέγξας· καὶ τὸν ὑπ' αὐτῷ στρατόν, ὡς ὕποπτον ὄντα, ἔχειν ἔδωκεν Ἀντωνίῳ.

LXVII. Ῥωμαίους δ' ὁ λιμὸς ἐπίεζεν, οὔτε τῶν ἑῴων ἐμπόρων ἐπιπλεόντων, δέει Πομπηΐου καὶ Σικελίας, οὔτε τῶν ἐκ δύσεως, διὰ Σαρδὼ καὶ Κύρνον ἐχομένας ὑπὸ τῶν Πομπηΐου, οὔτ' ἐκ τῆς περαίας Λιβύης, διὰ τοὺς αὐτοὺς ἑκατέρωθεν ναυκρατοῦντας. Ἐπετετίμητο δὴ πάντα· καὶ τῶνδε τὴν αἰτίαν ἐς τὴν ἔριν τῶν ἡγεμόνων ἀναφέροντες, ἐβλασφήμουν αὐτούς, καὶ ἐς διαλύσεις πρὸς Πομπήϊον ἐπέσπερχον. Οὐκ ἐνδιδόντος δὲ τοῦ Καίσαρος οὐδ' ὥς, ὁ Ἀντώνιος αὐτὸν ἠξίου ταχύνειν γε τὸν πόλεμον διὰ τὴν ἀπορίαν. Χρημάτων δ' ἐς αὐτὸν οὐκ ὄντων, προὐτέθη διάγραμμα, εἰσφέρειν ἐπὶ μὲν τοῖς θεράπουσι τοὺς κεκτημένους ὑπὲρ ἑκάστου τὸ ἥμισυ τῶν πέντε καὶ εἴκοσι δραχμῶν, ὡρισμένων ἐς τὸν πόλεμον τὸν Κασσίου τε καὶ Βρούτου· ἐσφέρειν δὲ καὶ μοῖραν τοὺς ἐκ διαθήκης τι καρπουμένους. Τοῦτο τὸ γράμμα σὺν ὁρμῇ μανιώδει καθεῖλεν ὁ δῆμος, ἀγανακτῶν, εἰ, τὰ κοινὰ ταμιεῖα κεκενωκότες, καὶ τὰ ἔθνη σεσυληκότες, καὶ τὴν Ἰταλίαν αὐτὴν ἐσφοραῖς καὶ τέλεσι καὶ δημεύσεσι καταβαρήσαντες, οὐκ ἐς πολέμους, οὐδ' ἐς ἐπίκτητον ἀρχήν, ἀλλ' ἐς ἰδίους ἐχθρούς, ὑπὲρ οἰκείας δυναστείας, ὑπὲρ ἧς δὴ καὶ προγραφὰς καὶ λιμὸν ἐκ τῶνδε πανώδυνον γεγονέναι, ἔτι καὶ τὰ λοιπὰ περιδύοιεν αὐτούς. Συνιστάμενοί τε ἐβόων, καὶ τοὺς οὐ συνισταμένους ἔβαλλον, καὶ ἠπείλουν διαρπάσειν αὐτῶν τὰς οἰκίας καὶ καταπρήσειν, ἕως τὸ μὲν πλῆθος ἅπαν ἠρέθιστο.

LXVIII. Ὁ δὲ Καῖσαρ σὺν τοῖς φίλοις καὶ ὀλίγοις ὑπασπισταῖς ἐς μέσους ἦλθεν, ἐντυχεῖν τε βουλόμενος καὶ τὴν μέμψιν ἐκλογίσασθαι. Οἱ δὲ αὐτὸν εὐθὺς ὀφθέντα ἔβαλλόν τε ἀφειδῶς πάνυ, καὶ οὐδ' ὑπομένοντα καὶ ἑαυτὸν ἐμπαρέχοντα καὶ τιτρωσκόμενον ᾐδοῦντο. Πυθόμενος δ' ὁ Ἀντώνιος, ἐβοήθει κατὰ σπουδήν. Οἱ δὲ καὶ τόνδε, κατιόντα τὴν Ἱερὰν ὁδόν, οὐκ ἔβαλλον μέν, ὡς ἕτοιμον ἐς τὰς Πομπηΐου διαλύσεις, ἀναχωρεῖν δὲ ἐκέλευον· καὶ οὐ πειθόμενον, τότε ἔβαλλον. Ὁ δὲ ὁπλίτας πλέονας, οἳ ἦσαν ἔξω τοῦ τείχους, ἐκάλει. Καὶ οὐ παριέντωγ οὐδ' ὡς αὐτόν, οἱ μὲν ὁπλῖται, διαιρεθέντες ἐς τὰ πλάγια τῆς ὁδοῦ καὶ τῆς ἀγορᾶς, ἐπεχείρουν ἐκ τῶν στενωπῶν, καὶ τὸν ἐντυχόντα ἀνῄρουν. Οἱ δ' οὐκέτι εὐμαρῶς οὐδὲ φυγεῖν ἐδύναντο, βεβυσμένοι τε ὑπὸ πλήθους, καὶ διαδρομὴν οὐκέτι ἔχοντες· ἀλλὰ φόνος ἦν καὶ τραύματα, καὶ ἀπὸ τῶν τεγῶν οἰμωγαὶ καὶ βοαί. Καὶ ὁ Ἀντώνιος μόλις τε παρῆλθε, καὶ τοῦ κινδύνου τὸν Καίσαρα περιφανῶς δὴ τότε μάλιστα οὗτος ἐξείλετο, καὶ ἐς τὴν οἰκίαν περιέσωσε. Διαφυγόντος δέ ποτε τοῦ πλήθους, τὰ νεκρά, ἵνα μὴ ἐνοχλοίη θεωρούμενα, ἐς τὸν ποταμὸν ἀπερρίπτειτο· καὶ ἕτερον πένθος ἦν, δρω-

Hoc secretum Antonius prodidit, non omnibus probantibus, ingenuus alioquin et facilis ad amicitiam. Cæsar continuo Salvidienum ad se properare jussit, quasi opus haberet ejus præsentia, remissurus mox ad exercitum : quem, ubi venit, coargutum occidit; exercitum ejus, ut suspectum, dedit Antonio.

LXVII. Populus interim Romæ fame premebatur : quum nec ab Oriente negotiatores quidquam subveherent, metu Pompeii ac Siciliæ; nec ab Occidente, propter Sardiniam Corsicamque occupatas ab eodem Pompeio; nec ex Africa, propter eosdem hostes, utraque littora classibus suis infestantes. Itaque quum summa annonæ esset caritas, causam ejus rei populus in discordiam principum referens, conviciis eos incessebat, urgebatque ut pacem cum Pompeio componerent. Quumque ne sic quidem Cæsar flecteretur, hortatus est eum Antonius, accelerarct saltem bellum propter inopiam. Quoniam vero deerant pecuniæ in ejus belli apparatum, edictum de conferendis pecuniis est propositum : « ut domini in singula mancipiorum capita, quemadmodum Cassiano bello centum sestertios contribuissent, sic nunc ejus pecuniæ dimidium penderent : utque certa pars ex hereditatibus per testamentum acceptis decideretur. » Illud edictum plebs furibunda detraxit, indigne ferens « quod post exhaustum ærarium, post spoliatas provincias, Italiamque ipsam exactionibus et bonorum confiscationibus oppressam, non ad externa bella aut pro propagando imperio, sed ad persequendos privatos inimicos augendamque propriam potentiam, propter quam et proscriptiones et cædes factæ, et hæc luctuosissima fames secuta sit, nunc quoque, si quid ipsis reliquum sit, hoc etiam exuantur a Triumviris. » Vociferabanturque per cœtus ac circulos; et lapides impingentes his qui se non aggregarent, minabantur direpturos se domos eorum incensurosque; donec tota plebs exacerbata est.

LXVIII. Tum Cæsar, cum amicis paucisque satellitibus, processit in medium, allocuturus tumultuantes, et rationem eorum quæ illi criminabantur redditurus. Sed hi, ut primum Cæsarem conspexerunt, lapidibus effuse admodum eum appetiverunt : ac ne sustinentem quidem præbentemque se ictibus vulneratumque sunt reveriti. Quod ubi cognovit Antonius, succurrit propere. Et in hunc quidem, per Sacram viam descendentem, nemo quidquam conjecit, quod esset paratus ad pacem cum Pompeio ineundam; tantum jubebant, ut secederet : sed, quum nihilominus pergeret progredi, tum demum saxis hunc quoque appetebant. Tum ille armatorum majorem manum, quæ extra mœnia erat, accivit : et, quum ne sic quidem eum transire sinerent, milites, divisi ab utroque viæ forique latere, per angiportus irruebant, sternentes obvios. Jamque, quum nec fugam expedire possent constipati præ multitudine, nec discurrendo eludere ictus, cædes miscebantur vulneribus; et de tectis gemitus clamoresque audiebantur. Et ægre tandem Antonius in forum pervasit : Cæsaremque tunc manifeste hic potissimum periculo eripuit, salvumque domum reduxit. Turba vero tandem dispulsa, cadavera, ne triste spectaculum exhiberent, in fluvium projecta sunt. Moxque alius luctus exstitit, dum cadavera per profluentem feruntur,

μένων ἀνὰ τὸ ῥεῦμα, καὶ περιδυόντων αὐτὰ τῶν στρατιωτῶν, καὶ ὅσοι μετ' αὐτῶν κακοῦργοι τὰ εὐσχήμονα μάλιστα ὡς οἰκεῖα ἔφερον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπαύετο σὺν φόβῳ τε καὶ μίσει τῶν ἡγουμένων· ὁ δὲ λιμὸς ἤκμαζε, καὶ ὁ δῆμος ἔστενε καὶ ἡσύχαζεν.

LXIX. Ὁ δ' Ἀντώνιος ἐδίδασκε τοὺς Λίβωνος οἰκείους, Λίβωνα καλεῖν ἐκ Σικελίας ἐπὶ συνησθήσει τοῦ κήδους, ἐργασόμενόν τι καὶ μεῖζον· τὸ δ' ἀσφαλὲς τῷ Λίβωνι ἀνεδέχετο αὐτός. Οἱ μὲν δὴ ταχέως ἐπέστελλον, καὶ ὁ Πομπήϊος τῷ Λίβωνι συνεχώρει. Ἀφικόμενος δὲ ὁ Λίβων, ἐς νῆσον ὡρμίσθη τὰς Πιθηκούσας, ἣ νῦν ἐστιν Αἰναρία. Καὶ μαθὼν ὁ δῆμος, αὖθις ἠθροίζετο, καὶ παρεκάλει σὺν ὀλοφύρσει τὸν Καίσαρα πέμψαι Λίβωνι πίστιν, πρεσβεύειν ἐθέλοντι πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ εἰρήνης. Καὶ ὁ μὲν ἄκων ἔπεμπεν. Ὁ δὲ δῆμος καὶ Μουκίαν, τὴν μητέρα τοῦ Πομπηΐου, καταπρήσειν ἀπειλοῦντες, ἐξέπεμπον ἐργασομένην διαλύσεις. Λίβων μὲν δὴ, συνεὶς τῶν ἐχθρῶν ἐνδιδόντων, ἠξίου τοὺς ἡγεμόνας αὐτοὺς συνελθεῖν, ὡς ἀλλήλοις ἐνδώσοντας ὅ τι ἂν δοκῇ. Βιασαμένου δὲ καὶ ἐς τοῦτο τοῦ δήμου, ἐξῄεσαν ἐς Βαΐας ὁ Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντώνιος.

LXX. Πομπήϊον δὲ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ὁμαλῶς ἔπειθον ἐς τὴν εἰρήνην· Μηνόδωρος δὲ ἀπὸ Σαρδοῦς ἐπέστελλεν, ἢ πολεμεῖν ἐγκρατῶς, ἢ βραδύνειν ἔτι, ὡς τοῦ λιμοῦ σφῶν προπολεμοῦντος, καὶ τῶν συμβάσεων, εἰ καὶ δοκοίη, κρεισσόνων ἐσομένων· Μοῦρκόν τε, τούτοις ἐνιστάμενον, ὑποβλέπειν ἐκέλευεν, ὡς ἀρχὴν αὑτῷ περικτώμενον. Ὁ δὲ, καὶ τέως τὸν Μοῦρκον διά τε ἀξίωμα καὶ γνώμην ἐγκρατῆ βαρυνόμενος, ἔτι μᾶλλον ἐκ τῶνδε ἀπερρίπτει, καὶ οὐδὲν ἦν ὅ τι Μούρκῳ προσεῖχεν· ἕως ὁ μὲν Μοῦρκος ἀχθόμενος, ἐς Συρακούσας ὑπεχώρει, καί τινας ἰδὼν φύλακας ἑπομένους ἐκ Πομπηΐου, φανερῶς αὐτὸν ἐν τοῖς φύλαξιν ἐλοιδόρει. Ὁ δὲ, χιλίαρχον καὶ λοχαγὸν αὐτοῦ Μούρκου διαφθείρας, ἔπεμψεν ἀνελεῖν αὐτὸν, καὶ φάσκειν ὑπὸ θεραπόντων ἀνῃρῆσθαι· ἔς τε πίστιν τῆς ὑποκρίσεως τοὺς θεράποντας ἐσταύρου. Οὐ μὴν ἐλάνθανε δεύτερον ἐπὶ Βιθυνικῷ τόδε μύσος ἐργασάμενος, περὶ ἄνδρα καὶ τὰ πολέμια λαμπρὸν, καὶ τῆς αἱρέσεως ἐγκρατῆ φίλον ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐς αὐτὸν Πομπήϊον εὐεργέτην τε ἐν Ἰβηρίᾳ γενόμενον, καὶ ἑκόντα ἐλθόντα ἐς Σικελίαν. Μοῦρκος μὲν δὴ τεθνήκει.

LXXI. Τῶν δ' ἄλλων τὸν Πομπήϊον ἐς τὰς διαλύσεις ἐπειγόντων, καὶ τὸν Μηνόδωρον διαβαλλόντων ἐς φιλαρχίαν, ὡς οὐκ εὐνοίᾳ τοῦ δεσπότου μᾶλλον, ἢ ὅπως αὐτὸς ἄρχοι στρατοῦ καὶ χώρας, ἐνιστάμενον· ἐνδοὺς ὁ Πομπήϊος, ἐς τὴν Αἰναρίαν διέπλει ναυσὶ πολλαῖς ἀρίσταις, ἐξήρους λαμπρᾶς ἐπιβεβηκώς. Καὶ Δικαιάρχειαν μὲν οὕτω σοβαρῶς παρέπλευσε περὶ ἑσπέραν, ἐφορώντων τῶν πολεμίων. Ἅμα δὲ ἕῳ, καταπηχθέντων σταυρῶν ἐξ ὀλίγου διαστήματος ἐν τῇ θαλάσσῃ, σανίδες τοῖς σταυροῖς ἐπετέθησαν· καὶ δύο τῶνδε τῶν καταστρωμάτων ὁ μὲν Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντώνιος παρῆλθον ἐς τὸ πρὸς τῇ γῇ πεποιημένον, ὁ δὲ Πομπήϊος καὶ ὁ Λίβων ἐς τὸ πελαγιώτερον, ὀλίγου

aut spoliantur a militibus mixtisque eis nebulonibus, qui, ut quodque optime cultum animadvertebant, auferebant tanquam ad se pertinens. Sic hoc quidem malum sopitum est, et non sine terrore odioque principum. Sed fames pergebat sævire, gemente ac ferente populo.

LXIX. Tum Antonius familiares monuit Libonis « vocarent Libonem e Sicilia, ut affinitatem gratularetur, effecturus etiam majus aliquid; et ipse securitatem ei recepit. Illi celeriter miserunt ad Libonem literas, nec Pompeius hominem detinuit. In itinere Libo ad insulam Pithecusas appulit, quæ nunc est Ænaria. Quod ubi populus cognovit, rursus coibat, rogabatque cum lamentis Cæsarem, ut Liboni literas fidei mitteret, qui de pacis conditionibus ex Pompeii mandatis cum ipso acturus venisset. Quod ille invitus fecit. Populus vero etiam Muciam, Pompeii matrem, crematurum se eam comminatus, adegit, ut legationem ad filium pacis causa susciperet. Libo, ubi remittere sensit contumaciam hostium, postulavit, ut ipsi imperatores ad colloquium convenirent, quo arbitratu suo rem componerent. Et postquam id quoque violentis precibus obtinuit populus, profecti sunt Baias Cæsar et Antonius.

LXX. Pompeio vero quum cæteri omnes uno consensu pacem suaderent, solus Menodorus scriptitabat ex Sardinia, ut aut fortiter persequeretur bellum, aut saltem cunctaretur amplius; dum fames, pro ipsis pugnans, faceret, ut pax, si ita videretur, æquioribus coiret conditionibus : simulque Murcum, huic rationi adversantem, suspectum ei reddebat, quasi ipse sibi pararet potentiam. Pompeius, qui jam antea Murcum ob dignitatem et consilii constantiam gravatim tulerat, eo magis nunc etiam ab eo alienatus est, ut nulla in re amplius consilio ejus uteretur. Ea re offensus Murcus, Syracusas secessit; et conspectis nonnullis custodibus a Pompeio ad insequendum se missis, propalam coram eis in Pompeium jecit convicia. Tum Pompeius corruptum ipsius Murci tribunum centurionemque misit, qui Murcum interficerent, et a servis propriis fingerent interfectum. Is dolus quo magis fidem inveniret, servos in crucem egit. Nec tamen latuit alterum hoc, post sublatum Bithynicum, scelus Pompeii, patratum in virum laude bellica illustrem, qui et constantissimus inde ab initio amicus illarum partium fuerat, et de ipso Pompeio in Hispania optime erat commeritus, et nunc ultro ad eum in Siciliam venerat. At tali quidem fato Murcus functus est.

LXXI. Quo mortuo reliquis omnibus ad pacem Pompeium hortantibus, Menodorumque accusantibus, ut gaudentem classis imperio, nec tam domino studentem, quam sibi usurpantem provinciam cum exercitu, ob eamque causam pacem impedire conantem; obsecutus Pompeius trajecit in Ænariam, cum multis selectis navibus ipse invectus hexere ornatissima : atque ita Puteolos præternavigavit superbe circa vesperam, inspectantibus hostibus. Primo autem mane duobus locis, exiguo intervallo, palis in mare defixis pontes sunt instrati; in quorum tabulatorum alterum, terræ contiguum, Cæsar progressus est et Antonius; Pompeius et Libo in alterum, quod paulo magis in mare excurrebat,

ῥεύματος αὐτοὺς διείργοντος, μὴ κεκραγότας ἀλλήλων ἀκούειν. Ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν Πομπήϊος ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς ἀρχῆς ἥκειν ᾤετο ἀντὶ Λεπίδου, οἱ δὲ ὡς κάθοδον αὐτῷ δώσοντες μόνην, τότε μὲν ἐπ' οὐδενὶ ἔργῳ διεκρίθησαν. Διαπομπαὶ δὲ συχναὶ τῶν φίλων ἦσαν, ἐπὶ ποικίλαις ἑκατέρων προκλήσεσιν. Ἤτει δ' ὁ Πομπήϊος τῶν προγεγραμμένων τε καὶ οἵ συνόντων, τοῖς μὲν ἀνδροφόνοις Γαΐου Καίσαρος φυγὴν ἄδολον, τοῖς δὲ λοιποῖς κάθοδόν τε ἔντιμον, καὶ τὰς οὐσίας ἃς ἀναλώκεσαν. Ἐπειγόμενοι δὲ ἐς τὰς συμβάσεις ὑπό τε τοῦ λιμοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ δήμου, ἐς τὸ τέταρτον μόλις ἐνεδίδουν, ὡς ὠνησόμενοι παρὰ τῶν ἐχόντων· καὶ τοῖς προγεγραμμένοις αὐτοῖς περὶ τούτων ἐπέστελλον, ἐλπίζοντες αὐτοῖς αὐτοὺς ἀγαπήσειν. Οἱ δὲ ἐδέχοντο πάντα, ἐπεὶ καὶ Πομπήϊον αὐτὸν ἐδεδοίκεσαν ἤδη, διὰ τὸ Μούρκου μύσος· καὶ προσιόντες τῷ Πομπηΐῳ, συνθέσθαι παρεκάλουν. Ὅτε καὶ τὴν ἐσθῆτα κατερρήξατο ὁ Πομπήϊος, ὡς καὶ τῶνδε προδιδόντων αὐτὸν ὧν προμάχεται, καὶ θαμινὰ τὸν Μηνόδωρον ὡς στρατηγικὸν καὶ μόνον εὔνουν ἀνεκάλει.

LXXII. Μουκίας δὲ αὐτὸν τῆς μητρὸς, καὶ Ἰουλίας τῆς γυναικὸς ἐναγουσῶν, αὖθις οἱ τρεῖς συνῆλθον ἐς τὸ ἀμφίκλυστον Δικαιαρχέων χῶμα, περιορμουσῶν τῶν φυλακίδων νεῶν. Καὶ συνέβησαν ἐπὶ τοῖσδε· Λελύσθαι μὲν τὸν πόλεμον αὐτοῖς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, καὶ τὰς ἐμπορίας ἀκωλύτους εἶναι πανταχοῦ· Πομπήϊον δὲ τὰς φρουρὰς ἐξαγαγεῖν, ὅσαι κατὰ τὴν Ἰταλίαν εἰσί· καὶ μηκέτι τοὺς ἀποδιδράσκοντας οἰκέτας ὑποδέχεσθαι· μηδ' ἐφορμεῖν ναυσὶ τὴν ἀκτὴν τῆς Ἰταλίας· ἄρχειν δὲ Σαρδοῦς, καὶ Σικελίας, καὶ Κύρνου, καὶ ὅσων ἄλλων εἶχεν ἐς τότε νήσων, ἐς ὅσον ἄρχοιεν τῶν ἑτέρων Ἀντώνιός τε καὶ Καῖσαρ, πέμποντα Ῥωμαίοις τὸν ἐκ πολλοῦ τεταγμένον αὐταῖς φέρειν σῖτον· ἐπιλαβεῖν δὲ καὶ Πελοπόννησον ἐπὶ ταύταις· ὑπατεῦσαι δ' ἀπόντα δι' ὅτου κρίνοι τῶν φίλων, καὶ τῆς μεγίστης ἱερωσύνης ἐς τοὺς ἱερέας ἐγγραφῆναι. Καὶ τάδε μὲν εἶναι Πομπηΐῳ. Κάθοδον δὲ τοῖς ἔτι φεύγουσι τῶν ἐπιφανῶν, πλὴν εἴ τις ἐπὶ τῷ φόνῳ Γαΐου Καίσαρος ψήφῳ καὶ κρίσει κατέγνωσται· καὶ τῆς περιουσίας τοῖς μὲν ἄλλοις, ὅσοι κατὰ φόβον ἔφευγον, καὶ τὰ ὄντα αὐτοῖς ἐκ βίας ἀπωλώλει, τὸ ἐντελὲς ἀποδοθῆναι χωρὶς ἐπίπλων, τοῖς δὲ προγεγραμμένοις μοῖραν τετάρτην. Καὶ τῶν ἐστρατευμένων τῷ Πομπηΐῳ τοὺς μὲν οἰκέτας ἐλευθέρους εἶναι· τοῖς δ' ἐλευθέροις, ὅτε παύσαιντο τῆς στρατείας, τὰ αὐτὰ δοθῆναι γέρα τοῖς ἐστρατευμένοις Καίσαρί τε καὶ Ἀντωνίῳ.

LXXIII. Ἐς ταῦτα συνέβησαν· καὶ ταῦτα συνεγράψαντο καὶ ἐσημήναντο, καὶ ταῖς ἱεραῖς παρθένοις φυλάσσειν ἔπεμψαν ἐς Ῥώμην. Ἐξένιζον δ' ἀλλήλους αὐτίκα, περὶ τῆς τάξεως διαλαχόντες· πρῶτος μὲν ἐπὶ ἐξήρους Πομπήϊος περιωρμισμένης ἐς τὸ χῶμα· ταῖς δὲ ἑξῆς, Ἀντώνιός τε καὶ Καῖσαρ, σκηνοποιησάμενοι καὶ οἵδε ἐπὶ τοῦ χώματος· πρόφασιν μὲν, ὡς ἅπαντες ἐπὶ ἀκτῆς ἑστιῷντο, τάχα δ' ἐς ἀσφάλειαν ἀνύποπτον.

modico aquarum fluxu ab altero tabulato diremtum, ut sine clamore voces invicem exaudirentur. Sed quoniam Pompeius eo se advenisse putarat, ut in societatem imperii admitteretur loco Lepidi, quum alteri non nisi reditum ei in patriam vellent concedere; idcirco tunc quidem re infecta discessum est. Neque tamen intermiserunt per internuncios amicos rem tractare, varias conditiones ferentes ultro citroque. Postulabat autem Pompeius, ut ex proscriptis, qui apud eum versabantur, conjurationis quidem sociis concederetur securum exilium, reliquis vero honoratus in patriam reditus, et bonorum vend torum restitutio. Et illi, quum et fames et populus urgeret ut pacem componerent, ægre tandem concesserunt, ut quarta bonorum pars restitueretur, quam a novis possessoribus se redemturos receperunt : scripseruntque ea de re ad ipsos proscriptos, rati contentos fore. Et acceperunt hi conditionem, timentes jam Pompeium propter scelus in Murcum perpetratum : aditoque Pompeio, exorarunt eum, ut pacem componeret. Sed ille tum; vestem discindens, prodi se conquestus est ab his, quorum hactenus propugnator fuisset; crebroque Menodorum nomine invocavit, ut imperatoriarum artium in primis gnarum, et solum constantem in benevolentia.

LXXII. Tandem urgentibus Pompeium Mucia matre, Juliaque uxore, rursus tres illi (Cæsar Antoniusque et Pompeius) in aggere ab utraque parte mari alluto prope Puteolos, collocatis circa eum in statione navibus cum præsidio, convenerunt, et pacem in has conditiones composuerunt : « Ut terra marique cessaretur ab armis, et negotiationes nusquam impedirentur : Pompeius ex omnibus Italiæ locis præsidia deduceret, nec amplius fugitivos reciperet, neve naves ipsius littoribus Italiæ insidiarentur : ut idem Pompeius imperium Sardiniæ, Siciliæ, Corsicæ, cæterarumque quas ad id tempus habuisset insularum, in tot annos teneret, in quot Antonio Cæsarique prorogatum fuerit reliquarum provinciarum imperium; mitteretque Romano populo frumentum jamdudum insulis illis imperatum; tum et Peloponnesum præter dictas insulas acciperet : denique absens consulatum gereret per quemcunque voluisset ex amicis; et in majorum pontificum collegium adscriberetur. » Hæc Pompeio concessa. Cæterum « reditus pateret nobilibus exulibus, exceptis his qui ut interfectores C. Cæsaris publico judicio fuissent damnati : bona profugis, qui ob metum solum profugissent, resque suas per vim amisissent, ex asse omnia restituerentur, exceptis mobilibus; proscriptis vero, ex quadrante : tum, qui sub Pompeio militassent, servis libertas esset præmium; ingenuis vero, post peracta stipendia, præmia eadem persolverentur quæ veteranis Cæsaris et Antonii. »

LXXIII. Hæ tum pacis leges fuere : quas conscriptas obsignatasque in Urbem miserunt asservandas Vestalibus. His factis, statim hospitio se invicem exceperunt; ordine, quo id a quoque fieret, sorte decreto. Primus Pompeius hexere ad aggerem appulsa excepit hospites; sequentibus diebus Antonius et Cæsar, fixis in eodem aggere tentoriis : quod quidem hoc prætextu faciebant, ut omnibus epulum præberetur in littore; sed fortasse mutuæ magis securitatis

Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὡς εἶχον ἀμελῶς, ἀλλ' αἵ τε νῆες αὐτοῖς παρώρμουν, καὶ οἱ φύλακες περιειστήκεσαν, καὶ οἱ περὶ τὸ δεῖπνον αὐτὸ ἀφανῶς εἶχον ὑπεζωσμένα ξιφίδια. Λέγεται δὲ Μηνόδωρος, ἑστιωμένων ἐν τῇ νηῒ τῶν ἀνδρῶν, πέμψαι Πομπηΐῳ, προτρέπων αὐτὸν, ἐπιθέσθαι τοῖς ἀνδράσι, καὶ τίσασθαι μὲν τῆς ἐς τὸν πατέρα καὶ τὸν ἀδελφὸν ἁμαρτίας, ἀναλαβεῖν δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν πατρῴαν δι' ὀξυτάτης ἀφορμῆς· ἐπιμελήσεσθαι γὰρ αὐτὸς, ἐν ταῖς ναυσὶν ὢν, μηδένα διαφυγεῖν. Ὁ δ' ἀποκρίνασθαι τοῦ γένους ἅμα καὶ τῆς χρείας ἀξίως· Εἴθε Μηνόδωρον ἦν ἐργάσασθαι ταῦτα χωρὶς ἐμοῦ. Μηνοδώρῳ γὰρ ἁρμόζειν ἐπιορκεῖν, οὐ Πομπηΐῳ. Ἥρμοσαν δ' ἐν τῷδε τῷ δείπνῳ τὴν Πομπηΐου θυγατέρα, Λίβωνος οὖσαν θυγατριδῆν, Μαρκέλλῳ τῷ προγόνῳ μὲν Ἀντωνίου, ἀδελφιδῷ δὲ Καίσαρος. Ἀπέφηναν δὲ τῆς ἐπιούσης ὑπάτους ἐς τετραετὲς, Ἀντώνιον μὲν καὶ Λίβωνα πρώτους, ἀντικαθιστάντος ὁμοίως Ἀντωνίου ὃν ἂν βούλοιτο· ἐπὶ δ' ἐκείνοις Καίσαρά τε καὶ Πομπήϊον, εἶτα Ἀηνόβαρβον καὶ Σόσσιον, εἶτ' αὖθις Ἀντώνιόν τε καὶ Καίσαρα, τρίτον δὴ τότε μέλλοντας ὑπατεύσειν, καὶ ἐλπιζομένους τότε καὶ ἀποδώσειν τῷ δήμῳ τὴν πολιτείαν.

causa, et ad suspicionem removendam. Nam ne sic quidem cura fuit remissior; sed et naves præsto erant in stationibus, et satellites circa eos stabant, et ipsi convivæ quoque sub veste accincti erant pugionibus. Fertur autem Menodorus, dum in navi epulabantur hospites, ad Pompeium misisse, eumque admonuisse ut, adversarios dolo aggressus, ulcisceretur illatam patri fratrique injuriam, et occasione arrepta paternum sibi assereret imperium : se enim, cum navibus in proximo versantem, curaturum, ut nemo effugiat : Pompeium vero, quemadmodum et ipsius generi, et conditioni, qua tum res erant, conveniebat, respondisse : Utinam Menodorus hoc absque me posset perficere! nam illi perjurium convenit, non Pompeio. In ea cœna Pompeii filia, Libonis neptis, desponsa est Marcello, privigno Antonii, Cæsaris sororis filio. Sequenti die consules designarunt in quadriennium : primos Antonium et Libonem adjecta conditione, ut Antonio pariter liceret alium pro se, quemcumque voluisset, substituere : post illos Cæsarem et Pompeium : tum Ahenobarbum et Sossium : deinde rursus Cæsarem et Antonium; qui tertium tunc futuri consules rempublicam sperabantur populo Romano reddituri.

LXXIV. Τάδε μὲν ἔπραξαν· καὶ διακριθέντες ἀλλήλων, ὁ μὲν ἐς Σικελίαν ἔπλει, Καῖσαρ δὲ καὶ Ἀντώνιος ὥδευον ἐς Ῥώμην. Πυθόμεναι δὲ ἥ τε πόλις καὶ ἡ Ἰταλία, ἐπαιώνιζον αὐτίκα ἅπαντες, ὡς ἐπὶ εἰρήνῃ, πολέμου τε ἀπαλλαγέντες ἐπιχωρίου, καὶ ξεναγήσεως υἱῶν, καὶ φρουρῶν ὕβρεως, καὶ θεραπόντων αὐτομολίας, καὶ λεηλασίας πεδίων, καὶ γεωργίας ἀργίας, ὑπὲρ ἅπαντα δὲ τοῦ λιμοῦ, πιέσαντος αὐτοὺς ἐς ἔσχατον. Ὥστε παροδεύουσιν αὐτοῖς, οἷα σωτῆρσιν, ἐγίγνοντο θυσίαι· καὶ τὸ ἄστυ ἔμελλεν ὑποδέξασθαι περιφανῶς, εἰ μὴ νυκτὸς, ἐκκλίνοντες τὸ φορτικὸν, ἔλαθον εἰς τὴν Ῥώμην ἐσελθόντες. Μόνοι δὲ ἤχθοντο, ὅσοι τὰ τῶν ἐλευσομένων σὺν Πομπηΐῳ χωρία κεκληρουχήκεσαν· ἡγούμενοι σφίσι τοὺς γεωμόρους ἀδιαλλάκτους ἐχθροὺς παροικήσειν, καὶ, εἴ ποτε δυνηθεῖεν, ἐπιθήσεσθαι. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Πομπήϊον φυγάδες αὐτίκα, χωρὶς ὀλίγων οἱ πλείους, ἐν τῇ Δικαιαρχείᾳ τὸν Πομπήϊον ἀσπασάμενοι, κατέπλεον ἐς τὴν Ῥώμην. Καὶ ἑτέρα τοῦ πλήθους ἦν ἡδονὴ, καὶ βοαὶ ποικίλαι, τοσῶνδε οὕτως ἐπιφανῶν ἐξ ἀέλπτου περισεσωσμένων.

LXXIV. His transactis, discesserunt : Pompeius in Siciliam navibus; Cæsar et Antonius terrestri itinere Romam profecti sunt. Ad ejus pacis nuncium, Urbs et universa Italia festis conclamationibus perstrepuit : lætabanturque omnes, liberatos se tandem intestino bello, et filiorum ad militiam delectibus, et præsidiariorum injuriis, mancipiorum transfugiis, agrorum vastationibus, agriculturæ cessatione, et super omnia fame, quæ diro maxime modo eos presserat. Quapropter transeuntibus imperatoribus sacra vulgo faciebant, velut servatoribus. Urbs quoque illustri pompa illorum adventum erat exceptura; ni, declinantes ejus rei invidiam, clam noctu Romam maluissent ingredi. Soli publicæ hilaritatis expertes erant, qui agros possidebant exulum eorum, quibus una cum Pompeio reditus ex fœdere erat impetratus : quippe qui putabant, paratos sibi vicinos infensissimos, et ad quamvis occasionem exserturos malevolentiam. Ipsi autem hi profugi, qui Pompeium hactenus erant secuti, plerique omnes, paucis exceptis, Pompeio Puteolis salutato, Romam statim navigarunt. Unde nova plebi fuit lætitia, acclamationesque variæ, tot illustribus viris præter spem redditis patriæ.

LXXV. Ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ μὲν Καῖσαρ ἐς τὴν Κελτικὴν ἐξώρμα ταρασσομένην· ὁ δὲ Ἀντώνιος ἐπὶ τὸν πόλεμον τῶν Παρθυαίων. Καὶ, αὐτῷ τῆς βουλῆς ψηφισαμένης εἶναι κύρια ὅσα ἔπραξέ τε καὶ πράξειεν, αὖθις στρατηγοὺς πανταχῇ περιέπεμπε, καὶ τἆλλα ὡς ἐπενόει πάντα διεκόσμει. Ἵστη δέ πῃ καὶ βασιλέας, οὓς δοκιμάσειεν, ἐπὶ φόροις ἄρα τεταγμένοις· Πόντου μὲν, Δαρεῖον τὸν Φαρνάκους τοῦ Μιθριδάτου· Ἰδουμαίων δὲ καὶ Σαμαρέων, Ἡρώδην· Ἀμύνταν δὲ Πισιδῶν· καὶ Πολέμωνα μέρους Κιλικίας, καὶ ἑτέρους ἐς ἕτερα ἔθνη. Τὸν δὲ στρατὸν, ὅσος ἔμελλεν αὐτῷ συγχειμάσειν, περιουσιάσαι τε βουλόμενος καὶ γυμνά-

LXXV. Post hæc Cæsar in Galliam, turbis nonnihil agitatam, fecit expeditionem : Antonius ad bellum Parthicum profectus est; et quum senatusconsulto approbata fuissent acta ejus tam futura quam præterita, rursus dimissis quaquaversum ducibus legatisque suis, reliqua cuncta, ut voluit, disposuit. Regesque nonnullis locis, certa utique tributa collaturos, appellavit arbitratu suo : Ponti, Darium, Pharnacis filium, Mithridatis nepotem; Idumæorum Samaritarumque Herodem; Amyntam, Pisidarum; Polemonem, partis Ciliciæ; aliosque, aliarum gentium. Exercitum autem, qui cum ipso erat hibernaturus, ut lucris simul locupletaret,

σαι, τοὺς μὲν αὐτῶν ἐπὶ Παρθηνοὺς ἔπεμπεν, Ἰλλυρικὸν ἔθνος, Ἐπιδάμνῳ πάροικον, προθυμοτάτους γενομένους Βρούτῳ· τοὺς δ' ἐπὶ Δαρδανέας, ἕτερον Ἰλλυριῶν γένος, ἀεὶ Μακεδονίαν ἐπιτρέχοντας· τοὺς δ' ἐν Ἠπείρῳ μένειν ἐκέλευεν, ὡς ἂν ἐν κύκλῳ πάντας ἔχῃ, μέλλων αὐτὸς ἐν Ἀθήναις χειμάσειν. Ἔπεμπε δὲ καὶ Φούρνιον ἐς Λιβύην, τὰ ὑπὸ Σεξστίῳ τέλη τέσσαρα ἄξοντα ἐπὶ Παρθυαίους· οὐ γάρ πω πέπυστο αὐτὰ Λέπιδον ἀφῃρῆσθαι Σεξστίου.

LXXVI. Ταῦτα διαθέμενος, ἐχείμαζεν ἐν ταῖς Ἀθήναις μετὰ τῆς Ὀκταουΐας, καθὰ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ τῆς Κλεοπάτρας· τὰ μὲν ἐκ τῶν στρατοπέδων ἐπιστελλόμενα ἐφορῶν μόνα, ἀφέλειαν δὲ ἰδιωτικὴν αὖθις ἐξ ἡγεμονίας καὶ σχῆμα τετράγωνον ἔχων, καὶ ὑπόδημα Ἀττικὸν, καὶ θύρας ἠρεμούσας· ἔξοδοί τε ἦσαν ὁμοίως ἄνευ σημείων αὐτῷ, σὺν δύο φίλοις καὶ σὺν ἀκολούθοις δύο, ἐς διδασκάλων διατριβὰς ἢ ἀκροάσεις. Καὶ τὸ δεῖπνον ἦν Ἑλληνικὸν, καὶ μεθ' Ἑλλήνων ἡ χειμασία, πανηγύρεις τε σὺν θυμηδίᾳ μετὰ τῆς Ὀκταουΐας· πολὺς γὰρ καὶ ἐς τήνδε ἐρρύη, ταχὺς ὢν ἐς ἔρωτας γυναικῶν. Λήγοντος δὲ τοῦ χειμῶνος, ὥσπερ ἑτέρῳ γενομένῳ, ἥ τε ἐσθὴς αὖθις, καὶ μετὰ τῆς ἐσθῆτος ἡ ὄψις, ἐνηλλάσσετο· καὶ πλῆθος ἦν ἀμφὶ τὰς θύρας αὐτίκα σημείων τε καὶ ἡγεμόνων καὶ δορυφόρων, καὶ φόβου πάντα μεστὰ καὶ καταπλήξεως· πρεσβεῖαί τε ἐσεδέχοντο, αἳ τέως ἠρέμουν κεκελευσμέναι, καὶ δίκαι διεκρίνοντο, καὶ νῆες καθείλκοντο, καὶ ἡ ἄλλη παρασκευὴ πᾶσα συνεκινεῖτο.

LXXVII. Καὶ Ἀντώνιος μὲν ἀμφὶ ταῦτα ἦν. Καίσαρι δὲ καὶ Πομπηΐῳ διελύθησαν αἱ γενόμεναι σπονδαὶ, κατὰ μὲν αἰτίας, ὡς ὑπενοεῖτο, ἑτέρας· αἱ δὲ ἐς τὸ φανερὸν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐκφερόμεναι, αἵδε ἦσαν. Πελοπόννησον Ἀντώνιος μὲν ἐδίδου Πομπηΐῳ, κελεύων, ὅσα ἔτι ὤφελον αὐτῷ Πελοποννήσιοι δόντα, ἢ αὐτὸν ἀναδεξάμενον ἀποδώσειν, παραλαβεῖν, ἢ περιμεῖναι τὴν πρᾶξιν αὐτῶν. Ὁ δὲ οὐκ ἐδέχετο μὲν ἐπὶ τοῖσδε τὴν χώραν, ἡγούμενος αὐτῷ σὺν τοῖς ὀφλήμασι δεδόσθαι· χαλεπαίνων δὲ, ὡς ὁ Καῖσαρ ἔλεγεν, εἴτε ἐπὶ τούτοις, εἴτε κατὰ γνώμην ἄπιστον, εἴθ' ὑπὸ ζήλου τῶν ἑτέρων μεγάλους στρατοὺς ἐχόντων, εἴτε Μηνοδώρου διερεθίζοντος αὐτὸν ἀνοχὰς μᾶλλον ἢ βεβαίους σπονδὰς εἶναι νομίζειν, ναῦς ἄλλας ἐποιεῖτο, καὶ ἐρέτας συνέλεγε, καὶ τῷ στρατῷ ποτε ἐδημηγόρησε, χρῆναι παντὸς οὕνεκα παρασκευάζεσθαι. Λῃστήριά τε αὖθις ἀφανῆ τὴν θάλασσαν ἠνώχλει, καὶ μικρὸν ἢ οὐδὲν ἄκος τοῦ λιμοῦ γεγένητο Ῥωμαίοις. Ὥστε ἐβόων, οὐκ ἀπαλλαγὴν τῶν κακῶν, ἀλλ' ἐπίληψιν τετάρτου τυράννου κατὰ σπονδὰς γεγονέναι. Καὶ ὁ Καῖσάρ τινα λῃστήρια συλλαβὼν ἐβασάνιζεν, οἳ Πομπήϊον σφᾶς ἔλεγον ἐπιπέμψαι· καὶ τάδε αὐτὰ ὁ Καῖσαρ τῷ δήμῳ προὔφερε, καὶ ἐπέστελλεν αὐτῷ Πομπηΐῳ. Ὁ δὲ ἐξελογεῖτο μὲν ὑπὲρ τούτων, ἀντενεκάλει δὲ Πελοποννήσου χάριν.

LXXVIII. Ὅσοι δὲ τῶν ἐπιφανῶν ἦσαν ἔτι παρὰ τῷ Πομπηΐῳ, ὁρῶντες αὐτὸν ἀεὶ πειθόμενον τοῖς ἀπε-

simul exercitaret, misit in Parthenos, Illyricam gentem, Epidamno vicinam, Bruti quondam studiosissimam; alium in Dardanos, hos quoque Illyrici generis, Macedoniam incursare solitos; alios in Epiro jussit præstolari : ut diversis circumcirca partibus omnes haud procul ab ipso abessent, qui Athenas hiberna sibi delegerat. Misit et Furnium in Africam, qui Sextii quatuor legiones contra Parthos duceret : nondum enim cognoverat, Lepidum eas ademisse Sextio.

LXXVI. His ita dispositis, Athenis hiemavit Antonius cum Octavia, sicut ante Alexandriæ cum Cleopatra; literas tantum ab exercitibus allatas inspiciens, cæterum relicto imperatorio cultu, palliatus rursum et phæcasiatus Attico more, remotis a foribus salutatorum officiis, et procedens in publicum absque insignibus duobus amicis comitatus et duobus famulis, ut professores aut recitatores audiret. Cœnam quoque Græco more sumebat, et partim exercitationibus vacabat cum Græcis hominibus, partim festis ludisque se oblectabat cum Octavia; nam hanc quoque deperibat vir natura pronior ad mulierum amores. Exacta vero hieme, tanquam alius factus, ad militarem cultum rediit, personamque mutavit; rursumque circa fores observabantur lictores, duces, et satellites, et ad terrorem omnia composita : tum legationes admittebantur, ad id tempus jussu ipsius dilatæ; jus reddebatur, naves deducebantur; et reliquo militari apparatu strepebant omnia.

LXXVII. In his dum Antonius occupatur, inter Cæsarem Pompeiumque turbata pax est : causis, ut quidem suspicabantur plerique, aliis; sed, quas in publicum Cæsar efferebat, hæ fuere. Peloponnesum Antonius Pompeio cesserat hac conditione « ut, si jam statim accipere vellet provinciam, solveret Antonio quæ Peloponnesii ei deberent, aut persoluturum se reciperet; sin id non placeret, tantisper exspectaret, dum pecuniæ illæ Antonii nomine coactæ essent. » Jam vero Pompeius non accepit hac conditione provinciam, ratus eam una cum debitis pecuniis sibi datam fuisse. Eamque rem (ut Cæsar aiebat) ægre ferens Pompeius; sive ob id ipsum, sive suapte perfidia, vel quod invideret alteris magnos exercitus habentibus, vel quod, a Menodoro instigatus, non pacem hanc esse, sed inducias tantum, putaret; parabat alias naves aliudque remigium, et exercitum quoque aliquando pro concione admonuit, omnino esse opus ut denuo bellum paretur. Rursusque ex occultis receptaculis piratæ infestabant maria : et exiguum ac propemodum nullum allatum erat urbanæ fami remedium. Quare passim jactabatur « non quæsitum nupera pace finem malorum, sed assumtum quartum tyrannidis socium. » Et Cæsar captos aliquot piratas torsit, qui fassi sunt, se a Pompeio submissos : idque ipsum Cæsar evulgavit populo, et ipsi Pompeio significavit per literas. Sed ille quidem, de hac culpa se purgans, de Peloponneso contra conquestus est.

LXXVIII. Quotquot autem nobilium adhuc apud Pompeium hæserant, ubi viderunt semper eum libertorum pa-

λευθέροις, διέφθειραν ἐνίους τῶν ἀπελευθέρων, εἴτε ἀπὸ σφῶν αὐτῶν, εἴτε ἐς χάριν Καίσαρος, ἐξοτρύνειν ἐπὶ Μηνοδώρῳ, ὡς ἐπὶ ἄρχοντι, τὸν δεσπότην. Οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ, φθόνῳ τῆς Μηνοδώρου δυνάμεως, ἑκόντες ἐποίουν. Καὶ Πομπήϊος μὲν ἐς ἀλλοτρίωσιν ὑπήγετο τοῦ Μηνοδώρου. Τῶν δ' αὐτῶν ἡμερῶν Φιλάδελφος, ὁ Καίσαρος ἀπελεύθερος, πρὸς τὸν Μηνόδωρον διέπλευσε, σίτου κομιδῆς οὕνεκα· καὶ Μικυλίων, ὁ πιστότατος τῷ Μηνοδώρῳ, πρὸς Καίσαρα, περὶ αὐτομολίας τοῦ Μηνοδώρου· ὑπισχνεῖτο δὲ ἐγχειριεῖν Σαρδὼ καὶ Κύρνον, καὶ τρία τέλη στρατοῦ, καὶ φίλων πλῆθος ἕτερον. Καὶ τόδε, ὃν ἔργον εἴτε Φιλαδέλφου, εἴτε τῶν ἐς Μηνόδωρον παρὰ Πομπηΐου διαβολῶν, ὁ Καῖσαρ οὐκ εὐθὺς μὲν, ἐδέξατο δ' ὅμως, ἡγούμενος ἔργῳ τὴν εἰρήνην λελύσθαι. Καὶ Ἀντώνιον ἐξ Ἀθηνῶν ἐς τὸ Βρεντέσιον ἐς ἡμέραν ῥητὴν παρεκάλει, συμβουλευσόμενος αὐτῷ περὶ τοῦδε τοῦ πολέμου· ναῦς τε μακρὰς ἐκ Ῥαβέννης, καὶ στρατὸν ἐκ τῆς Κελτικῆς, καὶ παρασκευὴν ἄλλην, ἐς τὸ Βρεντέσιον καὶ ἐς Δικαιάρχειαν ὀξέως περιέπεμπεν, ὡς ἑκατέρωθεν ἐπιπλευσόμενος τῇ Σικελίᾳ, ἢν Ἀντωνίῳ συνδοκῇ.

LXXIX. Ὁ δὲ ἦλθε μὲν ἐς τὴν τεταγμένην ἡμέραν σὺν ὀλίγοις· Καίσαρα δὲ οὐχ εὑρὼν, οὐ περιέμεινεν, εἴτε τὴν γνώμην τοῦ πολέμου μεμψάμενος ὡς παράσπονδον, εἴτε τὴν Καίσαρος παρασκευὴν ἰδὼν πολλὴν οὖσαν (οὐ γάρ ποτε αὐτοὺς ἀνέπαυε φόβων ἡ τῆς μοναρχίας ἐπιθυμία), εἴτε τι σημεῖον δειδισάμενος. Τῶν γὰρ περικοιμωμένων αὐτοῦ τῇ σκηνῇ πρὸς θηρίων εὑρέθη τις δεδαπανημένος, ἄνευ τοῦ προσώπου μόνου, καθάπερ ἐς ἐπίδειξιν παραλελειμμένου, οὔτε τι βοήσας, οὔτε τινὸς τῶν συναναπαυομένων ᾐσθημένου· καὶ λύκον ἔλεγον οἱ Βρεντέσιοι πρὸ ἕω φανῆναι τῶν σκηνωμάτων ἐκθέοντα. Ἔγραφέ γε μὴν τῷ Καίσαρι, μὴ λύειν τὰ συγκείμενα, καὶ ἠπείλει Μηνόδωρον ἀπάξειν, ὡς ἑαυτοῦ δραπέτην· γεγένητο γὰρ Πομπηΐου Μάγνου· τὴν δὲ τοῦ Μάγνου περιουσίαν ὁ Ἀντώνιος ἐώνητο, νόμῳ πιπρασκομένην ὡς πολεμίου.

LXXX. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἔπεμπεν ἐς Σαρδόνα καὶ Κύρνον τοὺς παραληψομένους ἃ Μηνόδωρος ἐνεχείριζεν· ἐκρατύνετο δὲ τὰ παράλια τῆς Ἰταλίας φρουρίοις πολλοῖς, μὴ αὖθις αὐτὰ ὁ Πομπήϊος ἐπιδράμοι· τριήρεις δὲ ἑτέρας ἐν Ῥώμῃ καὶ ἐν Ῥαβέννῃ προσέτασσε γίγνεσθαι, καὶ στρατὸν πολὺν ἐκ τῆς Ἰλλυρίδος μετεπέμπετο· Μηνόδωρόν τε ἐλθόντα, ἐλεύθερον εὐθὺς ἀπέφηνεν ἐξ ἀπελευθέρου, καὶ ὧν αὐτὸς ἤγαγε νεῶν ἐπέτρεπεν ἡγεῖσθαι, ὑποστρατηγοῦντα τῷ ναυάρχῳ Καλουϊσίῳ. Ταῦτα μὲν δὴ καθιστάμενος ὁ Καῖσαρ, καὶ παρασκευὴν ἔτι πλέονα συνάγων, ἐβράδυνε· καὶ τὸν Ἀντώνιον οὐ περιμείναντα ἐμέμφετο. Τὴν δ' οὖσαν ἤδη παρασκευὴν ἐκέλευε Κορνιφίκιον ἐκ Ῥαβέννης μετάγαγεῖν ἐς Τάραντα. Κορνιφικίῳ μὲν δὴ χειμὼν περιπλέοντι ἐπιγίγνεται, καὶ μόνη τῶν νεῶν ἡ ναυαρχὶς, ἡ γενομένη Καίσαρι, διεφθάρη· καὶ ἔδοξε τοῦτ' ἐς τὰ μέλλοντα σημῆναι. Ἐπιπολαζούσης δὲ ὑπο-

rere consiliis, corruperunt aliquot ex eorum numero, sive ultro, sive in gratiam Cæsaris, ut Pompeium irritarent contra Menodorum, quasi imperantem ipsi domino. Id libenter illi fecerunt, quippe invidentes tantæ hominis potentiæ. Atque ea ratione a Menodoro Pompeius alienatus est. Per eosdemque dies Philadelphus, Cæsaris libertus, navigavit ad Menodorum frumentationis gratia; et Micylio Menodori fidissimus amicus ad Cæsarem, acturus de ejus transfugio. Offerebat autem Cæsari Menodorus Sardiniam et Corsicam, cum tribus legionibus, et magno amicorum numero. Eum favorem, sive opera Philadelphi, sive Pompeii calumniis paratum, Cæsar non statim quidem, accepit tamen, quum revera violatam pacem existimaret. Evocavitque Antonium Athenis Brundusium ad definitum diem, ut de hoc bello conferret cum eo consilia : simulque naves longas e Ravenna, et exercitum e Gallia, reliquumque apparatum, propere misit Brundisium et Puteolos; ab utroque latere simul invasurus Siciliam, si idem videretur Antonio.

LXXIX. Et venit Antonius ad statutum diem, cum paucis : sed Cæsarem, quum ibi non inveniret, non exspectavit, sive, quod non probaret bellum suscipi contra fœdus sive quod insignem videret Cæsaris apparatum (cupiditas enim sine socio imperandi utrumque nunquam vacare sollicitudine sinebat), sive quod prodigio quodam fuerit territus. Nam unus ex eis, qui ad illius tentorium excubaverant repertus est a feris absumtus, sola facie excepta, quasi in hoc relicta ut nosceretur homo : idque factum erat absque ipsius clamore, nemineque commilitonum sentiente : et Brundusini aiebant, lupum se vidisse sub diluculum procurrentem e tabernaculis. Scripsit tamen Antonius Cæsari, ne a pactis discederet : et minatus est « ad supplicium se rapturum Menodorum, ut fugitivum suum. » Nam Pompeio Magno servierat homo : bona autem Magni Antonius emerat, sub hasta jure belli vendita.

LXXX. Cæsar vero in Sardiniam Corsicamque misit qui eas insulas a Menodoro acciperent : et oras Italiæ multis castellis munivit, ne rursus incursarentur a Pompeio : jussitque alias triremes Romæ Ravennæque confici, et numerosum exercitum accivit ex Illyrico. Tum Menodorum, quamprimum ad se venit, e liberto declaravit ingenuum; classemque ei, quam adduxerat, commisit, ita ut legatus esset præfecto classis Calvisio. His rebus constituendis et ampliori apparatu faciendo quum esset remoratus, conquestus est de Antonio, quod se non exspectasset. Quæ vero jam parata habebat, ea Cornificium Ravenna Tarentum jussit transvehere. Hunc navigantem adorta tempestas, solam navim prætoriam fregit, Cæsari paratam : quæ res in omen tum versa est. Quum vero vulgo adhuc suspicarentur pleri-

νοίας ἔτι, ὡς παρασπόνδως ὁ πόλεμος ὅδε γίγνοιτο, τὴν ὑπόνοιαν ὁ Καῖσαρ ἐκλύων, ἐπέστελλε τῇ πόλει, καὶ τὸν στρατὸν αὐτὸς ἐδίδασκεν, ὅτι τὰς σπονδὰς ὁ Πομπήϊος λῃστεύων τὴν θάλασσαν ἀναλύσειε, καὶ τοῦθ' οἱ λῃσταὶ κατείποιεν αὐτοῦ, κατείποι δὲ καὶ Μηνόδωρος τὴν ὅλην γνώμην, μάθοι δὲ καὶ Ἀντώνιος, καὶ διὰ τοῦτο Πελοπόννησον οὐ δοίη.

LXXXI. Ὡς δὲ αὐτῷ τὰ ἐν χερσὶ ἕτοιμα γεγένητο, ἐπέπλει τῇ Σικελίᾳ, αὐτὸς μὲν ἐκ Τάραντος, Καλουΐσιος δὲ, Σαβῖνος καὶ Μηνόδωρος ἀπὸ Τυῤῥηνίας· περιῄει δὲ καὶ τὸ πεζὸν ἐς Ῥήγιον, καὶ μετὰ σπουδῆς ἐταχύνετο ἅπαντα. Ὁ δὲ Πομπήϊος τῆς μὲν αὐτομολίας τοῦ Μηνοδώρου, ἐπιπλέοντος ἤδη Καίσαρος, ᾔσθετο. Πρὸς δὲ τὸν ἑκατέρωθεν ἐπίπλουν, αὐτὸς μὲν ὑπέμεινεν ἐν Μεσσήνῃ τὸν Καίσαρα, Καλουϊσίῳ δὲ καὶ Μηνοδώρῳ τὸν ἔχθιστον τῷ Μηνοδώρῳ μάλιστα τῶν ἐξελευθέρων ἑαυτοῦ Μενεκράτη προσέτασσεν ἀπαντᾶν ἐπὶ στόλου πολλοῦ. Ὅδε οὖν ὁ Μενεκράτης ἐπιφαίνεται τοῖς πολεμίοις περὶ δείλην ἑσπέραν πελάγιος· καὶ οἱ μὲν ἐς τὸν κόλπον τὸν ὑπὲρ Κύμης συνέφυγον, καὶ τὴν νύκτα ἀνεπαύοντο, καὶ Μενεκράτης ἐς Αἰναρίαν παρῆλθεν. Ἠοῦς δὲ ἀρχομένης, οἱ μὲν τὸν κόλπον ἐν χρῷ παρὰ τὴν γῆν αὐτὴν μηνοειδεῖ στόλῳ παρέπλεον, ἵνα μὴ αὐτοῦ διεκπλέοιεν οἱ πολέμιοι. Ὁ δὲ Μενεκράτης αὐτοῖς αὖθις ἐπιφαίνεταί τε, καὶ εὐθὺς ἐπλησίαζεν ὑπὸ ῥύμης καὶ τάχους· δρᾶν δὲ οὐκ ἀναγομένους ἐς τὸ πέλαγος οὐδὲν μέγα ἔχων, ἐς τὴν γῆν ἐγχρίμπτων ἐξεώθει. Οἱ δὲ ἐξώκελλόν τε ὁμοῦ, καὶ τὰς ἐμβολὰς ἀπεμάχοντο. Ἦν δὲ τοῖς μὲν, ἐς τὸ πέλαγος ἀναχώρησίς τε καὶ ἐφόρμησις ὅτε βούλοιντο, καὶ σκαφῶν ἑτέρων ἀλλαγὴ, παρὰ μέρος· οἱ δὲ, ἔκαμνον ἔκ τε τῶν πετρῶν ἐφ' ἃς ἐπώκελλον, καὶ ὑπὸ τῆς ἀκινησίας τῶν νεῶν· πεζομαχεῖν γὰρ πρὸς ναυμαχοῦντας ἐῴκεσαν, οὔτε διώκειν οὔτε ἐκκλίνειν ἔχοντες.

LXXXII. Ἐν δὲ τούτῳ Μηνόδωρος καὶ Μενεκράτης καθορῶσιν ἀλλήλους, καὶ, τὸν ἄλλον πόνον ἀφέντες, αὐτίκα μετ' ὀργῆς καὶ βοῆς ἀλλήλοις ἐπέπλεον· ἐν τῷδε τὴν νίκην καὶ τὸ κεφάλαιον τοῦ πολέμου τιθέμενοι, ἐν ᾧ τίς αὐτῶν κρατήσειν ἔμελλεν. Αἱ μὲν δὴ νῆες ἀλλήλαις ὑπὸ ῥύμης ἐνέπεσον, καὶ συνέτριψαν, ἡ μὲν τὸν ἔμβολον τῆς Μηνοδώρου νεὼς, ἡ δὲ τὸν ταρσὸν τῆς Μενεκράτους. Ἐπεὶ δὲ αὐταῖς ἑκατέρωθεν χεῖρες ἐπεβλήθησαν σιδηραῖ, τῶν μὲν νεῶν οὐδὲν ἔτι τὸ ἔργον ἦν, συνεστηκυίας ἑκατέρας· οἱ δὲ ἄνδρες, ὥσπερ ἐν γῇ, πόνου καὶ ἀρετῆς οὐδὲν ἀπέλειπον. Ἀκόντιά τε γὰρ ἦν ἀθρόα, καὶ λίθοι, καὶ τοξεύματα ἐπ' ἀλλήλους, καὶ ἐπὶ τὰς ναῦς καταῤῥάκτας ἐῤῥίπτουν ἐς τὸ ἐπιέναι δι' αὐτῶν. Ὑψηλοτέρας δ' οὔσης τῆς Μηνοδώρου νεὼς, οἵ τε καταῤῥάκται τοῖς τολμῶσιν ἦσαν εὐεπιβατώτεροι, καὶ τὰ βαλλόμενα, ὡς ἀφ' ὑψηλοῦ, βιαιότερα. Τεθνεώτων δ' ἤδη πολλῶν, καὶ τῶν ὑπολοίπων κατατετρωμένων, ὁ μὲν Μηνόδωρος ὀβελῷ τὸν βραχίονα ἐτρώθη, καὶ ὁ ὀβελὸς ἐξῃρέθη· ὁ δὲ Μενεκράτης τὸν μηρὸν ἀκοντίῳ πολυγλώχινι Ἰβηρικῷ ὁλοσιδήρῳ, καὶ οὐκ ἦν ἐξε-

que, contra fœdus suscipi id bellum, Cæsar, ut eam suspicionem eximeret, populum Romanum per literas, exercitum pro concione, edocuit : « fœdus a Pompeio esse violatum, qui per piratas infestarit maria: quod et ipsorum piratarum et Menodori confessione compertum sit : nec ignorare id Antonium, ideoque Peloponnesum ei non tradidisse. »

LXXXI. Deinde, postquam satis, quæ constituerat, parata fuerunt, classe Siciliam petiit; ipse Cæsar, Tarento solvens, Calvisius, cum Sabino et Menodoro, ex Etruria : et pedestris quoque exercitus terrestri itinere petiit Rhegium, et magna jam properatione agebantur omnia. Nec prius Pompeius sensit transfugisse Menodorum, quam adnavigante Cæsare. Utrinque autem imminente classe hostium, ipse Pompeius Messanæ exspectavit Cæsarem : Calvisio Menodoroque opposuit cum magna classe Menecratem, alium e libertis suis, ipsi Menodoro infensissimum. Is ubi in conspectum hostium in alto venit sub vesperam, illi receperunt se in sinum qui supra Cumas est, ibique noctem eam quieverunt; Menecrates appulit Ænariam. Sub auroram vero Calvisiani oram sinus lunata classe legebant, proxime continentem quantum poterant, ne perrumperetur classis ab hostibus. Tum rursus in conspectum venit Menecrates, moxque summa vi concitatis navibus appropinquavit. Quoniam vero in altum non provehebantur adversarii, quum aliud nihil magnopere posset, propius accedens naves eorum in terram propulit; ut illi simul in brevia inciderent, simul ab hostium impetu sese defendere cogerentur. Hostibus autem facile erat in altum se recipere, et inde redintegrare impetum, et mutare etiam naves alias post alias : illis luctandum etiam cum scopulis erat, in quos impegerant, præterquam quod naves non poterant movere; atque ita factum est, ut contra navalem pugnam terrestri certamine viderentur contendere, in quo nec persequi nec refugere possent.

LXXXII. Inter hæc Menodorus et Menecrates mutuum in conspectum veniunt; protinusque, relicto cætero prælio, cum ira clamoreque se petunt invicem : videbaturque, uter eorum vinceret, ejus classis fore victoriam. Horum igitur naves, magno statim impetu collisæ, mulctaverunt se invicem, quassato rostro navis Menodori, et gubernaculo Menecratis. Injectis deinde utrinque ferreis manibus, naves jam cessabant, inhærentes sibi : socii vero navales, non aliter quam in terra pugnantes, nihil sibi ad summam contentionem alacritatemque fecerunt reliquum : impetebant enim se sagittis, saxis, jaculis, pontesque injiciebant per quos transcenderent. Et quoniam Menodori navis eminebat altius, pontes ejus facilius permeabantur a viris audacibus, et tela inde missa, ut e loco superiori, incidebant vehementius. Jamque multis cæsis, sauciatis reliquis, Menodorus veruto per brachium trajectus est, quod mox extractum est e vulnere : at Menecrates in femur ictus est hamato jaculo Hispanico soliferreo, quod non potuit

λεῖν αὐτὸ σὺν ἐπείξει. Ἀχρεῖος οὖν ὁ Μενεκράτης ἐς μάχην γενόμενος, ἐπέμενε καὶ ὥς, τοὺς ἄλλους ἐποτρύνων· μέχρι, λαμβανομένης τῆς νεώς, ἐς τὸν βυθὸν τοῦ πελάγους ἑαυτὸν ἔῤῥιψε, καὶ τὴν μὲν ναῦν ὁ Μηνόδωρος ἀνεδήσατο, καὶ ἐς τὴν γῆν ἀπέπλευσεν, οὐδὲν ἔτι δρᾷν οὐδ' ἐκεῖνος δυνάμενος.

LXXXIII. Καὶ τὸ λαιὸν τῆς ναυμαχίας οὕτως ἐπεπράχει. Ἐκ δὲ τοῦ δεξιοῦ, Καλουΐσιος μὲν, διαπλέων ἐς τὸ λαιὸν, ἀπετέμετό τινας τῶν Μενεκράτους νεῶν, καὶ ἐκφυγούσας εἰς τὸ πέλαγος ἐδίωκε. Δημοχάρης δ', ὁ τοῦ Μενεκράτους συνεξελεύθερός τε καὶ ὑποστράτηγος, ταῖς λοιπαῖς τοῦ Καλουϊσίου συμπεσὼν, τὰς μὲν ἐς φυγὴν ἐτρέπετο, τὰς δὲ ἐς πέτρας συνήραξε, καὶ, τῶν ἀνδρῶν ἐξαλομένων, ἐνεπίμπρα τὰ σκάφη· μέχρι Καλουΐσιος ἐκ τῆς διώξεως ἐπανιὼν, τάς τε φευγούσας τῶν ἰδίων ἐπανήγαγε, καὶ τὰς ἐμπιπραμένας ἐκώλυσε. Καὶ νυκτὸς ἐπιλαβούσης, ηὐλίσαντο πάντες ἔνθα καὶ τῆς προτέρας. Ἡ μὲν δὴ ναυμαχία ἐς τοῦτο ἐτελεύτα, καὶ προὔχεν ἐν αὐτῇ τὰ Πομπηΐου παρὰ πολύ. Δημοχάρης δὲ βαρυθυμῶν ἐπὶ τῷ θανάτῳ Μενεκράτους, ὡς ἐπὶ ἥττῃ μεγίστῃ (δύο γὰρ οἵδε ἦσαν μάλιστα τῷ Πομπηΐῳ θαλάσσης ἐργάται, Μενεκράτης τε καὶ Μηνόδωρος), ἅπαντα μεθεὶς, εὐθὺς ἐς Σικελίαν ἔπλει, καθάπερ οὐ τὸ Μενεκράτους σῶμα καὶ ναῦν μίαν, ἀλλὰ τὸν στόλον ὅλον ἀποβαλών.

LXXXIV. Ὁ δὲ Καλουΐσιος, ἕως μὲν ἐπιπλευσεῖσθαι τὸν Δημοχάρην προσεδόκα, παρέμενεν ἔνθαπερ ὥρμιστο, ναυμαχεῖν οὐ δυνάμενος· αἵ τε γὰρ κράτισται τῶν νεῶν αὐτῷ διωλώλεσαν, καὶ αἱ ἕτεραι πρὸς ναυμαχίαν εἶχον ἀχρείως. Ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν οἰχόμενον ἐς Σικελίαν, ἐπεσκεύαζε τὰς ναῦς, καὶ παρέπλει τὴν γῆν, τοὺς κόλπους ἐξελίσσων. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐκ μὲν Τάραντος ἐς τὸ Ῥήγιον διεπεπλεύκει ναυσὶ πολλαῖς καὶ στρατῷ πολλῷ, καὶ Πομπήϊον περὶ Μεσσήνην κατειλήφει, ναῦς ἔχοντα τεσσαράκοντα μόνας· ὥστε αὐτῷ παρῄνουν οἱ φίλοι, ὡς ἐν καιρῷ μάλιστα, ἐπιθέσθαι τῷ Πομπηΐῳ μετὰ τοσοῦδε στόλου, ναῦς ἔχοντι ὀλίγας, μέχρι τὸ λοιπὸν ἐκείνῳ ναυτικὸν οὐ πάρεστιν. Ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο, Καλουΐσιον περιμένων, καὶ λέγων οὐκ εὔβουλον εἶναι τὸ ῥιψοκίνδυνον, ἔνθα συμμαχίαν ἄλλην προσδοκῴη. Ὡς δὲ Δημοχάρης ἐς Μεσσήνην κατέπλευσεν, ὁ μὲν Πομπήϊος αὐτόν τε Δημοχάρην καὶ Ἀπολλοφάνην, καὶ τόνδε ἀπελεύθερον ἑαυτοῦ, ναυάρχους ἀπέφηνεν ἀντὶ Μηνοδώρου καὶ Μενεκράτους.

LXXXV. Ὁ δὲ Καῖσαρ περὶ τῶν συμβεβηκότων ἀμφὶ τῇ Κύμῃ πυθόμενος, ἐξέπλει τὸν πορθμὸν, ὑπαντήσων τῷ Καλουϊσίῳ. Ἀνύσαντι δ' αὐτῷ τοῦ πόρου τὸ πλέον, καὶ Στυλίδα ἤδη παραπλέοντι, καὶ ἐς τὸ Σκύλλαιον ἐπικάμπτοντι, ἐκθορὼν ἐκ τῆς Μεσσήνης ὁ Πομπήϊος, ἐξήπτετο τῶν ὑστάτων, καὶ τὰς πρόπλους ἐδίωκε, καὶ πάσαις ἐνέβαλλε, καὶ ἐς μάχην προὐκαλεῖτο. Αἱ δὲ, καίπερ ἐνοχλούμεναι, ἐς μὲν ναυμαχίαν οὐκ ἐπέστρεφον, Καίσαρος οὐκ ἐῶντος, εἴτε δείσαντος ἐν στενῷ ναυμαχεῖν, εἴτ' ἐπιμένοντος οἷς ἀπ' ἀρχῆς διε-

eximi celeriter. Itaque quum pugnare amplius non posset, tamen sic quoque durabat, exhortans alios; donec, navi sua capta, in mare se dedit præcipitem. Menodorus captivam navem, religatam a sua, pertraxit ad terram : nec amplius quidquam ipse potuit efficere.

LXXXIII. Hæc in sinistro cornu navalis pugnæ gesta sunt. E dextro Calvisius ad sinistrum navigans, aliquot Menecratis naves interclusit a cæteris, fugientesque in altum persecutus est. Interim Demochares, libertus et ipse Pompeii, tunc legatus Menecratis, reliquas Calvisianas aggressus, partim fugavit, partim in saxa compulsas fregit; et postquam exsilierant navales socii, naves ipsas cremavit. Tum Calvisius, a persecutione reversus, suas fugientes reduxit, cæterarumque incendium inhibuit. Superveniente nocte, quisque ad pridianam suam stationem rediit. Hic finis fuit navalis illius prælii, in quo multo quidem potior fuit Pompeianorum fortuna. Sed Demochares, morte Menecratis, ut clade maxima, contristatus (nam horum duorum, Menecratis ac Menodori, præcipua opera semper in rebus maritimis usus erat Pompeius), omissis omnibus rebus, recta Siciliam repetiit, haud secus ac si non Menecratis corpus et navim unam, sed integram classem, amisisset.

LXXXIV. Calvisius, quamdiu Democharem contra se denuo venturum suspicatus est, in sua statione mansit, ad redintegrandam pugnam minime idoneus : nam optima quæque ex ejus navibus perierat, cæteræ ad pugnam inutiles erant factæ. Postquam autem intellexit in Siciliam eum abiisse; reparatis navibus, oram legebat, ne sinus quidem trajiciens. Alia parte Cæsar, a Tarento Rhegium cum bene magna classe exercituque profectus, prope Messanam Pompeium assecutus est, quadraginta tantum navibus instructum. Itaque hortabantur amici, ut per tam opportunam maxime occasionem Pompeium, tam paucas naves habentem, classe instructissima aggrederetur, priusquam cæteræ illius naves advenirent. Sed parere consilio noluit Cæsar, exspectans Calvisium, negansque consultum exponere se periculo, quo tempore uberiora exspectaret auxilia. Pompeius, postquam Demochares Messanam reversus est, et ipsum Democharem et Apollophanem, qui ex libertorum suorum pariter numero erat, classi præfecit, loco Menecratis et Menodori.

LXXXV. Cæsar vero nunciato detrimento ad Cumas accepto, enavigavit fretum, occursurus Calvisio. Jamque superata majore freti parte, præter Columnam Rheginam navigabat, cursumque flectebat versus Scyllæum; quum Pompeius, e Messana subito advolans, lacessens postremas naves, persequens præcedentes, cunctas denique aggressus, provocavit ad prælium. Illæ, quamvis infestatæ, ad pugnam se non instruxerunt; non permittente Cæsare, sive quod non auderet pugnare in angustiis, sive quod maneret

γνώκει, μὴ ναυμαχεῖν δίχα τοῦ Καλουϊσίου. Γνώμῃ δὲ αὐτοῦ παρά τε τὴν γῆν ὑπεχώρουν ἅπασαι, καὶ ἐπ' ἀγκυρῶν ἐσάλευον, καὶ κατὰ πρῴραν ἀπεμάχοντο τοὺς ἐπιόντας. Δημοχάρους δ' ἐπιστήσαντος δύο ναῦς περὶ ἑκάστην, ἐθορυβοῦντο ἤδη, πρός τε τὰς πέτρας ἀρασσόμενοι καὶ πρὸς ἀλλήλους, θαλάσσης τε ἐνεπίμπλαντο· καὶ διεφθείροντο μετὰ ἀργίας καὶ αἵδε, ὥσπερ αἱ περὶ Κύμην, ὁρμοῦσαί τε καὶ ἐμβαλλόμεναι πρὸς ἐχθρῶν ἐπιπλεόντων καὶ ἀναχωρούντων.

LXXXVI. Ὁ μὲν δὴ Καῖσαρ ἐξήλατο τῆς νεὼς ἐπὶ τὰς πέτρας, καὶ τοὺς ἐκνέοντας ἐκ τῆς θαλάσσης ἀνελάμβανε, καὶ ἐς τὸ ὄρος ἄνω παρέπεμπε. Κορνιφίκιος δὲ καὶ ὅσοι ἄλλοι στρατηγοὶ ἦσαν αὐτοῦ, παρακαλέσαντες ἀλλήλους, ἄνευ προστάγματος ἀπέῤῥηξαν τὰ ἀγκύρια, καὶ ἀνήχθησαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ὡς δέον τι δρῶντας παθεῖν μᾶλλον, ἢ ἑστῶτας ἀμαχεὶ τοῖς ἐπιχειροῦσι προκεῖσθαι. Τόλμῃ τε παραβόλῳ πρῶτον ὁ Κορνιφίκιος τὴν ναυαρχίδα τοῦ Δημοχάρους κατέσεισε καὶ εἷλε· καὶ Δημοχάρης μὲν εἰς ἑτέραν ἐξήλατο. Τοιούτου δὲ ὄντος τοῦ πόνου καὶ τοῦ φθόρου, ἐπεφαίνοντο ἐκ πόντου προσπλέοντες ἤδη Καλουΐσιός τε καὶ Μηνόδωρος· καὶ αὐτοὺς οἱ μὲν τοῦ Καίσαρος οὐχ ἑώρων, οὔτε ἀπὸ γῆς οὔτε ἐκ θαλάσσης. Πελαγιώτεροι δὲ ὄντες οἱ τοῦ Πομπηΐου, κατεῖδον, καὶ ἰδόντες ἀνεχώρουν· συνεσκόταζε γὰρ ἤδη, καὶ κεκμηκότες ἀκμῆσιν οὐκ ἐθάῤῥουν συμπλέκεσθαι. Τοῦτο μὲν δὴ συγκύρημα τοῖς ὑπολοίποις ἐκ τοῦ τέως ἀχρείου χρηστὸν ἐπιγίγνεται.

LXXXVII. Νυκτὸς δὲ ἐπιλαβούσης, οἱ μὲν ἐκ τῶν νεῶν ἐκπεσόντες, ἐς τὰ ὄρη συνέφευγον, καὶ πυρὰ πολλὰ ἔκαιον, σύμβολα τοῖς ἔτι οὖσιν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ διενυκτέρευον οὕτως ἄσιτοι καὶ ἀθεράπευτοι καὶ πάντων ἐνδεεῖς. Καὶ αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ, ὁμοίως ἔχων, παρεκάλει, περιθέων, ἐς τὴν ἕω κακοπαθῆσαι. Ταλαιπωρουμένῳ δὲ αὐτῷ περὶ ταῦτα Καλουΐσιος μὲν οὐδ' ὣς ἐγιγνώσκετο προσπλέων, οὐδὲ ἀπὸ τῶν νεῶν τι χρηστὸν ἐγίγνετο, ἀσχολουμένων περὶ τὰ ναυάγια. Ὑπὸ δὲ ἑτέρου δαίμονος ἀγαθοῦ τὸ τρισκαιδέκατον τέλος ἐπλησίαζε διὰ τῶν ὀρῶν, καὶ περὶ τοῦ κακοῦ πυθόμενοι, τοὺς κρημνοὺς, τῷ πυρὶ τῆς ὁδοῦ τεκμαιρόμενοι, διέδραμον. Καὶ καταλαβόντες τὸν αὐτοκράτορα σφῶν καὶ τοὺς συμφυγόντας, ὧδε ἔχοντας καμάτου καὶ τροφῶν ἀπορίας, ἐθεράπευον, ἄλλους ἄλλοι διαλαβόντες, οἱ δὲ ταξίαρχοι τὸν αὐτοκράτορα ἐς αὐτοσχέδιον σκηνὴν ἐσαγαγόντες, οὐδενὸς τῶν οἰκετῶν αὐτῷ θεραπευτήρων παρόντων, ὡς ἐν νυκτὶ καὶ τοσῷδε ταράχῳ διεῤῥιμμένων. Περιπέμψας δ' εὐθὺς πανταχῇ τοὺς ἐξαγγελοῦντας ὅτι σώζοιτο, πυνθάνεται Καλουΐσιον σὺν ταῖς πρόπλοις καταπλέοντα· καὶ, ὡς ἐπὶ δύο χρηστοῖς καὶ ἀδοκήτοις, ἀνεπαύετο.

LXXXVIII. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ τὴν θάλασσαν ἐφορῶν, ἐθεᾶτο ναῦς ἐμπεπρησμένας τε καὶ ἡμιφλέκτους ἔτι καὶ ἡμικαύστους, ἄλλας τε λελυμένας, ἱστίων τε ὁμοῦ καὶ πηδαλίων καὶ σκευῶν ἔμπλεων τὸ πέλαγος, καὶ τῶν ἔτι σωζομένων τὰ πολλὰ πεπονηκότα. Προστησάμενος

in proposito non pugnandi absente Calvisio. Jussit autem, ut ad littus omnes se reciperent jactisque fluitarent ancoris, et a prora propugnarent, si quis invaderet. Demochare vero binis navibus invehente in singulas, perturbatæ jam Cæsarianæ in saxa impingebant, et inter se collidebantur, replebanturque mari; et peribant hæ quoque, sicut illæ in Cumano prælio, nihil audentes, sed immotæ manentes, quum continuo hostium impetu incursantium atque recursantium infestarentur.

LXXXVI. Ac Cæsar quidem in saxa e navi desiliit, et enatantes e mari excipiebat, recipientesque se in montem deducebat. Cæterum Cornificius, et quotquot alii duces aderant, cohortati se mutuo, injussu imperatoris, abruptis ancorabilus, in altum contra hostes evecti sunt; rati, satius esse pugnando vinci, quam stando impune sustinere impetus insultantium. Ac brevi quidem Cornificius mira audacia prætoriam Democharis concussam cepit; Democharesque in aliam navem exsiliit. Inter hos vero labores cladesque apparuerunt tandem adventantes per mare Calvisius et Menodorus; qui tamen a Cæsarianis non conspecti sunt, neque ab illis qui in terram exscenderant, neque ab his qui in mari adhuc erant. Sed Pompeiani, qui a terra aberant longius, eos conspexerunt, et ad eorum aspectum sese receperunt. Jam enim appetebat vespera, nec audebant fessi cum recentibus congredi. Qui casus peropportune reliquis periclitantibus accidit.

LXXXVII. Ingruente nocte, quicunque e navibus in terram evaserant, in montes confugerunt; accensisque multis ignibus signa dabant his qui in mari etiam nunc erant : sicque pernoctabant sine cibo, sine cura corporis, egeni rerum omnium. Quos Cæsar, non meliori sorte ipse usus, circumcursando hortabatur, ut usque mane durarent. Ac ne tum quidem, his cum incommodis colluctans, cognovit adventum Calvisii; nec a navibus quidquam erat præsidii, occupatis circa naufragia. Sed alio quodam prospero eventu, decima tertia legio tunc appropinquabat per montes : quæ, audita clade, per aspreta, qua ignes eundum significabant, contendens, reperit imperatorem suum et qui cum illo refugerant, fessos et victu carentes. Itaque divisis operis, alii alios curandos susceperunt : ipsumque imperatorem centuriones extemporaneo tabernaculo exceperunt, domesticis famulis omnibus destitutum, quos noctis caligo tantusque tumultus disperserat. Tum Cæsar, dimissis statim circumquaque qui incolumem se nunciarent, nuncium mox ipse accepit de Calvisii cum præcursoriis navibus adventu : atque sic duobus lætis eventibus ex insperato recreatus, quieti se dedit.

LXXXVIII. Prima vero luce, mare inspiciens Cæsar, vidit incensas naves et ambustas et semicrematas, rursus alias fractas, et mare velis, gubernaculis, armamentisque nauticis repletum; tum ex his, quæ supererant, navibus, male affectas plerasque. Itaque, Calvisii classe ante naves suas

οὖν τὸν Καλουϊσίου στόλον, ἐπεσκεύαζε τὰ ἐπείγοντα τῶν σκαφῶν πλαγιάσας, ἠρεμούντων καὶ τῶν πολεμίων, εἴτε διὰ Καλουΐσιον, εἴτε αὖθις ἀναγομένοις ἐπιθέσθαι διεγνωκότων. Ὧδε δὲ ἐχόντων ἑκατέρων, ἐκ μέσης ἡμέρας νότος ἐμπεσὼν ἤγειρε κῦμα βίαιον ἐν ῥοώδει καὶ στενῷ χωρίῳ. Πομπήϊος μὲν οὖν ἐν Μεσσήνῃ λιμένων ἔνδον ἦν· αἱ δὲ τοῦ Καίσαρος νῆες αὖθις περὶ τραχεῖαν ἀκτὴν καὶ δύσορμον ἀρασσόμεναι, ταῖς τε πέτραις καὶ ἀλλήλαις ἐπεφέροντο, οὐδὲ τῶν πληρωμάτων σφίσιν ὥστε διακρατεῖν ἐντελῶν ὄντων.

LXXXIX. Μηνόδωρος μὲν οὖν, ἀρχόμενον τὸ δεινὸν ἐλπίσας πλεονάσειν, ἐς τὸ πελαγιώτερον ἀνήχθη, καὶ ἐπ' ἀγκυρῶν διεσάλευεν· ἀσθενέστερον δὲ ἔχων τὸ κῦμα διὰ τὸν βυθὸν, εἰρεσίᾳ ὅμως καὶ πρὸς τόδε ἐνίστατο καρτερᾷ, μὴ παραφέρεσθαι. Καί τινες αὐτὸν ἐμιμοῦντο ἕτεροι. Τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος, οἰόμενοι ταχέως τὸ πνεῦμα ἐνδώσειν, ὡς ἐν ἔαρι, τὰς ναῦς ἑκατέρωθεν ἀγκύραις ἔκ τε τοῦ πελάγους καὶ ἀπὸ τῆς γῆς διεκράτουν, καὶ κοντοῖς ἐξεώθουν ἀπ' ἀλλήλων. Τραχυτέρου δὲ τοῦ πνεύματος γενομένου, συνεκέχυτο πάντα, καὶ συνετρίβοντο αἱ νῆες, τὰς ἀγκύρας ἀποῤῥηγνύουσαι, καὶ ἐς τὴν γῆν ἐπ' ἀλλήλαις τινασσόμεναι. Βοή τε ἦν παμμιγὴς, δεδιότων ὁμοῦ καὶ οἰμωζόντων, καὶ παρακελευόντων ἀλλήλοις ἐς ἀνήκοον· οὐ γὰρ ἐφικνοῦντο ἔτι τῶν λεγομένων, οὐδὲ κυβερνήτης ἰδιώτου διέφερεν οὔτε κατ' ἐπιστήμην, οὔτε προστάσσων. Ἀλλ' ὁ φθόρος ἦν ὅμοιος, ἔν τε ταῖς ναυσὶν αὐταῖς, καὶ ὅτε τις αὐτῶν ἐκπέσοι, κύματι καὶ κλύδωνι καὶ ξύλοις ἀρασσομένων. Ἔγεμε γὰρ ἡ θάλασσα ἱστίων, καὶ ξύλων, καὶ ἀνδρῶν, καὶ νεκρῶν. Εἰ δέ τις καὶ τάδε διαφυγὼν ἐκνήχοιτο ἐπὶ τὴν γῆν, συνηράσσοντο καὶ οἵδε ἐπὶ τὰς πέτρας ὑπὸ τοῦ κύματος. Ὡς δὲ καὶ τὸ σπάσμα τὴν θάλασσαν ἐλάμβανεν, ὃ συνήθως ἐπιγίγνεται τῷδε τῷ πορθμῷ, τοὺς μὲν ἀήθεις καὶ τόδε ἐξέπλησσε, τὰ δὲ σκάφη τότε μάλιστα περιφερόμενα συνέπιπτεν ἀλλήλοις. Καὶ τὸ πνεῦμα ἐς νύκτα χαλεπώτερον ἐγίγνετο, ὥστε μηδὲ κατὰ φῶς ἔτι, ἀλλ' ἐν σκότῳ διόλλυσθαι.

XC. Οἰμωγαί τε ἀνὰ τὴν νύκτα πᾶσαν ἦσαν, καὶ τῶν οἰκείων μετακλήσεις, ἀνά τε τὴν γῆν διαθεόντων καὶ τοὺς ἐν τῇ θαλάσσῃ καλούντων ἐξ ὀνόματος, καὶ θρηνούντων ὅτε μὴ ἐπακούσειαν, ὡς ἀπολωλότας· ἔμπαλίν τε ἑτέρων ἀνὰ τὸ πέλαγος ὑπερκυπτόντων τὸ κῦμα, καὶ ἐς βοήθειαν τοὺς ἐν τῇ γῇ παρακαλούντων. Ἀμήχανα δὲ πάντα ἦν ἑκατέροις· καὶ οὐχ ἡ θάλασσα μόνη τοῖς ἐς αὐτὴν ἐσελθοῦσι καὶ ὅσοι τῶν νεῶν ἐπεβεβήκεσαν ἔτι, ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ τοῦ κλύδωνος οὐχ ἧσσον ἦν ἀπορωτέρα, μὴ σφᾶς τὸ κῦμα συναράξειεν ἐπὶ τὰς πέτρας. Ἐμόχθουν τε χειμῶνι τῶν πώποτε μάλιστα καινοτρόπῳ, γῆς ὄντες ἀγχοτάτω καὶ τὴν γῆν δεδιότες, καὶ οὔτε ἐκφυγεῖν αὐτὴν ἔχοντες ἐς τὸ πέλαγος, οὔτε ὅσον ἀλλήλων διαστῆναι. Ἡ γὰρ στενότης ἡ τοῦ χωρίου, καὶ τὸ φύσει δυσέξοδον αὐτοῦ, καὶ κλύδων ἐπιπεσὼν, καὶ τὸ πνεῦμα ὑπὸ τῶν περικειμένων ὀρῶν ἐς θυέλλας περικλώμενον, καὶ ὁ τοῦ βυθοῦ σπασμὸς ἐπὶ

præsidii causa collocata, reparabat ea quæ præsens remedium maxime requirebant, obliquo cursu interim juxta oram navigans. Et otium tunc erat ab hostibus, sive quod eos tum demum rursus, quum in altum forent provecti, aggredi constituissent. In hoc rerum statu auster exortus meridie vehementes fluctus movit in freto angusto et suapte natura rapido. Ac tum Pompeius quidem in Messanensi portu erat : Cæsarianæ vero naves rursus circa littus asperum et importuosum quatiebantur, et cum in saxa tum in se invicem illidebantur; carentes etiam supplemento nautico, eoque gubernatu difficiliores.

LXXXIX. Menodorus igitur, simul atque incepit malum, veritus ne in horas cresceret, longius recessit a littore, jactisque in salo ancoris fluitavit : et quum in profundo leniores essent fluctus, etiam contra hos remorum vi contendebat, ne transversus ad terras ageretur. Idque ejus exemplum nonnulli quoque ex aliis imitabantur. Sed reliqua multitudo, rati ventum cito remissurum, ut solet verno tempore, utrinque naves infrenaverunt ancoris, tam ab alto, quam a littore; contisque protrudebant, ne inter se colliderentur. Sed vento sæviente amplius, conturbata sunt omnia : abruptisque ancoris naves collidebantur, et in terram aliæ super alias excutiebantur. Itaque clamores varii miscebantur, paventium, ejulantium, frustra surdos cohortantium; nemo enim exaudiri præ tanto strepitu poterat : nec inter gubernatorem et vulgarem nautam quidquam intererat; non artes, non mandata proderant : sed par erat omnium clades, quum alii in ipsis navibus perirent, alii, qui navibus exciderant, inter fluctus undasque et fragmina navium eliderentur. Fluitabant enim toto mari naufragia navium ac virorum, partim virorum, partim exstinctorum : et quod si ex illis aliquis ad terram enatasset, ibi quoque ad saxa allidebatur a fluctibus. Ut vero æstus etiam accessit, familiaris huic freto, insuetos novus terror occupavit, et navigia tum maxime hac illac raptata inter sese arietabant. Denique sub noctem increbrescebat etiam ventus; ut jam ne in luce quidem amplius, sed in tenebris perirent.

XC. Itaque per totam noctem ejulatus audiebantur clamoresque cum eorum, qui, in littore discurrentes, suos in mari luctantes invocabant nominibus, eosdemque, si non audirent, ut defunctos complorabant; tum rursus aliorum, extra fluctus caput attollentium, et opem eorum, qui in terra essent, flagitantium. Verum utrique pariter nil proficere poterant : nam non mare solum intractabile erat sive intrantibus sive his qui in navibus adhuc manebant; sed in ipso etiam littore non minus, quam mediis in undis, periculum erat, ne quis a fluctibus correptus saxis illideretur. Adeoque inaudito tempestatis genere vexabantur, ut terræ proximi terram tamen timerent, neque vero in altum ab ea refugere ne tantillum quidem, quantum ad vitandam collisionem sufficeret, valerent. Namque loci angustia, alioquin etiam difficilis permeantibus, exortaque tempestas, et ventus a circumsitis montibus in turbines refractus, simulque vorticosus profundi maris æstus, nec

πάντα εἰλούμενος, οὔτε μένειν, οὔτε φεύγειν ἐπέτρεπε. Τό τε σκότος ἠνώχλει νυκτὸς μάλιστα μελαίνης. Ὅθεν ἔθνησκον, οὐδὲ καθορῶντες ἀλλήλους ἔτι, οἱ μὲν θορυβούμενοι καὶ βοῶντες, οἱ δ' ἐφ' ἡσυχίας παριέμενοι, καὶ τὸ δεινὸν ἐκδεχόμενοι, καὶ συνεργοῦντες ἐς αὐτὸ ἔνιοι, ὡς ἀπολούμενοι πάντως. Γενόμενον γὰρ τὸ κακὸν κρεῖσσον ἐπινοίας, καὶ τὴν ἐκ τῶν παραλόγων αὐτοὺς ἐλπίδα ἀφῃρεῖτο· μέχρι ποτὲ ἄφνω τὸ πνεῦμα, προσιούσης ἡμέρας, διελύετο, καὶ μεθ' ἡλίου ἐπιτολὴν πάμπαν ἐμαραίνετο. Καὶ τὸ κῦμα ὅμως καὶ τότε, τοῦ πνεύματος ἐκλυθέντος, ἐπὶ πολὺ ἐτραχύνετο· καὶ τὸ δεινὸν οὐδ' ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ποτὲ τηλικοῦτον ἐμνημονεύετο γενέσθαι. Γενόμενον δὲ ἔθους τε καὶ νόμου κρεῖσσον, διέφθειρε τῶν Καίσαρος νεῶν καὶ ἀνδρῶν τὸ πλέον.

XCI. Ὁ δὲ, καὶ τῆς προτεραίας ἡμέρας πολλὰ τῷ πολέμῳ βλαβεὶς, καὶ δύο τοῖσδε συμπτώμασιν ὁμοῦ συνενεχθεὶς, ἐπὶ τὸ Ἱππώνειον εὐθὺς ἤει διὰ τῶν ὀρῶν νυκτὸς αὐτῆς ἐκείνης κατὰ σπουδὴν, οὐχ ὑφιστάμενος τὴν συμφορὰν, ἐν ᾧ μηδὲν εἶχεν ἐπικουρεῖν. Καὶ φίλοις καὶ στρατηγοῖς ἐπέστελλε πᾶσι, διὰ χειρὸς εἶναι, μή τις αὐτῷ καὶ ἑτέρωθεν, ὡς ἐν κακοπραγίᾳ, γένοιτο ἐπιβουλή. Περιέπεμπε δὲ καὶ ἐς τὴν ἀκτὴν ἅπασαν τῆς Ἰταλίας τὰ παρόντα πεζὰ, μὴ ἐπιτολμήσειε καὶ τῇ γῇ διὰ τὴν εὐτυχίαν ὁ Πομπήϊος. Ὁ δὲ οὔτε περὶ τῆς γῆς ἐνενόησεν, οὔτε τοῖς λειψάνοις τοῦ ναυαγίου παροῦσιν, ἢ ἀπιοῦσι καταστάντος τοῦ κλύδωνος, ἐπεχείρησεν. Ἀλλ' ὑπερεῖδεν ἐκ τῶν δυνατῶν διαζωννυμένους τὰ σκάφη, καὶ ἀνέμῳ διαπλέοντας ἐς τὸ Ἱππώνειον· εἴτε τὴν συμφορὰν ἀρκεῖν οἱ νομίζων, εἴτ' ἄπειρος ὢν νίκην ἐπεξελθεῖν, εἴθ' (ὥσπερ εἴρηταί μοι καὶ ἑτέρωθι) ἐπιχειρεῖν ὅλως μαλακὸς ὢν, καὶ μόνον ἐγνωκὼς ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιπλέοντας.

XCII. Καίσαρι δὲ οὐδ' ἐς ἥμισυ τῶν νεῶν περιεσώθη, καὶ τοῦτο σφόδρα πεπονηκός. Καταλιπὼν δ' ὅμως αὐτοῦ τινας ἐπιμελεῖσθαι, ἐπὶ Καμπανίαν ἤει δυσφορῶν· οὔτε γὰρ ἄλλας ναῦς εἶχε, δεόμενος πολλῶν, οὔτε χρόνον ἐς ναυπηγίαν, ἐπειγόμενος ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, καὶ τοῦ δήμου περὶ συμβάσεων αὖθις ἐνοχλήσαντος, καὶ τὸν πόλεμον ἐπιτωθάσαντος ὡς παράσπονδον. Χρημάτων τ' ἔχρῃζε, καὶ ἠπόρει, Ῥωμαίων οὔτε εἰσφερόντων, οὔτε τοὺς πόρους ἐώντων, οὓς ἐπινοήσειε. Δεινὸς δὲ ὢν ἀεὶ τὸ συμφέρον συνιδεῖν, ἔπεμπε Μαικήναν ἐς Ἀντώνιον, μεταδιδάξοντα περὶ ὧν ἔναγχος ἐπεμέμφοντο ἀλλήλοις, καὶ ἐς συμμαχίαν ὑπαξόμενον. Εἰ δὲ μὴ πείσειεν, ἐπενόει, τοὺς ὁπλίτας ὁλκάσιν ἐπιβήσας ἐς Σικελίαν περαιοῦν, καὶ, τὴν θάλασσαν μεθεὶς, κατὰ γῆν τὸν πόλεμον συνίστασθαι. Οὕτω δ' ἀθύμως ἔχοντι αὐτῷ, ἀγγέλλεται ὁ Ἀντώνιος συνθέμενος συμμαχήσειν, καὶ νίκη κατὰ Κελτῶν τῶν Ἀκυϊτανῶν ἐπιφανὴς, ἣν Ἀγρίππας ἄγων ἐφάνη. Οἵ τε φίλοι, καὶ τῶν πόλεών τινες, αὐτῷ ναῦς ὑπισχνοῦντο καὶ ἐποίουν. Ὁ μὲν δὴ καὶ τῆς λύπης ἀνίη, καὶ λαμπροτέραν τῆς προτέρας παρασκευῆς συνεπήγνυτο.

manere sinebat nec fugere. Eaque omnia gravabantur tenebris noctis obscurissimæ. Quapropter moriebantur homines, ne conspicui quidem invicem; alii tumultuantes clamantesque, alii silentio remissi et necem exspectantes, quidam etiam accelerantes sibi perniciem, cujus effugium nullum omnino cernebant. Nam magnitudo mali, cogitationem superans, omnem etiam fortuitæ salutis spem adimebat: donec tandem, appetente jam luce, repente ventus remisit, et sole reverso plane elanguit. Attamen, quiescente licet vento, diu etiam tum sævierunt fluctus : ac tantam undarum sævitiam ne indigenæ quidem unquam fuisse meminerant. Ea igitur tempestas, modum omnem moremque transgressa, majorem partem navium virorumque Cæsaris absumsit.

XCI. Cæsar, quum superioris diei prælio magnam jam cladem esset passus, accedente continuo altera hac calamitate, impatiens infortunii, cui opem ferre nullam poterat, eadem illa nocte per montes Vibonem properavit. Inde missis ad omnes amicos ducesque suos epistolis, hortatus eos est, ut in promtu essent, ne, ut in rebus adversis, aliunde etiam novæ contra ipsum exorirentur insidiæ. Pedestres autem copias, quas circa se habuit, dimisit per Italiæ littora; ne Pompeius, hoc successu elatus, continentem auderet invadere. Sed ille nec de Italia quidquam cogitavit, nec reliquias naufragii, vel præsentes, vel abeuntes sedata tempestate, aggressus est. Itaque Cæsariani, succinctis utcunque poterant navibus, secundo vento Vibonem delati sunt, nil impediente Pompeio; sive quod satis afflictos putaret, sive nesciret uti victoria; sive, ut alias dixi, omnino ad aliena invadenda segnis, contentus esset sua defendere.

XCII. Cæsaris autem navium ne dimidium quidem superfuit, et id ipsum vehementer quassatum. Relictis tamen nonnullis curæ navium præfectis, ipse in Campaniam abiit, ægre animo affectus. Nam neque naves alias habebat, quum multis opus esset, neque tempus ad fabricam suppetebat, urgente fame, et populo rursus importunis vocibus pacem flagitante, bellumque hoc ut contra fœdera susceptum vituperante. Pecuniis quoque opus erat, quarum in magna Cæsar fuit inopia; populo Romano neque conferente quidquam, neque sinente uti illis artibus, quas ad exigendam pecuniam ille excogitaverat. Tum Cæsar, ingeniosus semper ad perspicienda quæ rei suæ conducerent, Mæcenatem misit ad Antonium, qui melius edoctum de recens exortis inter ipsos controversiis, ad belli ejus societatem pertraheret. Id si minus successisset, cogitaverat legiones onerariis in Siciliam trajicere, omissoque mari, in terra bellum gerere. His curis anxio nuncius perfertur, Antonium societatem non recusare, simulque victoria nunciatur de Aquitanis egregia, Agrippæ auspiciis parta. Amici etiam nonnullæque civitates ei naves pollicebantur, et fabricabant. Sic Cæsar omissa mœstitia, magnificentiores jam classis apparatus, quam quæ prius illi fuerat, faciebat.

XCIII. Ἀρχομένου δ' ἦρος, ὁ μὲν Ἀντώνιος ἐξ Ἀθηνῶν ἐς Τάραντα διέπλει ναυσὶ τριακοσίαις, τῷ Καίσαρι συμμαχήσων, ὡς ὑπέσχητο. Ὁ δ' ἐνήλλακτο τὴν γνώμην, καὶ ἐς τὰς ἔτι γινομένας αὐτῷ ναῦς ἀνεβάλλετο. Καλούμενος δὲ αὖθις, ὡς ἐπὶ ἕτοιμα καὶ ἀρκοῦντα τὰ Ἀντωνίου, ἑτέρας ἀσχολίας προὔφερε· καὶ δῆλος ἦν ἢ αὖθις ἐπιμεμφόμενός τι τῷ Ἀντωνίῳ, ἢ τῆς συμμαχίας διὰ τὴν εὐπορίαν τὴν οἰκείαν ὑπερορῶν. Χαλεπαίνων δ' ὁ Ἀντώνιος, ἐπέμενεν ὅμως, καὶ αὖθις αὐτὸν ἐκάλει. Τῇ τε γὰρ χορηγίᾳ τοῦ ναυτικοῦ κάμνων, καὶ στρατοῦ χρῄζων ἐπὶ Παρθυαίους Ἰταλοῦ, Καίσαρι τὰς ναῦς ἐπενόει διαλλάξαι· εἰρημένον μὲν ἐν ταῖς συνθήκαις, ἑκάτερον ξενολογεῖν ἐκ τῆς Ἰταλίας, δυσχερὲς δ' ἐσόμενον αὐτῷ, Καίσαρος τὴν Ἰταλίαν εἰληχότος. Ὀκταουΐα οὖν ἐχώρει πρὸς Καίσαρα, διαιτήσουσα αὐτοῖς. Καὶ ὁ μὲν, ἐγκαταλελεῖφθαι τοῖς κινδύνοις ἔλεγε τοῖς ἐν πορθμῷ καταλαβοῦσιν. Ἡ δὲ, ἐκλελύσθαι τοῦτο διὰ Μαικήνα. Ὁ δὲ, τὸν Ἀντώνιον ἔφη καὶ Καλλίαν ἀπελεύθερον ἐς Λέπιδον ἐκπέμψαι, συντιθέμενον τῷ Λεπίδῳ κατὰ Καίσαρος. Ἡ δὲ, συνειδέναι Καλλίαν περὶ γάμων ἀπεσταλμένον· βουληθῆναι γὰρ Ἀντώνιον πρὸ τῶν Παρθυϊκῶν ἐκδεδόσθαι τὴν θυγατέρα τῷ παιδὶ Λεπίδου, καθάπερ ὡμολόγητο. Καὶ τάδε μὲν ἡ Ὀκταουΐα· Ἀντώνιος δὲ καὶ τὸν Καλλίαν ἔπεμπεν, ἐς βάσανον τῷ Καίσαρι διδούς· ὁ δὲ οὐκ ἐδέξατο μὲν, ἀφίξεσθαι δὲ ἔφη, καὶ συμμίξειν Ἀντωνίῳ μεταξὺ Μεταποντίου καὶ Τάραντος, μέσον ἔχων ποταμὸν τὸν ἐπώνυμον.

XCIV. Κατὰ δαίμονα δ' ἀμφοτέρων προσιόντων τῷ ῥεύματι, Ἀντώνιος ἐκ τῆς ἀπήνης καταθορὼν, ἔς τι τῶν παρορμούντων σκαφῶν ἐσήλατο μόνος, καὶ ἐπέρα πρὸς τὸν Καίσαρα, πιστεύων ὡς φίλῳ. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἰδὼν, ἀντεμιμεῖτο, καὶ ξυμβάλλουσιν ἀλλήλοις κατὰ τὸ ῥεῦμα, καὶ διήριζον, ἑκάτερος ἐκβῆναι βουλόμενος ἐς τὴν ὄχθην τοῦ ἑτέρου. Ἐνίκα δὲ ὁ Καῖσαρ, ὡς καὶ πρὸς τὴν Ὀκταουΐαν ἥξων ἐς Τάραντα· ἐπί τε τῆς ἀπήνης Ἀντωνίου συνήδρευεν αὐτῷ, καὶ ἐν Τάραντι ἐς τὴν καταγωγὴν αὐτοῦ παρῆλθέ τε ἀφύλακτος, καὶ τὴν νύκτα ὁμοίως ἀνεπαύετο χωρὶς δορυφόρων παρ' αὐτῷ. Τὰ δ' ὅμοια καὶ παρ' Ἀντωνίου τῆς ἐπιούσης ἐπεδείκνυτο. Οὕτως αὐτοῖς ἦν συνεχὴς ἡ μεταβολὴ, πρός τε τὰς ὑπονοίας, διὰ φιλαρχίαν, καὶ ἐς τὰς πίστεις, ὑπὸ χρείας.

XCV. Τὸν μὲν οὖν ἐπίπλουν τὸν ἐπὶ Πομπήϊον ὁ Καῖσαρ ἐς νέωτα ἀνεβάλλετο· ὁ δ' Ἀντώνιος ἐπιμένειν διὰ Παρθυαίους οὐ δυνάμενος, ἀντέδοσαν ὅμως ἀλλήλοις, Καίσαρι μὲν ὁ Ἀντώνιος ναῦς ἑκατὸν εἴκοσιν, ἃς αὐτίκα πέμψας ἐς Τάραντα παρέδωκεν, Ἀντωνίῳ δὲ ὁ Καῖσαρ δισμυρίους Ἰταλοὺς ὁπλίτας, οὓς ἐπιπέμψειν ὑπισχνεῖτο. Ἐδωρήσατο δὲ καὶ Ὀκταουΐα τὸν ἀδελφὸν, αἰτήσασα παρ' Ἀντωνίου, δέκα φασήλοις τριηρετικοῖς, ἐπιμίκτοις ἔκ τε φορτίδων νεῶν καὶ μακρῶν· καὶ τὴν Ὀκταουΐαν ὁ Καῖσαρ, χιλίοις λογάσι σωματοφύλαξιν, οὓς ἐπιλέξαιτο Ἀντώνιος. Ἐπεὶ δὲ ὁ

XCIII. Ineunte autem vere Antonius ex Athenis Tarentum cum trecentis navibus appulit, Cæsari auxilium laturus, ut promiserat. Sed Cæsar jam mutaverat consilium, exspectandumque aiebat, dum nova classis esset perfecta. Rursusque invitatus, ut Antonii apparatu, suffecturo ad id bellum, uteretur, excusabat se, distineri aliis negotiis : ut satis appareret, aut rursus aliquid querelarum eum habere contra Antonium, aut ejus auxilia contemnere contentum propriis facultatibus. Id indigne ferens Antonius, tamen eodem loco mansit, denuoque illum vocavit. Nam, quum gravatim sumtus in classem faceret, et ad Parthicum bellum opus haberet Italicis legionibus, commutare classem cum parte legionum Cæsaris cogitabat. Quanquam enim ex fœdere utrique potestas erat delectus habendi per Italiam, difficile hoc Antonio erat futurum, quia Italiam Cæsar sorte tenebat. Quamobrem Octavia profecta est ad Cæsarem, arbitra inter fratrem maritumque futura. Cui Cæsar dixit, desertum se ab Antonio in illis periculis fuisse, quæ in freto Siculo subiisset. Retulit illa, crimen hoc jam in colloquio cum Mæcenate fuisse dilutum. Rursus conquestus est Cæsar, Calliam libertum ab Antonio ad Lepidum esse missum, ut fœdus contra Cæsarem inirent. Cui Octavia respondit, scire se, Calliam missum ut de connubiis ageret : voluisse enim Antonium, antequam contra Parthos expeditionem susciperet, elocare filiam filio Lepidi, quemadmodum promisisset. Hæc asseverante Octavia, Calliam quoque Cæsari misit Antonius, ut tormentis veritatem exprimeret : quem ille non accepit, dicens, in colloquium se venturum cum Antonio inter Metapontium et Tarentum, quo loco fluvius ejusdem nominis medius interfluit.

XCIV. Ad eum fluvium quum eodem forte tempore uterque advenisset, Antonius e carpento desiliens, in lintrem ibi stantem solus insiliit : trajiciebatque ad Cæsarem, credens ut amico. Id Cæsar ubi vidit, imitatus est. Itaque in ipso flumine sibi obvii, contendunt inter se, et uterque in ripam alterius vult exscendere. Vicit Cæsar, quippe Octaviam quoque conventurus Tarenti : conseditque in eodem carpento cum Antonio, et Tarenti in ejus diversorium concessit absque satellitio, et sic pernoctavit apud eum, nullos corporis custodes secum habens. Eadem omnia sequenti die fecit Antonius. Ita continenter levi momento mutabantur, vel ad suspiciones, propter imperandi cupiditatem, vel ad mutuam fiduciam, quoties usus postularet.

XCV. Cæterum expeditionem contra Pompeium Cæsar in annum sequentem distulit : Antonius vero, quum diutius morari propter Parthos non posset, permutationem tamen cum Cæsare instituit. Cæsari Antonius cxx naves continuo Tarentum missas tradidit : pro quibus Cæsar illi viginti legionariorum millia pollicitus est missurum se ex Italia. Octavia quoque fratrem donavit impetratis ab Antonio decem phaselis triremibus : quod navis genus medium est inter longas et onerarias. Cæsar vicissim Octaviam mille selectis donavit satellitibus, Antonio delectu eorum

χρόνος αὐτοῖς ἔληγε τῆς ἀρχῆς, ἣ τοῖς τρισὶν ἐψήφιστο ἀνδράσιν, ἑτέραν ἑαυτοῖς ὥριζον πενταετίαν, οὐδὲν ἔτι τοῦ δήμου δεηθέντες. Οὕτω μὲν οὖν διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ὁ Ἀντώνιος εὐθὺς ἐς τὴν Συρίαν ἠπείγετο, τὴν Ὀκταουΐαν παρὰ τῷ ἀδελφῷ καταλιπὼν μετὰ θυγατρὸς ἤδη γενομένης αὐτοῖς.

XCVI. Μηνόδωρος δὲ, εἴτε τις ὢν φύσει παλιμπροδότης, εἴτε δείσας τήν ποτε ἀπειλὴν Ἀντωνίου, ἀπάξειν αὐτὸν εἰπόντος ὡς ἀνδράποδον πολεμοποιὸν, εἴτε ἐλασσόνων ἀξιοῦσθαι νομίζων παρ' ἃ προσεδόκησεν, εἴτε τῶν ἄλλων αὐτὸν ἐξελευθέρων τοῦ Πομπηΐου συνεχῶς ὀνειδιζόντων ἐς ἀπιστίαν δεσπότου, καὶ παρακαλούντων ἐπανελθεῖν· Μενεκράτους ἀποθανόντος, πίστιν αἰτήσας καὶ λαβὼν, ηὐτομόλησε πρὸς Πομπήϊον σὺν ἑπτὰ ναυσὶ Καλουΐσιον τὸν ναύαρχον τοῦ Καίσαρος διαλαθών. Ἐφ' ᾧ τὸν Καλουΐσιον ὁ Καῖσαρ ἀπέλυσε τῆς ναυαρχίας, καὶ ἀντικατέστησεν Ἀγρίππαν. Ἐπεὶ δ' ἕτοιμος ἦν ὁ στόλος, ἐκάθαιρεν αὐτὸν ὁ Καῖσαρ ὧδε· οἱ μὲν βωμοὶ ψαύουσι τῆς θαλάσσης, καὶ ἡ πληθὺς αὐτοὺς περιέστηκε κατὰ ναῦν, μετὰ σιωπῆς βαθυτάτης· οἱ δὲ ἱερουργοὶ θύουσι μὲν ἑστῶτες ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ τρὶς ἐπὶ σκαφῶν περιφέρουσιν ἀνὰ τὸν στόλον τὰ καθάρσια, συμπεριπλεόντων αὐτοῖς τῶν στρατηγῶν, καὶ ἐπαρωμένων, ἐς τάδε τὰ καθάρσια, ἀντὶ τοῦ στόλου, τὰ ἀπαίσια τραπῆναι· νείμαντες δὲ αὐτὰ, μέρος ἐς τὴν θάλασσαν ἀποῤῥίπτουσι, καὶ μέρος ἐς τοὺς βωμοὺς ἐπιθέντες ἅπτουσι, καὶ ὁ λεὼς ἐπευφημεῖ. Οὕτω μὲν Ῥωμαῖοι τὰ ναυτικὰ καθαίρουσιν.

XCVII. Ἔμελλε δ' ὁ μὲν Καῖσαρ ἐκ Δικαιαρχείας, ὁ δὲ Λέπιδος ἐκ Λιβύης, Ταῦρος δ' ἐκ Τάραντος ἐπιπλευσεῖσθαι τῇ Σικελίᾳ, ὡς ἂν αὐτὸν ἐξ ἠοῦς ὁμοῦ καὶ δύσεως καὶ μεσημβρίας περιλάβοιεν. Καὶ τῆς ἀναγωγῆς τοῦ Καίσαρος ἡ ἡμέρα προείρητο πᾶσι, καὶ ἦν δεκάτη τροπῶν θερινῶν, ἥντινα Ῥωμαῖοι νουμηνίαν ἔχουσι τοῦ μηνὸς, ὃν ἐπὶ τιμῇ τοῦ Καίσαρος τοῦ προτέρου Ἰούλιον ἀντὶ Κυϊντιλίου καλοῦσι. Τήνδε μὲν ὁ Καῖσαρ ὥρισε τὴν ἡμέραν, αἰσιούμενος ἴσως διὰ τὸν πατέρα, νικηφόρον ἀεὶ γενόμενον. Ὁ δὲ Πομπήϊος Λεπίδῳ μὲν ἀντέταττε Πλέννιον ἐν Λιλυβαίῳ, τέλος ὁπλιτῶν ἔχοντα, καὶ ἄλλο πλῆθος ἐσκευασμένον κούφως· τὴν δὲ πρὸς ἕω καὶ δύσιν ἀκτὴν τῆς Σικελίας πᾶσαν ἐφρούρει, καὶ νήσους μάλιστα Λιπάραν τε καὶ Κοσσύραν, ἵνα μήτε Κοσσύρα Λεπίδῳ, μήτε Λιπάρα Καίσαρι, ἐνορμίσματα ἢ ναύσταθμα γένοιτο εὔκαιρα ἐπὶ τῇ Σικελίᾳ. Τὸ δ' ἄριστον τοῦ ναυτικοῦ ἐν Μεσσήνῃ συνεῖχεν, ἐφεδρεῦον ὅπῃ δεήσειεν. Οὕτω μὲν ἑκάτεροι παρασκευῆς εἶχον.

XCVIII. Γενομένης δὲ τῆς νουμηνίας, ἀνήγοντο πάντες ἅμα ἠοῖ· Λέπιδος μὲν ἐκ Λιβύης χιλίαις ὁλκάσι, καὶ μακραῖς ἑβδομήκοντα, καὶ τέλεσι στρατοῦ δυόδεκα, καὶ ἱππεῦσι Νομάσι πεντακισχιλίοις, καὶ ἑτέρᾳ παρασκευῇ πολλῇ· Ταῦρος δ' ἐκ Τάραντος, ταῖς Ἀντωνίου ναυσὶν ἑξ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα δύο μόναις καὶ ἑκατὸν, ἐπεὶ τῶν λοιπῶν οἱ ἐρέται χειμῶνος ἐτεθνήκεσαν· ὁ δὲ

permisso. Et quoniam Triumviratûs tempus, senatusconsulto præscriptum, exierat, prorogarunt sibi ipsi potestatem in aliud quinquennium, nihil morati plebis suffragia. Atque ita discesserunt : et Antonius recta properabat in Syriam, Octavia apud fratrem relicta, cum filiola quæ jam ipsis nata erat.

XCVI. Cæterum Menodorus, sive quod natura esset reciprocus proditor; sive minas Antonii veritus, qui, ad supplicium se eum, ut turbulentum mancipium, rapturum, aliquando dixerat; sive minora spe consecutus præmia; sive permotus continuis cæterorum Pompeii libertorum opprobriis, perfidiam objectantium, et ad officium revocantium ; exstincto Menecrate, fide impetrata, ad Pompeium rursus transfugit, cum septem navibus, non sentiente præfecto classis Calvisio. Quam ob causam Calvisio classis præfecturam Cæsar abstulit, et in Agrippam transtulit. Absolutam deinde classem lustravit hunc in modum : Altaria stant in extremo littore : naves plenæ classiariis ordine circumstant, cum altissimo silentio : sacrifici, stantes ad mare, mactant victimas, moxque in scaphis ter circum classem lustralia exta circumferunt, navigantibus una et ducibus, comprecantibusque, ut in ea lustramina a classe avertantur infausta omnia : divisis deinde lustralibus extis, partem in mare projiciunt, partem adolent in altaribus, fausta ominante multitudine. Hoc modo Romani classes suas lustrare solent.

XCVII. Statutum autem erat, ut Cæsar a Puteolis, Lepidus ex Africa, Taurus a Tarento, diversis classibus Siciliam invaderent; ut hostem ab oriente pariter et occidente meridieque circumvenirent : et prædictus omnibus est dies, quo soluturæ essent classes. Is dies fuit decimus post æstivum solstitium, quo Romani Calendas agunt mensis ejus qui in superioris Cæsaris honorem Julius appellatur, quum prius Quintilis vocaretur. Hunc diem Cæsar præstituit, faustum ratus fortasse propter patrem, perpetuo victorem. Pompeius vero Lepido opposuit Plennium ad Lilybæum, cum legione una et alia leviter armatorum multitudine. Orientale autem occidentaleque Siciliæ latera præsidiis muniit et insulas præsertim Liparam et Cossyram, ne vel Cossyra Lepido, vel Lipara Cæsari, portus aut stationes opportunas præberent contra Siciliam. Robur autem classis Messanæ continebat, quæ in omnes occasiones esset intenta. Hi fuerunt utriusque partis apparatus.

XCVIII. Postquam autem Calendæ venere, prima aurora omnes solverunt : Lepidus ex Africa mille onerariis, longis septuaginta, cum legionibus duodecim, et equitum Numidarum quinque millibus, multoque alio apparatu : Taurus Tarento ex Antonianis cxxx navibus duas tantum supra centum eduxit, quum reliquarum remigium anteacta hiems absumsisset. Cæsar Puteolis solvit, sacra simul faciens,

Καῖσαρ, ἐκ Δικαιαρχείας, θύων ἅμα καὶ σπένδων ἀπὸ τῆς ναυαρχίδος νεὼς ἐς τὸ πέλαγος ἀνέμοις εὐδίοις, καὶ Ἀσφαλείῳ Ποσειδῶνι, καὶ ἀκύμονι Θαλάσσῃ, συλλήπτορας αὐτῷ κατὰ ἐχθρῶν πατρῴων γενέσθαι. Πρόπλοι δ' αὐτῷ τινες τοὺς μυχοὺς τῆς θαλάσσης διηρεύνων, καὶ Ἄππιος μετὰ πλήθους νεῶν ὀπισθοφυλάκων εἵπετο. Τρίτῃ δὲ τῆς ἀναγωγῆς ἡμέρᾳ νότος ἐμπεσὼν, Λεπίδου μὲν ὁλκάδας ἀνέτρεψε πολλάς· ὡρμίσθη δὲ ὅμως ἐς Σικελίαν, καὶ Πλέννιον ἐν Λιλυβαίῳ πολιορκῶν, τινὰς τῶν πόλεων ὑπήγετο, καὶ ἑτέρας ἐβιάζετο. Ταῦρος δὲ, ἀρχομένου τοῦ πνεύματος, ἐς Τάραντα ἐπαλινδρόμει. Ἀππίου δ' ἄρτι τὸ Ἀθηναῖον ἄκρον περιπλέοντος, αἱ μὲν συνετρίβοντο τῶν νεῶν ἀμφὶ ταῖς πέτραις, αἱ δ' ἐς τέλματα ἐξώκελλον ὑπὸ ῥύμης, αἱ δὲ καὶ διερρίφησαν οὐκ ἀσινεῖς. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἀρχομένου μὲν τοῦ χειμῶνος, ἐς τὸν Ἐλεάτην κόλπον ἐρυμνὸν ὄντα συμπεφεύγει, χωρὶς ἑξήρους μιᾶς, ἣ περὶ τῇ ἄκρᾳ διελύθη. Λιβὸς δὲ τὸν νότον μεταλαβόντος, ὁ κόλπος ἐκυκᾶτο, ἐς τὴν ἑσπέραν ἀνεῳγμένος· καὶ οὔτε ἐκπλεῦσαι δυνατὸν ἦν ἔτι πρὸς ἐναντίον τοῦ κόλπου τὸ πνεῦμα, οὔτε κῶπαι κατεῖχον, οὔτε ἄγκυραι, ἀλλ' ἐς ἀλλήλας ἢ ἐς τὰς πέτρας ἐνηράσσοντο αἱ νῆες· καὶ νυκτὸς ἦν ἔτι τὸ δεινὸν ἀτοπώτερον.

XCIX. Ἐνδόντος δέ ποτε τοῦ κακοῦ, τὰ νεκρὰ ἔθαπτεν ὁ Καῖσαρ, καὶ τοὺς τραυματίας ἐθεράπευε, καὶ τοὺς ἐκνέοντας ἐνέδυε, καὶ ὥπλιζεν ἑτέροις ὅπλοις, καὶ τὸν στόλον ἅπαντα ἐκ τῶν ἐνόντων ἀνελάμβανε. Διεφθάρατο δ' αὐτῷ νῆες, βαρεῖαι μὲν ἕξ, κουφότεραι δὲ ἓξ καὶ εἴκοσι, λιβυρνίδες δὲ ἔτι πλείους. Καὶ ἐς τάδε διορθούμενα τριάκοντα ἡμέρας ἀναλώσειν ἔμελλεν, ἤδη τοῦ θέρους προκόπτοντος. Ὅθεν ἦν ἄριστον αὐτῷ τὸν πόλεμον ἐς τὸ μέλλον θέρος ἀναβαλέσθαι. Ἐνοχλουμένου δὲ τοῦ δήμου ταῖς ἀπορίαις, ἐπεσκεύαζε τὰς ναῦς ἐς τὴν γῆν ἀνέλκων μετὰ ἐπείξεως, καὶ τὰ πληρώματα τῶν διεφθαρμένων ἐς τὰς παρὰ Ταύρῳ ναῦς κενὰς ἐξέπεμπεν. Ὡς δὲ ἐπὶ συμφορᾷ μείζονι, Μαικήναν μὲν ἐς Ῥώμην ἐξέπεμπε διὰ τοὺς ἐπτοημένους ἔτι πρὸς τὴν μνήμην Πομπηΐου Μάγνου· οὐ γὰρ αὐτοὺς ἐξέλιπεν ἡ δόξα τοῦ ἀνδρὸς τούτου. Τοὺς δὲ κληρούχους αὐτὸς ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν ἐπέτρεχε, καὶ ἐκ τοῦ φόβου τῶν γεγονότων ἀνελάμβανε. Διέδραμε δὲ καὶ ἐς Τάραντα, καὶ τὸ ναυτικὸν εἶδε τὸ ὑπὸ Ταύρῳ, καὶ ἐς Ἱππώνειον ἦλθε, καὶ τὰ πεζὰ παρηγόρησε, καὶ τὴν τῶν νεῶν ἐπισκευὴν ἐπέσπερχε· καὶ πλησίον ἦν ἤδη καὶ ὁ δεύτερος ἐς Σικελίαν ἐπίπλους.

C. Ὁ δὲ Πομπήϊος οὐδ' ἐπὶ τοιᾷδε εὐκαιρίᾳ τοσοῖσδε ναυαγίοις ἐπιχειρεῖν ἠξίου· ἀλλ' ἔθυε μόνον Θαλάσσῃ καὶ Ποσειδῶνι, καὶ υἱὸς αὐτῶν ὑφίστατο καλεῖσθαι, πειθόμενος, οὐκ ἄνευ θεοῦ δὶς οὕτω θέρους πταῖσαι τοὺς πολεμίους. Φασὶ δ' αὐτὸν ὑπὸ τῶνδε χαυνούμενον, καὶ τὴν συνήθη τοῖς αὐτοκράτορσι χλαμύδα ἐκ φοινικῆς ἐς κυανῆν μεταλλάξαι, εἰσποιούμενον ἄρα τῷ Ποσειδῶνι. Ἐλπίσας δ' ἀναζεύξειν τὸν Καίσαρα, ὡς ἐπύθετο ναυπηγούμενόν τε καὶ ἐπιπλευσούμενον αὖθις

et ex prætoria navi in mare libans Ventis serenis, tutelari Neptuno, et tranquillo Mari, ut propitii sibi contra paternos inimicos faverent. Præcursoriæ nonnullæ, ab illo præmissæ, sinus maris scrutabantur : postremum navium agmen Appius cogebat cum præsidio. Tertio vero die postquam solverant, exortus Auster multas onerarias Lepidi subvertit : tenuit tamen Siciliam, et Plennium intra Lilybæum oppugnavit, oppidaque aliquot partim vi, partim deditione, in fidem recepit. Taurus, mox ubi reflare ventus cœpit, Tarentum reversus est. Appio vero circa Minervæ promontorium navigante, pars navium illisa est scopulis, pars in brevia magno impetu impegit, reliquæ non sine damno disjectæ sunt. Cæsar, oriente tempestate, in Eleatem natura tutum confugit, excepta una hexere, quæ circa promontorium fecit naufragium. Quum vero Austro successisset Africus, sinus ad occidentem apertus turbabatur fluctibus : et reflante jam vento neque exire sinu, neque aut remis aut ancoris sisti naves poterant, sed vel ad saxa vel inter se collidebantur : quod malum adventu noctis auctum est.

XCIX. Tandem sedato infortunio, Cæsar mortuos sepeliit, vulneratos curavit, enatantes vestivit aliisque armis instruxit, et universam classem pro præsentibus viribus reficere instituit. Perierant autem naves graviores sex, leviores sex et viginti, liburnicæ plures etiam. His incommodis sarciendis opus erat triginta dierum spatio; et vergebat jam æstas. Unde optimum fuerat, differre bellum in æstatem proximam. Sed quum populus laboraret inopia, subductas naves Cæsar reparavit celeriter, et socios navales recollectos ex naufragiis Tauro in supplementum vacuarum navium transmisit. Simul post hunc tanti momenti casum Mæcenatem Romam misit, propter consternatos ob nondum abolitam ex animis civium Pompeii Magni memoriam. Novos autem colonos ipse, magna festinatione Italiam obeundo, recreabat a pavore. Pari celeritate Tarentum quoque accurrit, ut Tauri classem inviseret; indeque Vibonem profectus, legiones allatus, bono esse animo jussit; et apparatum navium acceleravit, brevi Siciliam denuo invasurus.

C. Pompeius, ne hac quidem tot naufragiorum occasione usus, tantum Salo Neptunoque sacra fecit : quorum etiam filium appellari se sustinuit, persuasus, non sine deo bis ita per æstivos menses hostem adversis tempestatibus afflictum. Fertur que eum, his successibus inflatum, mutasse paludamentum quoque imperatorium, cæruleumque sumsisse pro coccineo, adoptatum a Neptuno scilicet. Quum vero Cæsarem omnino nunc quieturum sperasset, ut audivit, instaurata classe rediturum eadem æstate in Siciliam,

αὐτοῦ θέρους, ἐξεπλήσσετο μὲν, ὡς ἀμάχῳ γνώμῃ καὶ παρασκευῇ πολεμῶν· Μηνόδωρον δὲ μετὰ νεῶν ἑπτὰ, ὧν ἤγαγεν, ἔπεμπε κατασκεψόμενον τὰ νεώλκια τοῦ Καίσαρος, καὶ δράσοντα ὅ τι καὶ δύναιτο. Ὁ δὲ, καὶ τέως ἀχθόμενος οὐκ ἀποδοθείσης αὐτῷ τῆς ναυαρχίας, καὶ τότε αἰσθόμενος ὅτι σὺν ὑποψίᾳ μόνων ἠξίωτο ὧν ἤγαγε νεῶν, ἐπεβούλευεν αὖθις αὐτομολίαν.

CI. Ἐπινοῶν δὲ πρότερον, ὡς ἐς πάντα οἱ συνοῖσον, ἀνδραγαθίσασθαι, διέδωκε τοῖς συμπλέουσιν ὅσον εἶχε χρυσίον, καὶ διέπλευσεν εἰρεσίᾳ τρισὶν ἡμέραις πεντακοσίους ἐπὶ χιλίοις σταδίους, καὶ τοῖς προφύλαξι τῶν ναυπηγουμένων Καίσαρι νεῶν, οἷα σκηπτὸς ἀφανῶς ἐμπίπτων, καὶ ἐς ἀφανὲς ἀναχωρῶν, ᾕρει κατὰ δύο καὶ τρεῖς ναῦς τῶν φυλακίδων· καὶ τὰς ὁλκάδας, αἳ τὸν σῖτον ἔφερον, ὁρμούσας ἢ παραπλεούσας, κατέδυεν ἢ ἀνεδεῖτο ἢ ἐνεπίμπρη. Θορύβου δὲ πάντα μεστὰ διὰ Μηνόδωρον ἦν, Καίσαρος ἀπόντος ἔτι καὶ Ἀγρίππα· καὶ γὰρ οὗτος ἐπὶ ὕλην ἐπεπόρευτο. Γαυρούμενος δὲ ὁ Μηνόδωρος, ἐξώκειλέ ποτε τὴν ναῦν ἑκὼν ἐς ἕρμα γῆς ἁπαλὸν σὺν καταφρονήσει, καὶ ὑπεκρίνετο αὐτὴν ὑπὸ τοῦ πηλοῦ κατέχεσθαι· μέχρι, τῶν πολεμίων ἐκ τῶν ὀρῶν καταθορόντων, ὡς ἐπὶ Μηνοδώρου θήραν ἕτοιμον, ἀνακρουσάμενος ᾤχετο σὺν γέλωτι, καὶ τὸν στρατὸν τοῦ Καίσαρος ἀνία κατεῖχε σὺν θαύματι. Ὡς δὲ ἱκανῶς ἐπεδέδεικτο, οἷος ἐχθρός τε καὶ φίλος εἴη, Ῥέβιλλον μὲν ἑλὼν, ἄνδρα ἀπὸ βουλῆς, μεθῆκε, μνώμενος ἤδη τὸ μέλλον.

CII. Μινδίῳ δὲ Μαρκέλλῳ, τῶν ἑταίρων τινὶ τῶν Καίσαρος, φίλος ἐν τῇ προτέρᾳ γεγονὼς αὐτομολίᾳ, τοῖς μὲν ἀμφ' αὐτὸν ἔφη, τὸν Μίνδιον βουλεύειν αὐτομολίαν καὶ προδοσίαν, τοῖς δὲ πολεμίοις προσπελάσας, ἠξίου Μίνδιον αὐτῷ συνελθεῖν ἔς τινα νησίδα, ἐπὶ λόγοις συνοίσουσι. Καὶ συνελθόντι ἔλεγεν, οὐδενὸς ἀκούοντος ἑτέρου, φυγεῖν μὲν ἐς Πομπήϊον, ὑβριζόμενος ὑπὸ τοῦ τότε ναυάρχου Καλουϊσίου· τὴν δὲ ναυαρχίαν Ἀγρίππου μεταλαβόντος, ἐπανελεύσεσθαι πρὸς Καίσαρα οὐδὲν ἀδικοῦντα, εἰ πίστιν αὐτῷ κομίσειεν ὁ Μίνδιος παρὰ Μεσσάλα, τοῦ τὴν ἀποδημίαν Ἀγρίππα διοικοῦντος. Ἔφη δ', ἐπανελθὼν μὲν, ἰάσεσθαι λαμπροῖς τὸ ἁμάρτημα ἔργοις· μέχρι δὲ τῶν πίστεων, λυμανεῖσθαί τινα τῶν Καίσαρος ὁμοίως, ἐς τὸ ἀνύποπτον. Καὶ ὁ μὲν αὖθις ἐλυμαίνετο. Μεσσάλας δ' ἐνεδοίασε μὲν, ὡς ἐπὶ αἰσχρῷ· ἐνέδωκε δ' ὅμως, εἴτε πολέμου ταῦτ' εἶναι νομίζων ἀνάγκας, εἴτε καὶ τῆς Καίσαρος γνώμης τι προμαθὼν ἢ τεκμηράμενος. Καὶ Μηνόδωρος μὲν αὖθις ηὐτομόλει, καὶ τὸν Καίσαρα ἐλθόντα προσπίπτων, ἠξίου συγγνῶναι μὴ λέγοντι τὰς αἰτίας τῆς φυγῆς. Ὁ δὲ ἐς μὲν σωτηρίαν αὐτῷ συνεγίνωσκε διὰ τὰς σπονδὰς, καὶ ἀφανῶς ἐφυλάσσετο· τοὺς δὲ τριηράρχους αὐτοῦ μεθίει χωροῦντας ὅποι θέλοιεν.

CIII. Ἑτοίμου δὲ τοῦ στόλου γενομένου, αὖθις ὁ Καῖσαρ ἀνήγετο, καὶ ἐς Ἱππώνειον παραπλεύσας, δύο τέλη μὲν πεζῶν Μεσσάλαν ἔχοντα περᾶν ἐκέλευσεν ἐς Σικελίαν ἐπὶ τὸ Λεπίδου στρατόπεδον, καὶ σταθμεύειν

perculsus est, quod adversus inexpugnabilem et animum et apparatum sibi esset bellum gerendum; Menodorumque cum septem quas adduxerat navibus speculatum misit ad navalia Cæsaris, damnum simul illaturum quantum posset. Sed Menodorus, jam ante dolens non redditum sibi classis imperium, tum vero sentiens, propter suspicionem solas quas adduxerat naves sibi creditas, rursus transfugiendi cepit consilium.

CI. Quoniam autem in quemvis eventum utile fore cogitabat, si prius virtutis aliquod specimen edidisset; sociis navalibus quidquid auri habebat distribuit, eremigatisque intra triduum CXC passuum millibus, in præsidiarias navium quæ Cæsari fabricabantur, fulminis in morem, repentinus irruit, earumque jam duas, jam tres, protinus in occultum se rursus proripiens, opprimebat; et onerarias quoque frumentum vehentes, vel in stationibus vel incursu deprehensas, alias mergebat, alias capiebat, alias incendebat. Itaque terrore Menodori repleta erant omnia : et nec Cæsar aderat, nec Agrippa, qui in sylvas ad parandam materiam fuerat profectus. Aliquando etiam jactantius illudens hostibus Menodorus, contemtim in brevia impegit navem ubi mollius solum erat, in luto se hærere fingens; tum vero, velut ad paratam prædam e monte decurrentibus hostibus, retro acta navi cum risu abiit, mœrentibus æque ac stupentibus Cæsarianis. Postquam vero satis ostendit, quantum rebus momentum vel hostis afferre posset vel socius, Rebilum senatorem captum dimisit, ad futura parans initium.

CII. Moxque de Mindio Marcello, Cæsaris familiari, cujus amicitiam in priori transfugio sibi quæsierat, sparsit rumorem apud suos, proditionem eum moliri et transfugium. Tum ad hostes ipse appellens propius, postulavit, cum Mindio in parva quadam insula sibi permitti colloquium de rebus utrique parti profuturis. Quo impetrato colloquio, semotis arbitris, ait : « se prius ad Pompeium refugisse, coactum injuriis illatis sibi a Calvisio, classis præfecto : nunc præfectura in Agrippam translata, rediturum ad Cæsarem, non male de se meritum; modo Mindius fidem sibi afferret a Messala, Agrippæ absentis vicario. » Promisitque « se post reditum resarturum peccatum suum egregiis facinoribus : sed usque dum fidem accepisset, infestaturum etiam nunc Cæsarianos ut antea, ob cavendam suspicionem. » Digressus deinde, infestus fuit more solito. Messala vero dubitavit aliquantisper, ut de re parum honesta : tandem concessit tamen, sive has belli necessitates existimans, sive de Cæsaris mente præmonitus conjecturamve faciens. Sic Menodorus rursus transfugit, accidensque ad genua Cæsaris oravit, ut veniam sibi daret, nec fugæ causas requireret. Ille, propter datam fidem, incolumitatem ei donavit, sed occulte sibi cavit ab homine; triremium vero ejus præfectos, quocumque vellent abire permisit.

CIII. Parata deinde classe, Cæsar solvit iterum : appulsusque Vibonem, Messalam duas legiones transjicere in Siciliam jussit, quæ cum Lepidi exercitu conjunctæ, transirent

ἐς τὸν κόλπον διελθόντα τὸν εὐθὺ Ταυρομενίου· τρία δ' ἔπεμπεν ἐπὶ Στυλίδα καὶ πορθμὸν ἄκρον, ἐφεδρεύειν τοῖς ἐσομένοις· Ταῦρον δ' ἐς τὸ Σκυλάκιον ὄρος, ὃ πέραν ἐστὶ Ταυρομενίου, περιπλεῖν ἐκ Τάραντος ἐκέλευε. Καὶ ὁ μὲν περιέπλει, διεσκευασμένος ἐς μάχην ὁμοῦ καὶ εἰρεσίαν· καὶ τὰ πεζὰ αὐτῷ παρωμάρτει, προερευνώντων τήν τε γῆν ἱππέων, καὶ λιβυρνίδων τὴν θάλασσαν. Καὶ ὁ Καῖσαρ ὧδε ἔχοντι, ἐξ Ἱππωνείου ἐπιδραμών, ἐπιφαίνεται κατὰ τὸ Σκυλάκιον, καὶ τὴν εὐταξίαν ἀποδεξάμενος, ἐπανῆλθεν ἐς τὸ Ἱππώνειον. Ὁ δὲ Πομπήϊος, ὥς μοι προείρηται, τάς τε ἐς τὴν νῆσον ἀποβάσεις ἐφύλασσεν ἁπάσας, καὶ τὰς ναῦς ἐν Μεσσήνῃ συνεῖχεν, ὡς βοηθήσων ὅποι δεήσειε.

CIV. Καὶ οἱ μὲν ἐν τούτῳ παρασκευῆς ἦσαν. Λεπίδῳ δ' αὖθις ἐκ Λιβύης ἦγον αἱ ὁλκάδες τὰ λοιπὰ τοῦ στρατοῦ τέλη τέσσαρα· καὶ αὐταῖς ὑπήντα πελάγιος ἐκ Πομπηΐου Παπίας, καὶ διέφθειρεν ὡς φιλίους δεχομένας· ᾤοντο γὰρ σφίσι τὰς Λεπίδου συναντᾶν. Αἱ δὲ βραδέως τε ὑπὸ τοῦ Λεπίδου καθείλκοντο, καὶ ὕστερον αὐτὰς προσιούσας αἱ ὁλκάδες ὡς καὶ τάσδε ἄλλας πολεμίας ἐξέκλιναν· ἕως αἱ μὲν ἐκαύθησαν, αἱ δ' ἐλήφθησαν, αἱ δ' ἀνετράπησαν, αἱ δ' ἐς Λιβύην ἀνέπλευσαν. Τοῦ δὲ στρατοῦ δύο μὲν τέλη διώλετο ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ εἴ τινες αὐτῶν ἐξενήχοντο, καὶ τούσδε Τισιηνὸς, ὁ τοῦ Πομπηΐου στρατηγὸς, ἐκνέοντας ἐπὶ τὴν γῆν διέφθειρεν· οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς Λέπιδον κατήχθησαν, οἱ μὲν αὐτίκα, οἱ δ' ὕστερον. Καὶ Παπίας ἀπέπλευσε πρὸς Πομπήϊον.

CV. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς μὲν Στρογγύλην, ἣ τῶν πέντε νήσων ἐστὶ τῶν Αἰόλου, παντὶ τῷ στόλῳ διέπλευσεν ἐξ Ἱππωνείου, προερευνωμένης αὐτῷ τῆς θαλάσσης. Στρατὸν δὲ ἐπὶ μετώπου τῆς Σικελίας πλέονα ἰδὼν ἔν τε Πελωριάδι καὶ Μύλαις καὶ Τυνδαρίδι, εἴκασεν αὐτὸν παρεῖναι Πομπήϊον· καὶ τὰ μὲν ἐνθάδε Ἀγρίππᾳ διαστρατηγεῖν ἐπέτρεψεν, αὐτὸς δὲ ἐς τὸ Ἱππώνειον αὖθις ἀπέπλει, καὶ ἐς τὸ τοῦ Ταύρου στρατόπεδον ἐξ Ἱππωνείου σὺν τρισὶ τέλεσι μετὰ Μεσσάλα διετρόχαζεν, ὡς Ταυρομένιον αἱρήσων ἀπόντος ἔτι τοῦ Πομπηΐου, καὶ τὰς ἐμβολὰς αὐτῷ διχόθεν παρέξων. Ἀγρίππας μὲν οὖν ἀπὸ Στρογγύλης εἰς Ἱερὰν διέπλει, καὶ, τῶν Πομπηΐου φρουρῶν αὐτὸν οὐχ ὑποστάντων, εἷλε τὴν Ἱεράν, καὶ τῆς ἐπιούσης ἔμελλεν ἐπιχειρήσειν ἐς Μύλας Δημοχάρει τῷ Πομπηΐου, τεσσαράκοντα ναῦς ἔχοντι. Ὁ δὲ Πομπήϊος τὸ βίαιον ὑφορώμενος τοῦ Ἀγρίππα, ἔπεμπε τῷ Δημοχάρει ναῦς ἄλλας πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἀπὸ Μεσσήνης ἐξελεύθερον ἄγοντα Ἀπολλοφάνη, καὶ αὐτὸς ἐφείπετο ἄλλαις ἑβδομήκοντα.

CVI. Ἀγρίππας δ' ἔτι νυκτὸς ἐξ Ἱερᾶς ἀνήγετο ταῖς ἡμίσεσι τῶν νεῶν, ὡς Παπίᾳ μόνῳ ναυμαχήσων. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰς Ἀπολλοφάνους εἶδε, καὶ τὰς ἑβδομήκοντα ἑτέρωθι· Καίσαρι μὲν αὐτίκα ἐδήλου Πομπήϊον ἐπὶ τῶν Μυλῶν εἶναι σὺν τῷ πλέονι ναυτικῷ, τὰς δὲ βαρείας αὐτὸς ἦγε κατὰ μέσον, καὶ τὸν ἄλλον στόλον ἐξ Ἱερᾶς ἐκάλει κατὰ σπουδήν. Ἐσκεύαστο δ' ἀμφοτέροις πάντα λαμπρῶς, καὶ πύργους ἐπὶ τῶν νεῶν

in sinum qui prope Tauromenium est, ibique stationem agerent. Tres vero alias legiones ad Columnam Rheginam misit in extremum fretum, occasionem exspectaturas. Taurum ad Scylacium montem, qui est ex adverso Tauromenii, e Tarenta circum navigare jussit. Id ille fecit, paratus cum ad remigationem tum ad prælium, prosequentibus terrestri itinere copiis pedestribus, et præmissis equitibus, qui terram, liburnicisque, quæ mare explorarent. Ad eum sic iter facientem Cæsar Vibone accurrit, et prope Scylacium cum offendit: approbatoque ordine, Vibonem rediit. At Pompeius, ut diximus, dispositis circa loca omnia ad exscendendum in insulam opportuna præsidiis, classem Messanæ continebat, succursurus quocunque opus foret.

CIV. Dum ea sic utrimque parantur, Lepido rursus ex Africa reliquæ quatuor legiones transportabantur onerariis. Quibus in alto factus obviam Pompeianus dux Papias, easdem oppressit, quum tanquam amicus ab illis fuisset exceptus; putaverant enim, a Lepido missas naves sibi occurrere. Sed tardius suas deduxerat Lepidus: quas ipsas deinde advenientes declinarunt onerariæ, quod hostiles has quoque crederent. Ita ex onerariis aliæ captæ sunt, aliæ cremæat submersæve; nonnullæ in Africam reversæ sunt. Ex legionibus duæ perierunt in mari, et si qui militum enatarunt, eos Tisienus Pompeii legatus terram prensantes confecit: reliquus exercitus ad Lepidum delatus est, vel tunc, vel postea. Tum vero Papias ad Pompeium abnavigavit.

CV. Cæsar, in Strongylen, unam e quinque insulis Æoliis, Vibone cum tota classe trajecit. Quumque præmissis per mare exploratoriis liburnicis cognovisset, frontem Siciliæ multis copiis circa Pelorum et Mylis et Tyndaride præsideri, conjectavit ipsum adesse Pompeium. Itaque relicto ibi Agrippa, qui rebus gerendis præesset, ipse Vibonem reversus, mox inde in castra Tauri transcurrit cum Messala et tribus legionibus; cogitans Tauromenium præripere per Pompeii absentiam, eumque adeo a duobus lateribus aggredi. Agrippa igitur a Strongyle Hieram trajecit, eamque cepit, pulsis Pompeii præsidiariis; sequenti die Mylas tentaturus, et Democharem invasurus, qui stationem ibi cum triginta Pompeii navibus habebat. Pompeius, timens Agrippæ ferociam, alias quadraginta quinque naves a Messana misit Demochari, duce liberto Apollophane, quem ipse cum aliis septuaginta sequutus est.

CVI. Agrippa ante lucem ex Hiera solvit cum dimidia parte navium, quasi cum solo Papia [Demochare?] pugnaturus. Ubi vero et Apollophanis classem vidit, et illam aliam septuaginta navium; continuo significavit Cæsari, Pompeium cum majore classis parte esse ad Mylas; ipseque cum gravibus navibus medium agmen tenuit, et reliquam classem celeriter ex Hiera advocavit. Erat autem utrinque apparatus magnificus, impositis a prora

εἶχον κατά τε πρῷραν καὶ κατὰ πρύμναν. Ὡς δὲ αὐτοῖς αἵ τε παρακελεύσεις, οἵας εἰκὸς ἦν, ἐγεγένηντο, καὶ τὰ σημεῖα κατὰ ναῦς ἦρτο, ἐξώρμων ἐπ' ἀλλήλους, οἱ μὲν κατὰ μέτωπον, οἱ δ' ἐς περικύκλωσιν, σύν τε βοῇ καὶ ῥοθίῳ νεῶν καὶ καταπλήξει ποικίλῃ. Ἦν δὲ καὶ τὰ σκάφη Πομπηΐῳ μὲν βραχύτερα καὶ κοῦφα καὶ ὀξέα ἐς τὰς ἐφορμήσεις τε καὶ περίπλους· Καίσαρι δὲ μείζω καὶ βαρύτερα, καὶ παρ' αὐτὸ καὶ βραδύτερα, βιαιότερα δὲ ὅμως ἐμπεσεῖν, καὶ τρωθῆναι δυσπαθέστερα. Τῶν τε ἀνδρῶν, οἱ μὲν, ναυτικώτεροι τῶν Καίσαρος ἦσαν· οἱ δὲ, σθεναρώτεροι. Καὶ κατὰ λόγον οἱ μὲν οὐκ ἐμβολαῖς, ἀλλὰ μόναις περιόδοις, ἐπλεονέκτουν, καὶ ταρσοὺς τῶν μειζόνων ἢ πηδάλια ἀνέκλων, κώπας ἀνέκοπτον, ἢ ἀπεχώριζον ὅλως τὰ σκάφη, καὶ ἔβλαπτον ἐμβολῆς οὐχ ἧσσονα· οἱ δὲ τοῦ Καίσαρος αὐταῖς ἐμβολαῖς ὡς βραχυτέρας ἀνέκοπτον ἢ κατέσειον ἢ διεῤῥήγνυον, καὶ, ὅτε συμπλακεῖεν, ἔβαλλόν τε ὡς ταπεινοτέρας ἀφ' ὑψηλοῦ, καὶ κόρακας ἢ χεῖρας σιδηρᾶς εὐκολώτερον ἐπεῤῥίπτουν. Οἱ δὲ, ὅτε βιασθεῖεν, ἐξήλλοντο ἐς τὸ πέλαγος· καὶ τούσδε μὲν τὰ ὑπηρετικὰ τοῦ Πομπηΐου περιπλέοντα ἀνελάμβανεν.

CVII. Ὁ δὲ Ἀγρίππας ἵετο μάλιστα εὐθὺ τοῦ Παπίου, καὶ αὐτῷ κατὰ τὴν ἐπωτίδα ἐμπεσὼν, κατέσεισε τὴν ναῦν, καὶ ἐς τὰ κοῖλα ἀνέῤῥηξεν· ἡ δὲ τούς τε ἐν τοῖς πύργοις ἀπεσείσατο, καὶ τὴν θάλασσαν ἀθρόως ἐδέχετο καὶ τῶν ἐρετῶν οἱ μὲν θαλαμίαι πάντες ἀπελήφθησαν, οἱ δ' ἕτεροι τὸ κατάστρωμα ἀναῤῥήξαντες, ἐξενήχοντο. Παπίας δὲ ἐς τὴν παρορμοῦσαν ἀναληφθεὶς, αὖθις ἐπῄει τοῖς πολεμίοις. Καὶ ὁ Πομπήϊος, ἐξ ὄρους ἐφορῶν τὰς μὲν ἰδίας μικρὰ ἐπωφελούσας, καὶ ψιλουμένας τῶν ἐπιβατῶν ὅτε συμπλακεῖεν, Ἀγρίππᾳ δὲ τὸν ἕτερον στόλον ἐξ Ἱερᾶς προσπλέοντα, ἀναχωρεῖν ἐσήμηνε σὺν κόσμῳ· καὶ ἀνεχώρουν ἐπιόντες τε καὶ ἀναστρέφοντες ἀεὶ κατ' ὀλίγον. Ἀγρίππα δ' ἐπιβαρήσαντος αὐτοῖς, ἔφευγον, οὐκ ἐς τοὺς αἰγιαλοὺς, ἀλλ' ὅσα τῆς θαλάσσης οἱ ποταμοὶ τεναγώδη πεποιήκεσαν.

CVIII. Καὶ Ἀγρίππας, κωλυόντων αὐτὸν τῶν κυβερνητῶν μεγάλαις ναυσὶν ἐς ὀλίγον ὕδωρ ἐπιπλεῖν, πελάγιος ἐπ' ἀγκυρῶν ἐσάλευεν, ὡς ἐφορμιούμενος τοῖς πολεμίοις, καὶ νυκτομαχήσων εἰ δέοι. Τῶν φίλων δ' αὐτῷ παραινούντων, μὴ ἀλόγῳ θυμῷ συμφέρεσθαι, μηδὲ τὸν στρατὸν ἐκτρύχειν ἀγρυπνίᾳ καὶ πόνῳ, μηδὲ πιστεύειν πολυχειμώνι θαλάσσῃ, μόλις ἑσπέρας ἀνεζεύγνυε. Καὶ οἱ Πομπηϊανοὶ ἐς τοὺς λιμένας παρέπλεον, τριάκοντα μὲν τῶν σφετέρων νεῶν ἀπολαβόντες, πέντε δὲ καταδύσαντες τῶν πολεμίων, καὶ βλάψαντες ἄλλα ἱκανὰ καὶ βλαβέντες ὅμοια. Καὶ αὐτοὺς ὁ Πομπήϊος ἐπαινῶν ὅτι τηλικαύταις ναυσὶν ἀντέσχον, τειχομαχῆσαι μᾶλλον ἔφασκεν ἢ ναυμαχῆσαι, καὶ ὡς νενικηκότας ἐδωρεῖτο· καὶ ἐπήλπιζεν, ἐν τῷ πορθμῷ διὰ τὸν ῥοῦν, κουφοτέρους ὄντας, περιέσεσθαι, καὶ αὐτὸς ἔφη τι προσθήσειν ἐς τὸ τῶν νεῶν ὕψος. Τοῦτο μὲν δὴ τῆς ναυμαχίας τέλος ἦν τῆς περὶ Μύλας Ἀγρίππᾳ καὶ Παπίᾳ γενομένης.

puppique turribus. Ut vero, post solitam cohortationem, signum per singulas naves elatum est, committitur prælium : et alteri in frontem faciebant impetum; alteri circumvenire hostem tendebant, magno cum virorum tum navium strepitu, terroreque multiplici. Erant autem naves Pompeii minores, leves, et ad incursandum circumveniendumque hostem agiles : Cæsaris vero majores gravioresque, et ob id ipsum tardiores; sed ad ictus cum inferendos validiores, tum sustinendos firmiores. Milites vero hinc robore præstabant; illinc rei navalis peritia. Proinde Pompeiani non concurrendo, sed circumcursando, superabant; ac majorum navium jam palmas vel gubernacula refringebant, jam remos plane detergebant, aut etiam omnino separabant navigia, nec minus detrimenti illis, quam si rostris percussissent, afferebant. At Cæsariani ipsis rostrorum ictibus hostiles naves, utpote minores, retundebant, aut quassabant, aut diffringebant; et quoties colluctabantur cominus, missilibus e superiori loco humiliores obruebant, injectisque corvis aut ferreis manibus retinebant eas facilius. Quorum impetum quoties non ferebant amplius illi, in pelagus exsiliebant, et a scaphis Pompeianorum, in hoc ipsum discursantibus, recolligebantur.

CVII. Agrippa autem in Papiæ navium maxime impetum direxit : ictamque sub prora et concussam perfregit ad carinam usque; ut et qui in ejus turribus ad propugnandum constiterant, intercluderentur, et mare, copiose in navem admissum, remigum infimum ordinem totum obrueret, reliqui perfracta contabulatione natando evaderent. Papias, in proximam navim receptus, rursus in prælium rediit. Tum Pompeius, e monte conspicatus suas parum proficere, et, quoties cominus res gereretur, socios navales amittere, Agrippæ vero jam reliquam partem classis ex Hiera succurrere signum suis dedit, ut servatis ordinibus se reciperent. Idque illi fecerunt; et simul pugnando etiam tum, simul paulatim recedendo, subduxerunt se e prælio. Agrippa vero acrius instante, refugerunt, non ad proxima quæque littora, sed qua limo fluviis illato vadosum erat solum.

CVIII. Tum Agrippa, a gubernatoribus vetitus ne magnas naves locis vadosis committeret, in alto jactis ancoris constitit, imminens hostibus; et noctu quoque, si opus esset, prælium redintegraturus. Monentibus autem amicis, ne iram magis quam rationem sequeretur, nec militem nimis divexaret vigiliis ac laboribus, neve mari crederet frequentibus tempestatibus obnoxio, vix sero se retro recepit. Tum Pompeiani portus suos petierunt, amissis triginta navibus, submersis quinque hostilibus, aliisque multis acceptis pariter ac illatis incommodis. Quos Pompeius collaudans, quod tam magnis restitissent navibus, sibi, ait, hanc non tam navalem pugnam visam quam oppugnationem mœnium : nec aliter quam victores donavit; spem faciens, in freto propter fluxum classem suam, ut leviorem, ita superiorem fore; promittensque, additurum se etiam aliquantum ad suarum navium altitudinem. Hic eventus fuit navalis circa Mylas pugnæ inter Agrippam et Papiam [*f.* Democharem].

CIX. Τὸν δὲ Καίσαρα ὁ Πομπήϊος, ὥσπερ ἦν, ὑπολαβὼν ἐς τὸ Ταύρου στρατόπεδον οἴχεσθαι, καὶ ἐπιχειρήσειν τῷ Ταυρομενίῳ, μετὰ δεῖπνον εὐθὺς ἐς Μεσσήνην περιέπλει, μέρος ἐν ταῖς Μύλαις ὑπολιπὼν, ἵνα αὐτὸν ὁ Ἀγρίππας ἔτι παρεῖναι νομίζοι. Ἀγρίππας μὲν δὴ διαναπαύσας τὸν στρατὸν ἐς ὅσον ἤπειγεν, ἐς Τυνδαρίδα ἐνδιδομένην ἔπλει· καὶ παρῆλθε μὲν εἴσω, μαχομένων δὲ λαμπρῶς τῶν φρουρῶν, ἐξεώσθη. Προσεχώρησαν δ' ἕτεραι πόλεις αὐτῷ, καὶ φρουρὰς ἐδέξαντο καὶ αὐτὸς ἐπανῆλθεν ἐς ἑσπέραν. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἤδη μὲν ἐς Λευκόπετραν ἐκ τοῦ Σκυλακίου διεπεπλεύκει, μαθὼν ἔτι ἀκριβέστερον ὅτι ὁ Πομπήϊος ἐκ Μεσσήνης ἐς Μύλας οἴχοιτο δι' Ἀγρίππαν· ἐκ δὲ Λευκοπέτρας ἔμελλε νυκτὸς περᾶν ὑπὲρ τὸν πορθμὸν ἐς τὸ Ταυρομένιον. Πυθόμενος δὲ περὶ τῆς ναυμαχίας, μετέγνω, μὴ κλέπτειν ἔτι τὸν διάπλουν νενικηκώς, ἀλλὰ κατὰ φῶς θαρροῦντι τῷ στρατῷ περαιοῦσθαι· καὶ γὰρ ἔτι πάντως ἡγεῖτο Πομπήϊον Ἀγρίππᾳ παραμένειν. Κατασκεψάμενος γοῦν ἡμέρας τὸ πέλαγος ἐκ τῶν ὀρῶν, ἐπεὶ καθαρὸν ἔγνω πολεμίων, ἔπλει στρατὸν ἔχων ὅσον αἱ νῆες ἐδέχοντο, Μεσσάλαν ἐπὶ τοῦ λοιποῦ καταλιπὼν, ἕως ἐπ' αὐτὸν αἱ νῆες ἐπανέλθοιεν. Ἐλθὼν δ' ἐπὶ τὸ Ταυρομένιον, προσέπεμψε μὲν, ὡς ὑπαξόμενος αὐτό. Οὐ δεξαμένων δὲ τῶν φρουρῶν, παρέπλει τὸν ποταμὸν τὸν Ὀνοβάλαν, καὶ τὸ ἱερὸν τὸ Ἀφροδίσιον, καὶ ὡρμίσατο ἐς τὸν Ἀρχηγέτην [Ναξίων τὸν θεὸν], ὡς χάρακα θησόμενος ἐνταῦθα, καὶ ἀποπειράσων τοῦ Ταυρομενίου. Ὁ δὲ Ἀρχηγέτης Ἀπόλλωνος ἀγαλμάτιόν ἐστιν, ὃ πρῶτον ἐστήσαντο Ναξίων οἱ εἰς Σικελίαν ἀπῳκισμένοι.

CIX. At Pompeius, ratus, id quod erat, Cæsarem in Tauri castra profectum, Tauromeniumque invasurum; mox a cœna Messanam revectus est, Mylis relicta parte navium, ut Agrippa ipsum ibi etiamnum adesse putaret. Agrippa, milite refecto pro tempore, navigavit Tyndaridem, dedentem se : ubi receptus ab oppidanis, rursus a præsidiariis, strenue repugnantibus, ejectus est. Sed aliis tamen oppidis, pariter ad Agrippam deficientibus, recepta sunt ejus præsidia : et ipse vespere ad stationem suam rediit. Interea Cæsar Scylacio Leucopetram fuerat devectus, certior factus Pompeium Messana Mylas profectum propter Agrippam : quumque statuisset e Leucopetra noctu trajicere Tauromenium, postquam audivit de navali prælio, mutavit sententiam; honestius victori existimans, non clam, sed clara luce, navigare cum fiducia. Persuasum enim plane adhuc habebat, prope Agrippam etiamnum versari Pompeium. Quumque exorta die prospexisset in altum e montibus, nusquam apparente hoste, navigavit, imposito quantum classis capiebat, milite; reliquis Messalæ commissis, donec ad eum naves redirent. Tauromenium vero delatus, misit ad urbem, qui deditionem poscerent : et quum præsidiarii eum non admitterent, præternavigato flumine Onobala et fano Veneris, ad Archegetam [Naxiorum deum] appulit, castra ibi positurus, et inde aggressurus Tauromenium. Est autem Archegeta Apollinis parva statua, quam olim dedicaverant Naxii coloni, missi in Siciliam.

CX. Ἐνταῦθα τῆς νεὼς ἐκβαίνων ὁ Καῖσαρ, ὤλισθε καὶ ἔπεσε, καὶ ἀνέδραμε δι' αὑτοῦ. Καὶ αὐτῷ, καθισταμένῳ ἔτι τὸ στρατόπεδον, Πομπήϊος ἐπέπλει στόλῳ πολλῷ, θαῦμα ἀδόκητον· ᾤετο γὰρ αὐτὸν ἐκπεπολεμῆσθαι πρὸς Ἀγρίππα. Παρήλαυνε δὲ τῷ Πομπηΐῳ καὶ ἵππος, ἐς τάχος διερίζουσα τῷ ναυτικῷ· καὶ τὰ πεζὰ ἑτέρωθεν ἐφαίνετο, ὥστε δεῖσαι μὲν ἅπαντας, ἐν μέσῳ τριῶν στρατῶν πολεμίων γενομένους, δεῖσαι δὲ τὸν Καίσαρα, Μεσσάλαν οὐχ ἔχοντα μεταπέμψασθαι. Οἱ μὲν ἱππεῖς εὐθὺς ἠνώχλουν οἱ Πομπηΐου χαρακοποιουμένους ἔτι τοὺς τοῦ Καίσαρος. Εἰ δὲ ἐπὶ τοῖς ἱππεῦσιν οἱ πεζοὶ καὶ τὸ ναυτικὸν ἐφώρμησε, τάχα ἄν τι μεῖζον ἐξήνυστο τῷ Πομπηΐῳ· νῦν δὲ, ἀπείρως τε πολέμου, καὶ ὑπ' ἀγνοίας τοῦ θορύβου τῶν Καίσαρος, καὶ ὄκνου μὴ μάχης περὶ δείλην ἑσπέραν ἄρχειν, οἱ μὲν αὐτῶν ἐς Κόκκυνον ἄκραν ὡρμίσαντο, πεζοὶ δ' οὐκ ἀξιοῦντες ἀγχοῦ τῶν πολεμίων στρατοπεδεύειν, ἐς Φοίνικα πόλιν ἀνεχώρουν. Καὶ νυκτὸς οἱ μὲν ἀνεπαύοντο, οἱ δὲ τοῦ Καίσαρος τὸν μὲν χάρακα ἐτέλουν, ὑπὸ δὲ κόπου καὶ ἀγρυπνίας ἐς τὴν μάχην ἐβλάπτοντο. Τέλη δ' ἦν αὐτῷ τρία, καὶ ἱππεῖς χωρὶς ἵππων πεντακόσιοι, καὶ κοῦφοι χίλιοι καὶ κληροῦχοι σύμμαχοι χωρὶς καταλόγου δισχίλιοι, καὶ ναυτικὴ δύναμις ἐπὶ τούτοις.

CX. Ibi e navi exscendens Cæsar, fallente vestigio, prolapsus est : protinus tamen per se ipse erectus stetit. Tum castra postquam metari instituit, dum adhuc in eo est, supervenit magna cum classe Pompeius, eo magis mirante Cæsare necopinum ejus adventum, quod ab Agrippa jam devictum non dubitaverat. Simul per oram equitatus irruebat hostium, celeritate contendens cum navibus : et diversa parte pedestres copiæ sunt conspectæ. Itaque omnes sunt exterriti, circumventos se a tribus exercitibus videntes : nec minus territus est Cæsar, quod Messalam jam non posset arcessere. Equitatus igitur protinus Cæsarianos in castris muniendis adhuc occupatos, infestavit. Quodsique classiarii quoque et pedites pariter fecissent impetum, fortassis majorem rem confecisset Pompeius. Nunc per imperitiam rei militaris, et ignorantiam trepidationis hostium, veriti sub vesperam inire prælium, alteri ad Coccynum promontorium in stationem secesserunt : pedites vero, nolentes prope hostem castra metari, ad Phœnicem oppidum se receperunt. Nocte sequenti hi quieverunt, Cæsariani vallum quidem absolverunt, sed propter laborem vigiliam ad pugnandum inutiliores sunt redditi. Erant autem legiones tres, equites sine equis quingenti, velites mille, coloni auxiliares voluntarii MM. insuperque navales socii.

CXI. Τὰ μὲν οὖν πεζὰ πάντα Κορνιφικίῳ παραδοὺς ὁ Καῖσαρ, ἐκέλευσε τοὺς κατὰ τὴν γῆν πολεμίους ἀπομάχεσθαι, καὶ πράσσειν ὅ τι ἐπείγοι. Αὐτὸς δὲ ταῖς ναυσὶν ἔτι πρὸ ἡμέρας ἀνήγετο ἐς τὸ πέλαγος, μὴ καὶ τοῦδε αὐτὸν ἀποκλείσαιεν οἱ πολέμιοι· καὶ τὸ μὲν δεξιὸν ἐπέτρεπε Τιτινίῳ, τὸ δὲ λαιὸν Καρκίῳ, λιβυρνίδος δὲ αὐτὸς ἐπέβαινε, καὶ περιέπλει πάντας παρακαλῶν· ἐπὶ δὲ τῇ παρακλήσει τὰ στρατηγικὰ σημεῖα, ὡς ἐν κινδύνῳ μάλιστα ὤν, ἀπέθετο. Ἐπαναχθέντος δὲ τοῦ Πομπηΐου, δὶς μὲν ἐπεχείρησαν ἀλλήλοις, καὶ τὸ ἔργον ἐς νύκτα ἐτελεύτησεν. Ἁλισκομένων δὲ καὶ πιμπραμένων τῶν Καίσαρος νεῶν, αἱ μὲν ἀράμεναι τὰ βραχέα τῶν ἱστίων, ἀπέπλεον ἐς τὴν Ἰταλίαν, τῶν παραγγελμάτων καταφρονοῦσαι· καὶ αὐτὰς ἐπ' ὀλίγον οἱ τοῦ Πομπηΐου διώξαντες, ἐπὶ τὰς ὑπολοίπους ἀνέστρεψαν καὶ τῶνδε τὰς μὲν ᾕρουν ὁμοίως, τὰς δὲ ἐνεπίμπρασαν. Ὅσοι δ' ἐξ αὐτῶν ἐς τὴν γῆν ἐξενήχοντο, τοὺς μὲν οἱ ἱππεῖς οἱ τοῦ Πομπηΐου διέφθειρον ἢ συνελάμβανον, οἱ δ' ἐς τὸ τοῦ Κορνιφικίου στρατόπεδον ἀνεπήδων· καὶ αὐτοῖς ὁ Κορνιφίκιος ἐπιθέουσιν ἐπεχείρει, τοὺς κούφους ἐκπέμπων μόνους· οὐ γὰρ εὔκαιρον ἐδόκει κινεῖν φάλαγγα δύσθυμον, ἀντικαθημένων πεζῶν μεγαλοφρονουμένων, ὡς εἰκὸς ἦν, ἐπὶ νίκῃ.

CXII. Καίσαρα δ' ἐν τοῖς ὑπηρετικοῖς ἐς πολὺ τῆς νυκτὸς ἀνακωχεύοντα, καὶ βουλευόμενον, εἴτε ἐς Κορνιφίκιον ἐπανέλθοι διὰ μέσων τοσῶνδε ναυαγίων, εἴτε ἐς Μεσσάλαν διαφύγοι, θεὸς ἐς τὸν Ἀβάλαν λιμένα παρήνεγκε μεθ' ἑνὸς ὁπλοφόρου, χωρὶς φίλων τε καὶ ὑπασπιστῶν καὶ θεραπόντων. Καί τινες ἐκ τῶν ὀρῶν ἐς πύστιν τῶν γεγονότων καταθέοντες, εὗρον αὐτὸν τό τε σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἐσταλμένον· καὶ ἐς ἀκάτιον μεταφέροντες, ἵνα διαλάθοι, μετεκόμισαν ἐς Μεσσάλαν οὐ μακρὰν ὄντα. Ὁ δὲ εὐθὺς, ἔτι ἀθεράπευτος, ἔς τε Κορνιφίκιον ἔστελλε λιβυρνίδα, καὶ πανταχοῦ διὰ τῶν ὀρῶν περιέπεμπεν ὅτι σώζοιτο, Κορνιφικίῳ τε πάντας ἐπικουρεῖν ἐκέλευε, καὶ αὐτὸς ἔγραφεν αὐτίκα πέμψειν βοήθειαν. Θεραπεύσας δὲ τὸ σῶμα καὶ ἀναπαυσάμενος ὀλίγον, ἐς Στυλίδα νυκτὸς ἐξῄει, παραπεμπόμενος ὑπὸ τοῦ Μεσσάλα, πρὸς Καρρίναν, τρία ἔχοντα ἐπὶ τοῦ πρόπλου τέλη· καὶ τῷδε μὲν ἐκέλευσε διαπλεῖν ἐς Λιπάραν, ἔνθα καὶ αὐτὸς ἔμελλε διαπλευσεῖσθαι. Ἀγρίππαν δὲ, γράφων, ἠξίου κινδυνεύοντι Κορνιφικίῳ πέμπειν Λαρώνιον μετὰ στρατιᾶς ὀξέως. Μαικήναν δ' αὖθις ἐς Ῥώμην ἔπεμπε, διὰ τοὺς νεωτερίζοντας· καί τινες παρακινοῦντες ἐκολάσθησαν. Καὶ Μεσσάλαν ἐς Δικαιάρχειαν ἔπεμπεν, ἄγειν τὸ πρῶτον καλούμενον τέλος ἐς Ἱππώνειον.

CXIII. Μεσσάλας δὲ οὗτος ἦν, ὃν οἱ τρεῖς ἐπὶ θανάτῳ προγεγράφεσαν ἐν Ῥώμῃ, καὶ χρήματα τῷ κτείναντι καὶ ἐλευθερίαν ἐπικεκηρύχεσαν· ὁ δὲ πρὸς Κάσσιον καὶ Βροῦτον φυγὼν, ἀποθανόντων ἐκείνων, τὸν στόλον ἐπὶ σπονδαῖς Ἀντωνίῳ παραδεδώκει. Καί μοι τοῦτο ἀναμνῆσαι νῦν ἔδοξεν ἐς ζήλωμα τῆς Ῥω-

CXI. Tradito igitur peditatu Cornificio, ut in terra quantum posset repugnaret hostibus, Cæsar ante lucem in altum provectus est, ne et mari ab hostibus excluderetur : dextro classis cornu præfecit Titinium, sinistro Carcium : ipse, liburnica circum classem volitans, omnibus hortator aderat : quo facto, insignia imperatoria, ut in maximo constitutus periculo, deposuit. Occurrente autem ex adverso Pompeio, bis congressi sunt, et ad noctem usque pugnarunt. Quumque pars navium Cæsarianarum vel caperetur vel incenderetur; aliæ, expansis minoribus velis, contemto imperatoris imperio, profugerunt in Italiam : quas paulisper persecuti Pompeiani mox omiserunt, et ad reliquas reversi, earum alias ceperunt, alias incenderunt. Qui vero ex navibus in terram enatabant, eorum ipsorum magnam partem equites Pompeiani vel cædebant vel capiebant : alii ad Cornificii castra se proripiebant : quos ille accurrentes excipiebat solis obviam missis velitibus; intempestivum ratus legiones haud nimis sane tunc animosas educere, assidente e propinquo peditatu hostium, insolescentium (ut fieri solet) victoria.

CXII. Cæsar, in actuariis ad multam noctem in alto fluctuatus, incertusque Cornificiumne per media tot naufragia peteret, an ad Messalam refugeret, tandem forte fortuna ad Abalam portum delatus est cum unico armigero, destitutus amicis, satellitibus, servisque. Quem nonnulli, e montibus ad res cognoscendas decurrentes, invenerunt corpore animoque defectum : et translatum nunc in hoc, nunc in aliud acatium, quo magis hostem fallerent, ad Messalam deportarunt, qui non longe aberat. Inde Cæsar, priusquam corpus curaret, ad Cornificium misit liburnicam, et circa omnes montes dimisit qui incolumem se nunciarent, jubentque omnes opem ferre Cornificio; et ipse per litteras pollicitus est ei, mox adfore auxilium. Curato deinde corpore, quum quievisset modicum, ad Stylida noctu profectus est, Messala eum deducente, ad Carinatem, paratum ad navigationem cum tribus legionibus; quem jussit in Liparam trajicere, ipse mox eodem consecuturus. Agrippæ quoque scripsit, ut periculo eximeret Cornificium celeriter, submittendo cum expeditis Laronium. Rursusque Mæcenatem in Urbem misit, propter eos qui novarum rerum cupidi essent : in quorum nonnullos, qui turbas civerant, animadversum est. Messalam vero Puteolos ire jussit, ut primam legionem, quæ vocatur, Vibonem adduceret.

CXIII. Is Messala idem erat, qui, quum a triumviris, proposito interfectori præmio libertateve, proscriptus fuisset, profugus deinde ad Brutum et Cassium, post horum mortem Antonio classem interposita pactione tradiderat. Quod nunc in memoriam revocare libuit, in Romanæ vir-

μαίων ἀρετῆς· ὅπου Μεσσάλας, μόνον ἔχων ἐν τοσῇδε συμφορᾷ τὸν προγράψαντα, ἐθεράπευεν, ὡς αὐτοκράτορα, καὶ περιέσωζε. Κορνιφίκιος δὲ ἀποτρέψασθαι μὲν ἐκ τοῦ χάρακος εὐμαρῶς εἶχε τοὺς πολεμίους· κινδυνεύων δ' ἐξ ἀπορίας, ἐς μάχην ἐξέτασσε καὶ προὐκαλεῖτο. Πομπηΐου δὲ οὐ συμπλεκομένου μὲν ἀνδράσιν ἐν μόνῃ τῇ μάχῃ τὴν ἐλπίδα ἔχουσι, παραστήσεσθαι δ' αὐτοὺς τῷ λιμῷ προσδοκῶντος, ὥδευεν ὁ Κορνιφίκιος, ἐν μέσῳ τοὺς ἀπὸ τῶν νεῶν διαφυγόντας ἀνόπλους ἔχων, βαλλόμενός τε καὶ χαλεπῶς, ἐν μὲν τοῖς πεδινοῖς ὑπὸ τῶν ἱππέων, ἐν δὲ τοῖς τραχέσιν ὑπὸ τῶν ψιλῶν τε καὶ κούφων, οἳ, Νομάδες Λίβυες ὄντες, ἠκόντιζόν τε ἐπὶ πλεῖστον, καὶ τοὺς ἐπεκθέοντας ὑπέφευγον.

CXIV. Τετάρτῃ δ' ἡμέρᾳ μόλις ἐπὶ τὴν ἄνυδρον γῆν ἀφίκοντο, ἣν ῥύακα πυρὸς λέγουσί ποτε μέχρι θαλάσσης κατιοῦσαν ἐπικλύσαι, καὶ σβέσαι τὰ ἐν αὐτῇ νάματα· καὶ αὐτὴν οἱ μὲν ἐπιχώριοι μόνης ὁδεύουσι νυκτὸς, πνιγώδη τε οὖσαν ἀπ' ἐκείνου, καὶ κονιορτοῦ σποδώδους γέμουσαν. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Κορνιφίκιον οὔτε νυκτὸς ἐθάῤῥουν, ἐν ἀσελήνῳ μάλιστα, ἰέναι διὰ ἀπειρίαν ὁδῶν καὶ ἐνέδρας, οὔτε ἡμέρας ὑπέμενον, ἀλλ' ἀπεπνίγοντο, καὶ τὰς βάσεις ὡς ἐν θέρει καὶ καύματι ὑπεκαίοντο, μάλιστα οἱ γυμνοί. Βραδύνειν τε οὐ δυνάμενοι διὰ τὴν δίψαν ἐνοχλοῦσαν, οὐδένα ἔτι τῶν βαλλόντων αὐτοὺς ἐπεξῄεσαν, ἀλλ' ἐτιτρώσκοντο ἀφυλάκτως. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰς ἐξόδους τῆς διακεκαυμένης ἕτεροι κατεῖχον πολέμιοι, ἀμελήσαντες τῶν ἀσθενεστέρων τε καὶ γυμνῶν, ἀνεπήδων ἐς τοὺς αὐχένας οἱ δυνάμενοι, τόλμῃ παραβόλῳ, καὶ ἐβιάζοντο τοὺς πολεμίους ἐς ὅσον εἶχον δυνάμεως. Κατεχομένων δὲ καὶ τῶν ἑξῆς αὐχένων, ἀπεγίνωσκον αὑτῶν ἤδη, καὶ μεθεῖντο ὑπὸ δίψης καὶ θέρους. Προτρέποντος δὲ αὐτοὺς τοῦ Κορνιφικίου, καὶ πηγὴν πλησίον οὖσαν ἐπιδεικνύοντος, οἱ μὲν αὖθις ἐβιάζοντο, πολλοὺς ἀπὸ σφῶν ἀπολλύντες. Ἕτεροι δὲ τὴν πηγὴν κατεῖχον πολέμιοι, καὶ παντελὴς ἤδη τοὺς τοῦ Κορνιφικίου κατεῖχεν ἀθυμία, καὶ παρίοντο.

CXV. Ὧδε δὲ αὐτοῖς ἔχουσι Λαρώνιος ἐπιφαίνεται μακρόθεν, ὑπὸ Ἀγρίππου σὺν τρισὶ τέλεσι πεμφθείς· οὔπω μὲν ἔνδηλος ὢν ὅτι φίλος εἴη· ὑπὸ δὲ ἐλπίδος ἀεὶ τοιοῦτον ἔσεσθαι προσδοκῶντες, ἀνέφερον αὖθις αὑτῶν. Ὡς δὲ καὶ τοὺς πολεμίους εἶδον τὸ ὕδωρ ἀπολιπόντας, ἵνα μὴ γένοιντο ἐχθρῶν ἐν μέσῳ, ἀνέκραγον μὲν ὑπὸ ἡδονῆς ὅσον ἔσθενον· ἀντιβοήσαντος δ' αὐτοῖς τοῦ Λαρωνίου, δρόμῳ τὴν πηγὴν κατέλαβον. Καὶ ὑπὸ μὲν τῶν ἡγεμόνων ἐκωλύοντο πίνειν ἀθρόως· ὅσοι δὲ ἠμέλησαν, ἔπινον ὁμοῦ καὶ ἀπέθνησκον. Οὕτω μὲν ἐξ ἀέλπτου Κορνιφίκιος, καὶ τοῦ στρατοῦ τὸ φθάσαν μέρος, περιεσώθη πρὸς Ἀγρίππαν ἐς Μύλας.

CXVI. Ἄρτι δὲ ὁ Ἀγρίππας Τυνδαρίδα εἰλήφει, τροφῶν μεστὸν χωρίον, καὶ εὐφυῶς ἐς πόλεμον ἐκ τῆς θαλάσσης ἔχον. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἐς αὐτὸ τὰ πεζὰ καὶ τοὺς ἱππέας διεβίβαζεν. Ἐγένοντό τε αὐτῷ πάντες ἐν Σικελίᾳ, ὁπλιτῶν μὲν ἐς εἴκοσι καὶ ἓν τέλος, ἱππεῖς δὲ δισμύριοι, καὶ κοῦφοι πλείους τῶν πεντακισχιλίων.

tutis laudem, quandoquidem Messala, habens in potestate proscriptorem suum omni satellitio desolatum, in tanta calamitate refovit ut imperatorem, servavitque. Cornificius, quamvis a castris facile hostem arcere potuisset, tamen, quia laborabat commeatuum inopia, suis in aciem productis hostem provocavit. Pompeio vero detrectante certamen cum viris in sola dextra fiduciam habentibus, et fame se subacturum eos sperante; Cornificius, receptis in medium agmen inermibus qui e naufragio evaserant, iter ingressus est difficile periculosumque; in regione campestri missilibus ab equitatu hostium infestatus; in aspera vero a Numidis leviter armatis, qui, ex longissimo intervallo jaculantes, facile refugiebant, si qui in eos procurrerent ex agmine.

CXIV. Quarto demum die in aridam illam regionem pervenerunt, quæ, a montibus ad mare usque porrecta, ignis profluvio olim inundata fertur, quo scaturigines omnes absumtæ sunt: qua ab eo tempore accolæ noctu tantum faciunt iter, propter suffocantem æstum pulveremque cinerosum. Per eam Cornificii milites neque noctu, silente præsertim luna, iter ausi sunt facere, propter viarum imperitiam et metum insidiarum; neque interdiu sustinuerunt; sed suffocabantur, et pedum plantæ, non secus ac in fervida æstate, his præsertim qui nudi incedebant, adurebantur. Quumque nec sitis premens morari eos sineret, in neminem amplius telis infestantem excurrebant, sed impune vulnerabantur. Ubi vero et fauces, qua e perusto agro erat exitus, aliis hostibus obsessos viderunt, neglectis nudis et infirmioribus, irruerunt in fauces quotquot poterant perdita audacia, et hostem impulerunt pro viribus: sed quum et alias deinceps fauces occupatas cernerent, desperatis rebus remiserunt impetum, siti simul et æstu laboreque afflicti. Cohortante vero Cornificio, et fontem in propinquo ostendente, redintegrato impetu propulerunt quidem hostem, sed non sine magna suorum jactura. Cæterum quum fontem quoque ab aliis rursus hostibus occupatum offenderent, jam omnes et animi et corporis vires eos defecerunt.

CXV. Sic affectis Cornificianis subito eminus apparet Laronius, missus ab Agrippa cum tribus legionibus. Et illi, quanquam non satis statim compertum habebant, amicas esse copias, tamen, quoniam semper tale aliquid sibi eventurum speraverant, animum receperunt. Ut vero jam hostem quoque relinquere aquam viderunt, ne includeretur medius, exclamaverunt præ gaudio quantum poterant: quumque clamorem reddidisset Laronius, cursu fontem occuparunt. Vetebantur autem a ducibus, ne subito ingurgitarent se potu: quorum quidem monita qui neglexere, inter bibendum emoriebantur. Sic ex insperato Cornificius, cum superstite exercitus parte Mylas, ad Agrippam evasit incolumis.

CXVI. Per id tempus Agrippa Tyndaridem ceperat, refertam cibariorum copia, et opportunam bello maritimo. Itaque eo Cæsar deportabat pedites equitesque. Habuitque jam in universum in Sicilia unam et viginti legiones, equitum viginti millia, levis armaturæ plures quinque millibus. Mylas autem, et a Mylis loca omnia usque Naulo.

Μύλας δ' ἔτι, καὶ τὰ ἐκ Μυλῶν ἐπί τε Ναυλόχους καὶ Πελωριάδα, καὶ τὰ παράλια πάντα, φρουραὶ Πομπηΐου κατεῖχον· αἳ φόβῳ μάλιστα Ἀγρίππου πῦρ διηνεκὲς ἔκαιον, ὡς ἐμπρήσοντες τοὺς ἐπιπλέοντας. Ἐκράτει δὲ καὶ τῶν στενῶν ἑκατέρων ὁ Πομπήϊος. Ἀμφὶ δὲ τὸ Ταυρομένιον καὶ περὶ Μύλας τὰς περιόδους τῶν ὀρῶν ἀπετείχιζε, καὶ τὸν Καίσαρα ἐκ Τυνδαρίδος ἐς τὸ πρόσθεν ἰόντα ἠνώχλει, μὴ συμπλεκόμενον. Ἀγρίππου δὲ νομισθέντος ἐπιπλεῖν, ἐς Πελωριάδα μετεπήδησεν, ἐκλιπὼν τὰ στενὰ περὶ Μύλας· καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτῶν τε κατέσχε, καὶ Μυλῶν, καὶ Ἀρτεμισίου, πολίχνης βραχυτάτης, ἐν ᾗ φασι τὰς ἡλίου βοῦς γενέσθαι, καὶ τὸν ὕπνον Ὀδυσσεῖ.

CXVII. Ψευδοῦς δὲ τῆς Ἀγρίππου δόξης φανείσης, ὁ Πομπήϊος ἤσθεις τῶν στενῶν ἀφῃρημένος, καὶ Τισιηνὸν ἐκάλει μετὰ τοῦ στρατοῦ. Τισιηνῷ δ' ὁ Καῖσαρ ὑπήντα, καὶ διημάρτανε τῆς ὁδοῦ περὶ ὄρος τὸ Μυκόνιον· ἔνθα ἄσκηνος ἐνυκτέρευσεν· ὄμβρου τε πολλοῦ καταρραγέντος, οἷος ἐν φθινοπώρῳ γίγνεται, τῶν ὁπλοφόρων τινὲς τὴν νύκτα πᾶσαν ἀσπίδα Κελτικὴν ὑπερέσχον αὐτοῦ. Ἐγένοντο δὲ καὶ βρόμοι τῆς Αἴτνης σκληροὶ, καὶ μυκήματα μακρὰ, καὶ σέλα περιλάμποντα τὴν στρατιάν· ὥστε τοὺς μὲν Γερμανοὺς ἐξ εὐνίων ἀναπηδᾷν ὑπὸ δέους· τοὺς δὲ, ἀκοῇ τῶν περὶ τῆς Αἴτνης λεγομένων, οὐκ ἀπιστεῖν ἐν τοσοῖσδε παραδόξοις ἐμπεσεῖσθαι σφίσι καὶ τὸν ῥύακα. Μετὰ δὲ τοῦτο τὴν Παλαιστηνῶν γῆν ἔκειρε, καὶ Λέπιδος αὐτῷ συνήντετο σιτολογῶν, καὶ Μεσσήνῃ παρεστρατοπέδευον ἀμφότεροι.

CXVIII. Γιγνομένων δ' ἀνὰ ὅλην τὴν Σικελίαν ἀψιμαχιῶν πολλῶν, ἔργου δὲ μείζονος οὐδενὸς, Ταῦρον ὁ Καῖσαρ ἔπεμψε, τὰς ἀγορὰς τοῦ Πομπηΐου περικόπτειν, καὶ τὰς πόλεις τὰς χορηγούσας προκαταλαμβάνειν. Καὶ τῷδε μάλιστα κάμνων ὁ Πομπήϊος, ἔκρινε μάχῃ μείζονι κριθῆναι περὶ ἁπάντων. Τὰ μὲν δὴ πεζὰ τοῦ Καίσαρος ἐδεδίει, ταῖς δὲ ναυσὶν ἐπαιρόμενος, ἤρετο πέμπων, εἰ δέχοιτο ναυμαχίᾳ κριθῆναι. Ὁ δὲ ὠρρώδει μὲν τὰ ἐνάλια πάντα, οὐ σὺν τύχῃ μέχρι δεῦρο κεχρημένος αὐτοῖς· αἰσχρὸν δὲ νομίσας ἀντειπεῖν, ἐδέχετο. Καὶ ὡρίζετο αὐτοῖς ἡμέρα, ἐς ἣν τριακόσιαι νῆες ἑκατέρῳ ἰδίᾳ παρεσκευάζοντο, βέλη τε παντοῖα φέρουσαι, καὶ πύργους καὶ μηχανὰς ὅσας ἐπενόουν. Ἐπενόει δὲ καὶ τὸν καλούμενον ἅρπαγα ὁ Ἀγρίππας, ξύλον πεντάπηχυ σιδήρῳ περιβεβλημένον, κρίκους ἔχον περὶ κεραίας ἑκατέρας· τῶν δὲ κρίκων εἴχετο, τοῦ μὲν, ὁ ἅρπαξ, σιδήριον καμπύλον, τοῦ δὲ, καλώδια πολλὰ, μηχαναῖς ἐπισπώμενα τὸν ἅρπαγα, ὅτε τῆς πολεμίας νεὼς ἐκ καταπέλτου λάβοιτο.

CXIX. Ἐλθούσης δὲ τῆς ἡμέρας, πρῶτα μὲν ἦν ἐρετῶν ἅμιλλα καὶ βοὴ, καὶ βέλη, τὰ μὲν ἐκ μηχανῆς, τὰ δ' ἀπὸ χειρῶν, ὅσα λίθοι, καὶ πυρφόρα, καὶ τοξεύματα. Μετὰ δὲ, αἱ νῆες αὐταὶ συνερρήγνυντο ἀλλήλαις, αἱ μὲν ἐς τὰ πλάγια, αἱ δὲ κατ' ἐπωτίδας, αἱ δὲ ἐπὶ τοὺς ἐμβόλους, ἔνθα μάλιστά εἰσιν αἱ πλη-

chos et Pelorum, omnemque oram maritimam, Pompeius adhuc tenebat præsidiis : quæ ab Agrippa maxime sibi metuentia, continuos ignes fovebant, ut hostium naves absterrerent intentando incendium. Tum vero fauces quoque utrasque occupavit Pompeius; et tam prope Tauromenium, quam circa Mylas, montanos calles muris interclusit; Cæsaremque Tyndaride antrorsum progressum infestabat, lacessebatque abstinentem a prælio. Quum vero Agrippa appulsurus putaretur ad Pelorum, transcurrit eo desertis faucibus Mylensibus : quas mox Cæsar occupavit, simulque Mylas, et fanum Dianæ, perexiguum oppidulum, apud quod Solis boves fuisse, et somnum Ulyssi accidisse, tradunt.

CXVII. Sed postquam opinio de Agrippæ adventu vana est comperta, Pompeius, amissas fauces dolens, Tisienum accivit cum exercitu. Cui Cæsar obvium profectus, aberravit à via circa Myconium montem; in quo absque tentorio pernoctavit, et quum imbres vehementes ruerent, ut per autumnum solent, per totam noctem tectus est scuto Gallico, militibus id sustinentibus. Auditi quoque sunt Ætnæ horrendi fremitus et longi mugitus, excandescentibus etiam ignibus, exercitumque fulgore terrentibus; adeo ut et Germani de stragulis præ timore prosilirent, et ut reliquis, cogitantibus ea quæ de Ætnæ incendiis fando audiverant, non incredibile videretur, inter tot mira profluvium etiam ignis sibi nunc accidere posse. Posthæc Palæstenorum [*f.* Abacæniorum] agrum vastavit; ubi Lepidus factus est illi obviam, frumenta colligens : moxque ambo Messanam obsederunt.

CXVIII. Sed quum per totam Siciliam passim quidem velitationes fierent, nullo memorabili prælio, Cæsar Taurum misit, ut commeatu Pompeium arceret, oppidaque præ cæteris ea præriperet, quæ commeatum illi suppeditarent. Qua maxime difficultate coactus Pompeius, statuit majori prælio de summa rerum decernere. Sed, quia terrestres hostium copias timebat, in navibus habens fiduciam, rogavit per nuncios, num vellet navali prælio decernere. Cæsar, quamvis abhorreret ab omnibus rebus maritimis, quas ad eum diem infeliciter tentaverat, tamen turpe ratus detrectare, accepit conditionem. Præstitutusque dies est, ad quem trecenæ utrinque naves parabantur, instructæ telis omnigenis, turribusque ac machinis, quotquot excogitari potuere. Agrippa vero et harpagonem commentus est, quinquecubitale tignum, ferro indutum, in utraque extremitate habens circulum, in quorum altero ipse hærebat harpago, uncus ferreus; in altero multæ restes, quæ machinis attrahebant harpagonem, catapulta in hostilem navem immissum.

CXIX. Statutus navali prælio dies postquam illuxit, primum remigum fuit ostentatio non sine clamore : mox missilibus certatum, partim e machinis, partim manu conjectis, saxis, sagittis, ignitisque jaculis. Tum naves ipsæ concurrebant, ictus inferentes accipientesque, nunc in latera, nunc in proras, nunc in ipsa rostra; qua parte maxime va-

γαὶ βίαιοι τινάξαι τε τοὺς ἐπιβάτας, καὶ τὴν ναῦν ἀργοτέραν ἐργάσασθαι. Ἄλλαι δὲ ἀλλήλας διεξέπλεον, βάλλουσαί τε καὶ ἀκοντίζουσαι· καὶ τὰ ὑπηρετικὰ τοὺς ἐκπίπτοντας ἀνελάμβανεν. Ἔργα τε χειρῶν ἦν, καὶ βία ναυτῶν, καὶ τέχνη κυβερνητῶν καὶ βοαὶ, καὶ στρατηγῶν παρακελεύσεις, καὶ μηχανήματα πάντα. Εὐδοκίμει δὲ μάλιστα ὁ ἅρπαξ, ἔκ τε πολλοῦ ταῖς ναυσὶ διὰ κουφότητα ἐμπίπτων, καὶ ἐμπηγνύμενος, ὅτε μάλιστα ὑπὸ τῶν καλωδίων ἐφέλκοιτο ὀπίσω· κοπῆναί τε ὑπὸ τῶν βλαπτομένων οὐκ ἦν εὔπορος, διὰ σίδηρον τὸν περιέχοντα· καὶ τὸ μῆκος αὐτοῦ δυσεφικτότατον τοῖς κόπτουσι τὰ καλώδια ἐποίει· οὐδὲ τὸ μηχάνημά πω προέγνωστο, ὡς δρέπανα δόρασι περιθέσθαι. Ἓν δ' ἐπενόουν, ὡς ἐν ἀδοκήτῳ· τὴν ναῦν, κρούοντες ἐπὶ πρύμναν, ἀντισπᾶν. Τὸ δ' αὐτὸ ποιούντων καὶ τῶν τῶν πολεμίων, ἴση μὲν ἦν ἡ βία τῶν ἀνδρῶν, ὁ δὲ ἅρπαξ ἐποίει τὸ ἴδιον.

CXX. Ὅτε μὲν οὖν προσπελάσειαν αἱ νῆες, ἐμάχοντο παντοίως, καὶ ἐς ἀλλήλους μεθήλλοντο. Καὶ διαγνῶναι τὸν πολέμιον οὐκ ἦν ἔτι ὁμοίως εὔπορον· ὅπλοις τε γὰρ ὡς τὰ πολλὰ τοῖς αὐτοῖς ἐχρῶντο, καὶ φωνῇ σχεδὸν ἅπαντες Ἰταλῇ, τά τε συνθήματα μιγνυμένων ἐς ἀμφοτέρους ἐξενήνεκτο, καὶ ἐκ τοῦδε μάλιστα ἐνέδραι πολλαὶ καὶ ποικίλαι παρὰ ἀμφοῖν, καὶ ἀπιστία πρὸς τοὺς λέγοντας αὐτὰ ἐπεγίγνετο, ἀγνωσία τε πάντας ἀλλήλων ἐπεῖχεν, ὡς ἐν πολέμῳ καὶ θαλάσσῃ γεμούσῃ φόνων τε καὶ ὅπλων καὶ ναυαγίων. Οὐ γάρ τινα πεῖραν ἔλιπον, ὅτι μὴ μόνον τὸ πῦρ· τούτου δὲ μετὰ τοὺς πρώτους ἐπίπλους ἐφείσαντο διὰ τὰς συμπλοκάς. Ὁ δὲ πεζὸς ἑκατέρων στρατὸς ἀπὸ τῆς γῆς μετὰ φόβου καὶ σπουδῆς ἐς τὴν θάλασσαν ἀφεώρων, ὡς ἐν τῇδε καὶ αὐτοὶ περὶ τῆς σφῶν σωτηρίας τὴν ἐλπίδα ἔχοντες. Διέκρινόν γε μὴν οὐδὲν, οὐδ' ἐδύναντο, καὶ μάλιστα περισκοποῦντες· οἷα νεῶν ἑξακοσίων ἐπὶ μήκιστον ἐκτεταγμένων, καὶ τῆς οἰμωγῆς ἐναλλασσομένης ἀνὰ μέρος ἑκατέρωθεν.

CXXI. Μόλις δέ ποτε ταῖς χροιαῖς τῶν πύργων, αἷς δὴ μόναις διέφερον ἀλλήλων, ὁ Ἀγρίππας συνεὶς πλέονας ἀπολωλέναι τοῦ Πομπηΐου ναῦς, ἐθάῤῥυνε τοὺς συνόντας, ὡς ἤδη κατορθοῦντας· καὶ τοῖς πολεμίοις αὖθις ἐμπεσὼν, ἐπέκειτο ἀπαύστως, μέχρι βιασθέντες ὅσοι μάλιστα κατ' αὐτὸν ἦσαν, τούς τε πύργους κατέῤῥιψαν, καὶ τὰς ναῦς ἐπιστρέψαντες, ἐν τὸν πορθμὸν ἔφευγον· καὶ ἔφθασαν ἐσδραμεῖν ἑπτακαίδεκα νῆες. Αἱ δὲ λοιπαὶ, διακλείσαντος αὐτὰς τοῦ Ἀγρίππου, αἱ μὲν ἐξώκελλον ἐς τὴν γῆν διωκόμεναι καὶ συνεξώκελλον αὐταῖς ὑπὸ ὁρμῆς οἱ διώκοντες, ἢ ὁρμιζομένας ἀπέσπων, ἢ ἐνεπίμπρασαν· ὅσαι δὲ ἔτι κατὰ τὸ πέλαγος ἐμάχοντο, τὰ περὶ αὐτὰς γιγνόμενα κατιδοῦσαι, παρεδίδοσαν ἑαυτὰς τοῖς πολεμίοις. Καὶ ὁ τοῦ Καίσαρος στρατὸς ἐπινίκιον ἠλάλαξεν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ὁ πεζὸς ἀντεβόησεν ἐπὶ τῆς γῆς. Οἱ Πομπηΐου δ' ἀνῴμωξαν· καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν Ναυλόχων ἀναθορὼν, ἐς τὴν Μεσσήνην ἠπείγετο, οὐδὲν ὑπὸ ἐκπλήξεως περὶ τῶν

lidi ictus sunt, et vectores concutiunt, et naves reddunt inutiliores. Aliæ per alias perrumpentes, sagittas simul aliaque missilia in eas conjiciebant; et actuariæ recolligebant eos, qui in mare essent prolapsi. Eratque contentio militum pariter ac nautarum gubernatorumque, sive artem, sive robur fortitudinemque cum clamore ostentantium: et cohortabantur duces, et machinæ omnes in usum adhibebantur. Sed maxime harpago probabatur, e longinquo propter levitatem in naves involans, inhærensque, præsertim quum retraheretur restibus: nec præcidi ab his, qui eo infestabantur propter cingens ferrum facile poterat; nec pertingi usque ad restes poterat propter longitudinem: et quoniam ignotum adhuc fuerat genus machinæ, ideo hostes falcatas hastas non præparaverant. Unus, ut in re improvisa, conatus profuturus videbatur, si vi remorum navim retraherent: sed quum idem adversarii facerent, par utrinque vis virorum erat, et harpago suum peragebat officium.

CXX. Quoties igitur naves propinquæ invicem essent, tum variis modis pugnabantur, et in adversarias transsiliebant. Nec jam facile erat hostem amplius ab amico discernere: majore enim ex parte eodem utebantur armorum genere, et lingua ferme omnes Latina, et tesseræ utrorumque inter permixtos evulgatæ sunt; unde magna utrisque ac multiplex doli nascebatur occasio, nec credi amplius tesseris poterat, nec omnino alteri alteros in certamine dignoscebant, et mare ubique cædibus, armis, naufragiis erat repletum. Nihil enim intentatum reliquerunt, præter ignem; quo, post primum concursum, quum cohærerent mutuo, abstinuerunt. Illud autem navium certamen uterque terrestris exercitus spectabat e littore, non sine metu studioque partium; in eo de sua quoque incolumitate agi existimans. Nihil tamen discernebant, ac ne poterant quidem, quamvis intentis oculis; utpote in DC navium longissime diducto ordine, variante ejulatu nunc hac parte, nunc alia.

CXXI. Vix tandem e turrium coloribus, quod solum discrimen navium erat, plures Pompeianas naves periisse intelligens Agrippa, cohortatus est proximos, quasi jam victores: redintegratoque in hostem impetu, urgere non desiit, donec qui ipsi oppositi erant primi, coacti cedere, turres dejecerunt, versisque navibus versus fretum fugerunt. Nec tamen plures, quam XVII naves, eo se recipere potuerunt. Reliquæ ab Agrippa interclusæ sunt: et earum aliæ, ad littus compulsæ, impegerunt in brevia; Cæsarianæque, easdem persecutæ, partim simul impegerunt præ impetu, partim retraxerunt a littore, partim incenderunt: cæteræ vero Pompeianæ naves, quotquot in alto adhuc continuaverant pugnam, ubi viderunt quid et his accidisset et sibi immineret, deditionem fecerunt. Tum Cæsarianus navalis exercitus victoriam significavit ingenti edito jubilo; et e terra reddiderunt conclamationem pedestres copiæ. Pompeiani vero ingemuerunt. Ipse Pompeius Naulochis Messanam se proripuit; sic attonitus, ut de terrestri exercitu

πεζῶν οὐδ' ἐπισκήψας. Ὅθεν καὶ τούσδε ὁ Καῖσαρ, Τισιηνοῦ παραδιδόντος, ὑποσπόνδους ἐδέχετο· καὶ τοὺς ἱππέας ἐπ' αὐτοῖς, τῶν ἱππάρχων παραδιδόντων. Κατέδυσαν δὲ ἐν τῷ πόνῳ νῆες Καίσαρος μὲν τρεῖς, Πομπηΐου δὲ ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, καὶ αἱ λοιπαὶ κατεφλέχθησαν, ἢ ἐλήφθησαν, ἢ ἐς τὴν γῆν ὀκέλλουσαι συνετρίβησαν· αἱ δὲ ἑπτακαίδεκα μόναι διέφυγον.

CXXII. Καὶ ὁ Πομπήϊος, ἐν ὁδῷ περὶ τῆς μεταγνώμης τοῦ πεζοῦ πυθόμενος, τήν τε ἐσθῆτα ἤλλαξεν ἐς ἰδιώτην ἀπ' αὐτοκράτορος, καὶ προὔπεμψεν ἐς Μεσσήνην, ἐς τὰς ναῦς ἐντίθεσθαι τὰ δυνατά· παρεσκεύαστο δὲ ἅπαντα ἐκ πολλοῦ· Πλέννιόν τε ἐκ Λιλυβαίου, μεθ' ὧν εἶχεν ὀκτὼ τελῶν, ἐκάλει κατὰ σπουδὴν, ὡς μετὰ τῶνδε φευξόμενος. Καὶ Πλέννιος μὲν ἠπείγετο πρὸς αὐτόν. Αὐτομολούντων δὲ ἑτέρων, φίλων τε καὶ φρουρίων καὶ στρατῶν, καὶ τῶν πολεμίων ἐς τὸν πορθμὸν ἐσπλεόντων, οὐχ ἀναμείνας οὐδὲ Πλέννιον ὁ Πομπήϊος ἐν πόλει καλῶς τετειχισμένῃ, ἔφευγεν ἐκ τῆς Μεσσήνης ἐπὶ τῶν ἑπτακαίδεκα νεῶν ἐς Ἀντώνιον, ὡς ἐξ ὁμοίων αὐτῷ τὴν μητέρα περισεσωκώς. Καὶ ὁ Πλέννιος αὐτὸν οὐ καταλαβὼν, ἐς τὴν Μεσσήνην παρῆλθε, καὶ κατεῖχε τῆς πόλεως. Ὁ δὲ Καῖσαρ, αὐτὸς μὲν ἔμεινεν ἐν τῷ περὶ Ναυλόχους στρατοπέδῳ· Ἀγρίππαν δ' ἐκέλευσε τῇ Μεσσήνῃ παρακαθέζεσθαι καὶ παρεκάθητο δὲ σὺν Λεπίδῳ. Πλεννίου πρεσβευομένου περὶ σπονδῶν, Ἀγρίππας μὲν ἠξίου περιμένειν Καίσαρα ἐς ἕω, Λέπιδος δὲ ἐδίδου τὰς σπονδάς· καὶ τὸν τοῦ Πλεννίου στρατὸν οἰκειούμενος ἑαυτῷ, συνεχώρει διαρπάσαι τὴν πόλιν μετὰ τοῦ ἄλλου στρατοῦ. Καὶ οἱ μὲν, ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ, περὶ ἧς δὴ καὶ μόνης παρεκάλουν, κέρδος ἀδόκητον εὑρόμενοι, τὴν Μεσσήνην ὅλῃ τῇ νυκτὶ μετὰ τῶν Λεπίδου διήρπαζον, καὶ μετεστρατεύοντο τῷ Λεπίδῳ.

CXXIII. Ὁ δὲ, σὺν τούτοις ἔχων δύο καὶ εἴκοσι τέλη πεζῶν καὶ ἱππέας πολλοὺς, ἐπῆρτο· καὶ κρατήσειν ἐδόκει Σικελίας, πρόφασιν ἔχων ὅτι πρῶτος ἐπιβαίη τῆς νήσου, καὶ πλέονας πόλεις ἐπαγάγοιτο. Ἔς τε τὰ φρούρια αὐτίκα περιέπεμπε, τοὺς παρὰ τοῦ Καίσαρος ἐλευσομένους μὴ προσίεσθαι, καὶ τὰ στενὰ πάντα ἐκρατύνετο. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἦλθε μὲν τῆς ἐπιούσης, καὶ ἐμέμφετο τῷ Λεπίδῳ διὰ τῶν φίλων, οἱ σύμμαχον αὐτὸν ἔφασκον ἐλθεῖν Καίσαρι ἐς Σικελίαν, οὐχ ἑαυτῷ κατακτησόμενον αὐτήν. Ὁ δὲ ἀντενεκάλει, τῆς προτέρας τάξεως ἀφῃρῆσθαι, καὶ μόνον ἔχειν αὐτὴν Καίσαρα· βουλομένῳ τε νῦν ἀντιδιδόναι Λιβύην καὶ Σικελίαν ὑπὲρ ἐκείνης. Χαλεπαίνων δ' ὁ Καῖσαρ, ἦλθε μὲν καὶ αὐτὸς ὑπὸ ὀργῆς, ὀνειδιῶν τὸν Λέπιδον ἐς ἀχαριστίαν. Διαπειλησάμενοι δὲ ἀλλήλοις διέστησαν· καὶ αὐτίκα αἵ τε φυλακαὶ διεκρίθησαν, καὶ αἱ νῆες ὥρμουν ἐπ' ἀγκυρῶν· ἐλέχθη γὰρ αὐτὰς ἐπινοεῖν ὁ Λέπιδος ἐμπρήσειν.

CXXIV. Ὁ δὲ στρατὸς ἤχθετο, εἰ πολεμήσουσιν αὖθις ἐμφύλιον πόλεμον ἕτερον, καὶ οὔ ποτε σφᾶς ἐπιλείψουσιν αἱ στάσεις. Οὐ μὴν ἐν ὁμοίῳ Καίσαρα καὶ

ne mandata quidem ulla reliquerit. Itaque et pedites, Cæsar, Tisieno dedente, in fidem recepit; et mox equitatum quoque, præfectis eorum pariter deditionem facientibus. Mersæ sunt in eo prælio naves Cæsaris tres, Pompeii XXVIII: reliquæ vero Pompeii naves aut crematæ, aut captæ sunt, aut littori illisæ fractæque: et solæ septemdecim effugerunt.

CXXII. Pompeius, postquam in via cognovit de defectione exercitus, privatum cultum sumsit pro imperatorio, præmissis Messanam qui in naves quidquid possent imponerent: jam dudum autem apparata erant omnia. Simul Plennium a Lilybæo propere accivit cum octo legionibus, quas fugæ comites erat habiturus. Et Plennius quidem festinus ad eum contendit. Pompeius vero, aliis et amicis et præsidiis et exercitibus ad victorem desciscentibus, hostibusque fretum intronavigantibus, ne Plennium quidem in urbe egregie munita exspectans, cum septemdecim illis navibus, quas dixi, Messana profugit ad Antonium; cujus matrem in simili periculo olim servaverat. Plennius mox post ejus discessum Messanam pervenit, et urbem eam tenuit. Cæsar in castris ad Naulochos mansit, Agrippa jusso Messanam obsidere: quod ille fecit una cum Lepido. Plennio vero legatos de pace mittente, Agrippa rem differendam in matutinum censuit, dum Cæsar advenisset; Lepidus vero pacem dedit; et, ut Plennii milites sibi conciliaret, urbem eis ex æquo cum reliquo exercitu diripiendam concessit. Qui præter salutem, quam solam precati erant, lucrum insperatum nacti, translatis ad Lepidum signis, Messanam per totam noctem una cum Lepidi militibus diripuerunt.

CXXIII. Quorum accessione Lepidus auctus usque ad viginti duarum legionum numerum cum equitatu valido, elatus est animo, et de obtinenda sibi Sicilia cogitavit, eo jure quod prior exscendisset in insulam, et plures civitates in fidem accepisset. Protinusque ad præsidia oppidorum circummisit, vetans ne Cæsarianos admitterent; et fauces ubique obsedit. Ac Cæsar quidem, postridie adveniens, expostulavit per amicos cum Lepido, qui aiebant, auxilio eum venisse Cæsari in Siciliam, non ut sibi eam acquireret. Sed ille, ademtum sibi, regerebat, pristinum dignitatis potentiæque gradum, quo nunc solus Cæsar potiatur; cui, si id placeat, libenter se permutaturum Africam et Siciliam pro his quæ sibi ademta sint. Id indigne ferens Cæsar, non tenuit iram, quin ipse Lepidum conveniret, et ingratitudinem ei exprobraret. Sed jactatis ultro citroque minis a se invicem discesserunt: et continuo seorsim actæ sunt ab utroque excubiæ, et Cæsaris naves paratæ steterunt in ancoris: dicebatur enim de illis incendendis cogitare Lepidus.

CXXIV. Id vero pergraviter tulit exercitus, novum si rursus immineret civile bellum, et nunquam finem essent habituræ contentiones. Neque tamen Lepidum conferebant

Λέπιδον ἐτίθεντο, οὐδὲ οἱ τῷ Λεπίδῳ στρατευόμενοι· ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς τὸν Καίσαρα ἐθαύμαζον, καὶ τὴν ἀργίαν συνῄδεσαν Λεπίδῳ, καὶ τῆς ἁρπαγῆς αὐτὸν ἐπεμέμφοντο αὐτῆς, ἐς τὸ ἴσον τοῖς ἡσσημένοις καταστάντες. Ὧν ὁ Καῖσαρ πυνθανόμενος, περιέπεμπε τοὺς τὰ συμφέροντα παραινέσοντας κρύφα ἑκάστοις. Ὡς δὲ αὐτῷ διεφθάρατο πολλοί, καὶ μάλιστα οἱ γενόμενοι τοῦ Πομπηΐου, διὰ δέος τοῦ μήπω τὰς σπονδὰς βεβαίους σφίσιν, εἰ μὴ συνθοῖτο ὁ Καῖσαρ, εἶναι· ἀγνοοῦντος ἔτι ταῦτα τοῦ Λεπίδου δι' ἀπραξίαν, ὁ Καῖσαρ ἐπῆλθεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ σὺν ἱππεῦσι πολλοῖς· οὓς πρὸ τοῦ χάρακος καταλιπὼν, ἐσῄει μετ' ὀλίγων, καὶ παριὼν ἐπεμαρτύρετο ἑκάστους ἄκων ἐς πόλεμον καθίστασθαι. Ἀσπαζομένων δ' αὐτὸν ὡς αὐτοκράτορα τῶν δρώντων, οἱ Πομπηϊανοὶ πρῶτοι συνέθεον, ὅσοι διεφθάρατο, καὶ συγγνῶναι σφίσι παρεκάλουν. Ὁ δ' ἔλεγε θαυμάζειν, εἰ, συγγνώμην αἰτοῦντες, οὐ πράσσουσιν οὔπω τὰ σφίσιν αὐτοῖς συνοίσοντα. Οἱ δὲ, συνέντες, αὐτίκα ἥρπαζον τὰ σημεῖα, καὶ ἐς τὸν Καίσαρα μετέφερον, καὶ σκηνὰς ἔλυον ἕτεροι.

CXXV. Καὶ τοῦ θορύβου Λέπιδος αἰσθόμενος, ἐξέθορε τῆς σκηνῆς ἐπὶ τὰ ὅπλα. Βολαί τε ἦσαν ἤδη, καὶ τῶν ὁπλοφόρων τις τῶν Καίσαρος ἔπιπτε, καὶ αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐς τὸν θώρακα ἐβλήθη· τὸ δὲ βέλος οὐκ ἐξίκετο ἐπὶ τὸν χρῶτα, ἀλλὰ δρόμῳ διέφυγεν ἐπὶ τοὺς ἱππέας. Λεπίδου δέ τι φρούριον ἐπετώθασε τῷ δρόμῳ· καὶ οὐκ ἀνέσχεν ὁ Καῖσαρ ὑπὸ ὀργῆς, πρὶν ἐξελεῖν αὐτὸ σὺν τοῖς ἱππεῦσι, καὶ καθελεῖν. Ἑτέρων δ' αὖ φρουρίων ἡγεμόνες, οἱ μὲν αὐτίκα, οἱ δὲ νυκτὸς, μετετίθεντο ἐκ Λεπίδου πρὸς Καίσαρα· οἱ μὲν ἄνευ τινὸς πείρας, οἱ δὲ καὶ ἐς ὑπόκρισιν ὑπὸ ἱππέων μικρὰ ἐνοχληθέντες. Εἰσὶ δ' οἳ τὰς προσβολὰς ἔτι ὑπέμενον καὶ ἀπεκρούοντο· καὶ γὰρ ὁ Λέπιδος περιέπεμπεν ἐς πάντα ἐπικούρους. Καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ἐπικούρων μεθισταμένων, ἡ λοιπὴ τοῦ Λεπίδου στρατιὰ, καὶ εἴ τις εὔνους ἔτι ἦν, ἐτρέπετο τῇ γνώμῃ. Καὶ πρῶτοι μὲν αὖθις οἱ Πομπηϊανοὶ, ὅσοι ἔτι ἦσαν παρ' αὐτῷ, μετεπήδων κατὰ μέρη. Λεπίδου δ' ἐς κώλυσιν αὐτοῖς τοὺς ἑτέρους ἐφοπλίσαντος, οἱ ἐπὶ κώλυμα τῶν ἄλλων ὁπλισάμενοι, τὰ ἑαυτῶν ἐπήγοντο σημεῖα καὶ σὺν τοῖς ἑτέροις ἐχώρουν πρὸς τὸν Καίσαρα. Λέπιδος δ' αὐτοῖς ἀπιοῦσιν ἠπείλει, καὶ ἐδεῖτο, καὶ τῶν σημείων εἴχετο, καὶ οὐ μεθήσειν ἔλεγε· μέχρι τῶν φερόντων αὐτά τις εἶπε μεθήσειν ἀποθανόντα, καὶ δείσας μεθῆκεν.

CXXVI. Οἱ δὲ ἱππεῖς τελευταῖοι χωροῦντες ἔπεμψάν τινα, πευσόμενοι τοῦ Καίσαρος, εἰ κτείνωσι Λέπιδον, οὐκ ἔτι ὄντα αὐτοκράτορα· ὁ δὲ ἀπεῖπεν. Οὕτω Λέπιδος, ἀδοκήτῳ πάντων ἀπιστίᾳ συμπεσὼν, ἔρημος ἐκ τύχης τοσῆσδε καὶ στρατοῦ τοσοῦδε ἐγίγνετο ἐν βραχεῖ. Καὶ τὸ σχῆμα ἀλλάξας, ἔθει πρὸς τὸν Καίσαρα, δρόμῳ συντρεχόντων ὡς ἐπὶ θέᾳ τῶν δρώντων. Ὁ δὲ Καῖσαρ ὑπανέστη τε αὐτῷ προσθέοντι, καὶ προσπεσεῖν ἐθέλοντα κωλύσας, ἔπεμψεν ἐς Ῥώμην, ἐφ' οὗπερ ἦν σχήματος ἰδιώτην ἀπ' αὐτοκράτορος, οὐδὲν

cum Cæsare, ne ipsius quidem Lepidi milites; mirantes virtutem Cæsaris, et Lepidi non solum segnitiem, sed et nuperam iniquitatem damnantes, quod in direptione Messanæ victis ipsos æquavisset. Quibus rebus intellectis, Cæsar, circummissis idoneis hominibus, clam singulos commonuit, ut rebus suis consulerent. Corruptisque jam compluribus, præsertim his, qui Pompeio militaverant, et nondum satis firmam sibi pacem nunc fore putabant, ni et Cæsar fidem daret; ad castra Lepidi, securi etiam tum et ignari quid ageretur, accessit cum magno equitum numero. Quibus ante vallum relictis, cum paucis intravit; procedensque in medium, singulos testatus est, invitum se trahi ad bellum. Ibi vero salutantibus Imperatorem proximis, Pompeiani primi accurrerunt, quotquot corrupti fuerant, veniamque petierunt. Ille « mirari se, aiebat, veniam eos petere, necdum tamen, quod in rem ipsorum conducat, facere. » Intellexerunt dictum : moxque arrepta signa transtulerunt ad Cæsarem, et alii detendebant tentoria.

CXXV. Eum tumultum ubi sensit Lepidus, ad arma prosiliit e tentorio : commissaque velitatione, unus armigerorum Cæsaris cecidit, et ipse Cæsar in thoracem telum recepit, quod tamen ad cutim non pervenit; moxque cursim ille se recepit ad equites. Sic currentem custodes castelli cujusdam cavillati sunt : quam contumeliam non ferens Cæsar, iram prius non posuit, quam cum succurrentibus equitibus suis et expugnasset castellum et præsidiarios interfecisset. Sed cæterorum castellorum præfecti, pars continuo, pars nocte insequenti a Lepido ad Cæsarem defecerunt : quidam ne sollicitati quidem, alii in speciem tantum infestati ab equitibus. Non defuere tamen, qui oppugnatores etiam suos serio adhuc repellerent : nam Lepidus quoquoversum submittebat auxilia. Sed et ipsa auxilia quum transitionem facerent, reliquus ejus exercitus, quamvis non male illi volens, mutabat sententiam. Ac rursus primi Pompeiani, quotquot adhuc in officio permanserant, agminatim transibant alii post alios. Quumque Lepidus ad eos continendos armaret alios, hi ipsi ad continendos commilitones armati, prehensis signis, una cum alteris ad Cæsarem discedebant. Lepidus minis ac precibus cum abeuntibus agebat, signa retentans, et ea se dimissurum negans; donec unus e signiferis « Dimittes ea vel mortuus » dixit. Tum demum cessit territus.

CXXVI. Postremi defecerunt equites, miseruntque ad Cæsarem sciscitatum « interficerentne Lepidum, quippe non amplius imperatorem? » Quod ille tamen non permisit. Atque ita Lepidus, necopinans desertus ab omnibus, tanta felicitate tantique exercitus imperio brevi temporis momento excidit : mutatoque cultu properavit ad Cæsarem, aliis pariter festinantibus velut ad spectaculum. Cui Cæsar assurrexit, nec passus est ad genua sibi accidere; sed eo quo erat habitu privatum Romam misit, ademto imperio,

ἔτι πλὴν ἱερέα ἧς εἶχεν ἱερωσύνης. Ὁ μὲν δὴ, καὶ αὐτοκράτωρ πολλάκις, καὶ τῶν τριῶν ἀνδρῶν γενόμενος, ἄρχοντάς τε ἀποφήνας, καὶ προγράψας ἐπὶ θανάτῳ τοσούσδε ὁμοτίμους, ἰδιωτεύων, καὶ ἐνίοις τῶν προγραφέντων ἄρχουσιν ὕστερον παριστάμενος, διεβίωσε.

CXXVII. Πομπήϊον δὲ ὁ μὲν Καῖσαρ οὐκ ἐδίωκεν, οὐδ' ἑτέροις ἐπέτρεπε διώκειν· εἴτε ὡς ἐς ἀλλοτρίαν ἀρχὴν τὴν Ἀντωνίου φυλασσόμενος ἐμβαλεῖν· εἴτε καραδοκῶν τὸ μέλλον, καὶ τὰ ἐς αὐτὸν ἐσόμενα ἐξ Ἀντωνίου, καὶ πρόφασιν ἕξων διαφορᾶς, εἰ μὴ δίκαια γίγνοιτο (οὐ γὰρ ἀνύποπτοί γε ἦσαν ἐκ πολλοῦ, διὰ φιλαρχίαν, ὅτε τοὺς ἄλλους ἐξέλοιεν, ἀλλήλοις διερίσειν)· εἴθ', ὡς αὐτὸς ἔλεγεν ὕστερον ὁ Καῖσαρ, ὅτι μὴ γίγνοιτο τοῦ πατρὸς ἀνδροφόνος ὁ Πομπήϊος. Τὴν δὲ στρατιὰν συνῆγε, καὶ ἐγένετο αὐτῷ τέλη μὲν ὁπλιτῶν πέντε καὶ τεσσαράκοντα, καὶ ἱππεῖς δισμύριοι καὶ πεντακισχίλιοι, κοῦφοι δὲ, τῶν ἱππέων ὑπὲρ ἡμιολίους, μακραί τε νῆες ἑξακόσιαι· τὸ δὲ τῶν φορτίδων πλῆθος, καίπερ ὂν ἄπειρον, τοῖς δεσπόταις διέπεμπε. Καὶ τὸν στρατὸν ἐπινικίοις ἐδωρεῖτο, τὰ μὲν ἤδη διδοὺς, τὰ δὲ ὑπισχνούμενος, στεφάνους τε καὶ τιμὰς ἅπασιν ἔνεμε, καὶ συγγνώμην τοῖς ἡγεμόσιν ἐδίδου τοῦ Πομπηΐου.

CXXVIII. Ζήλου δὲ αὐτῷ γέμοντι ἐπὶ τούτοις, τὸ δαιμόνιον ἐνεμέσησε τοῦ ζήλου· καὶ ὁ στρατὸς ἐστασίασεν, ὁ οἰκεῖος αὐτοῦ μάλιστα, ἀπολυθῆναί τε τῆς στρατείας ἐπειγόμενοι, καὶ γέρα λαβεῖν ὅμοια τοῖς ἐν Φιλίπποις ἀγωνισαμένοις. Ὁ δὲ ᾔδει μὲν, οὐχ ὅμοιον ἐκείνῳ τόνδε τὸν ἀγῶνα· ὑπισχνεῖτο δ' ὅμως, τὰ ἄξια δώσειν σὺν τοῖς ὑπ' Ἀντωνίῳ στρατευομένοις, ὅτε κἀκεῖνος ἀφίκηται. Περὶ δὲ τῆς ἀστρατείας ὑπεμίμνησκε σὺν ἀπειλῇ τῶν πατρίων νόμων τε καὶ ὅρκων καὶ κολάσεων. Οὐκ εὐπειθῶς δὲ ἀκροωμένων, ὑφῆκε τῆς ἀπειλῆς, ἵνα μή τις ἐκ τῶν νεολήπτων στρατῶν ἐπιγένοιτο θόρυβος· καὶ ἔλεγεν, ἐν καιρῷ τε ἀπολύσειν σὺν Ἀντωνίῳ, καὶ ἄξειν νῦν οὐκ ἐπ' ἐμφύλια ἔτι, πεπαυμένα σὺν τύχῃ χρηστῇ, ἐπὶ δ' Ἰλλυριοὺς, καὶ ἕτερα ἔθνη βάρβαρα, σαλεύοντα τὴν μόλις κτηθεῖσαν εἰρήνην, ὅθεν καταπλουτιεῖν αὐτούς. Οἱ δ' οὐκ ἔφασαν αὖθις στρατεύεσθαι, πρὶν τῶν προτέρων λαβεῖν γέρα τε καὶ τιμάς. Ὁ δὲ οὐκ ἔφη τὰς τιμὰς οὐδὲ νῦν ἀνατίθεσθαι· πολλὰς δὲ δοὺς, προστιθέναι στεφάνους ἔτι τοῖς τέλεσιν ἄλλους, καὶ λοχαγοῖς καὶ χιλιάρχοις περιπορφύρους ἐσθῆτας, καὶ βουλευτικὴν ἐν ταῖς πατρίσιν ἀξίωσιν. Ἔτι δὲ αὐτοῦ τοιάδε προστιθέντος ἕτερα, ὑπεφώνησε χιλίαρχος Ὀφίλλιος, στεφάνους μὲν καὶ πορφύραν εἶναι παισὶν ἀθύρματα· στρατοῦ δὲ γέρα, χωρία καὶ χρήματα. Καὶ τοῦ πλήθους ἐπιβοήσαντος ὅτι ὀρθῶς λέγοι, ὁ μὲν Καῖσαρ ἀπέστη τοῦ βήματος δυσχεραίνων· οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν χιλίαρχον ἦσαν, ἐπαινοῦντές τε, καὶ τοῖς οὐ συνισταμένοις αὐτῷ λοιδορούμενοι. Ὁ δ' ἔφη καὶ μόνος ἀρκέσειν ἐπὶ οὕτω δικαίοις· ἀλλ' ὁ μὲν, τόδε εἰπὼν, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἀφανὴς ἦν, καὶ οὐδ' ὅ τι γένοιτο ἐγιγνώσκετο.

CXXIX. Ὁ δὲ στρατὸς οὐκ ἔτι μὲν, ὑπὸ δέους,

sacerdotio tantum relicto. Ab hoc tempore ille; sæpius antea imperator, et quondam Triumvir, qui magistratus creaverat, et tot pari dignitate præditos proscripserat, privatam vitam exegit; in qua nonnullis quoque ex his qui ab illo olim proscripti fuerunt, magistratus deinde adeptis, supplex factus est.

CXXVII. Cæterum Pompeium Cæsar nec ipse persecutus est, nec alios persequi sivit : sive quod nollet invadere in alienum imperium Antonii; sive quod futura spectaret conatusque Antonii, habiturus justam occasionem dissidii, si quid ille præter æquum fecisset (jam pridem enim haud sane obscurum erat, hos duos, sublatis aliis, propter imperandi cupiditatem inter se ipsos esse decertaturos); sive, ut ipse Cæsar aiebat postea, quia Pompeius in parricidarum non fuerat numero. Coactis autem in unum copiis, repertæ Cæsaris sunt legiones XLV equitum XXV M. levis armaturæ tantundem quantum equitum et dimidium insuper : naves longæ DC : onerarias autem, numero pæne infinitas, ad proprios dominos remisit. Jamque militibus donativum ob victoriam dedit, plura in futurum pollicitus : coronas quoque aliosque honores distribuit omnibus; et Pompeianis ducibus veniam concessit.

CXXVIII. Huic tantæ Cæsaris felicitati fortuna invidit : nam exercitus, præsertim ipsius proprius, seditionem movit, missionem flagitans, et præmia paria eis quæ Philippensi prælio victores acceperant. Et Cæsar, quum hoc certamen cum altero illo non conferendum sciret, promisit tamen, accepturos digna præmia una cum Antonii militibus, quando ille rediisset. Quod autem ad vacationis flagitationem attinet, minaciter admonuit milites sacramenti disciplinæque, a majoribus acceptæ. Sed quum persisterent in contumacia, remisit minas, ne quis tumultus ab exercitibus dedititiis etiam accederet : promisitque, se cum Antonio eos dimissurum justo tempore : nunc usurum opera eorum non ad bella civilia amplius, quæ deo fortunante sepulta sint; sed contra Illyrios aliasque gentes barbaras, pacem vix partam labefactantes : ex qua militia percepturi essent lucra uberrima. Negarunt illi, novam se prius subituros militiam, quam præteritorum laborum repræsentata sibi fuerint præmia honoresque. Respondit, honores se ne nunc quidem differre; sed, præter plures jam collatos, alias etiam coronas legionibus addere, et prætextas tribunis ac centurionibus, senatoriamque dignitatem cuique in sua patria. Hæc et alia his similia dum militibus Cæsar offert, exclamavit tribunus Ofilius « corollas et prætextas puerorum esse oblectamenta; militum præmia agros esse et pecunias. » Quod postquam « recte dictum » conclamavit multitudo, indignatus Cæsar discessit e tribunali : milites autem circumstabant tribunum, laudantes hominem, et reliquis, qui se ad eos non aggregarent, convicia ingerentes. Sed ille « vel se solum, inquit, ad tuendam tam justam causam suffecturum. » His vero dictis, sequenti die nusquam amplius homo comparuit, nec, quid illi acciderit, compertum est.

CXXIX. Tum milites non amplius singuli, propter me-

οὐδεὶς καθ' ἕνα ἐφθέγγετο· κοινῇ δ' ἐβόων, ἀνὰ μέρη συνιστάμενοι, ἀφεθῆναι τῶν στρατειῶν. Ὁ δὲ Καῖσαρ αὐτῶν τοὺς μὲν ἄρχοντας ἐξωμίλει ποικίλως· τῶν δ' ἐν Φιλίπποις καὶ Μουτίνῃ στρατευσαμένων, ὡς χρονιωτέρων ἄρα ὄντων, ἐδίδου τοῖς θέλουσιν ἀποστρατεύσεσθαι· καὶ γενομένους ἐς δισμυρίους εὐθὺς ἀπέλυε, καὶ ἐξέπεμπε τῆς νήσου, μὴ διαφθείραιεν ἑτέρους· τοσόνδε τοῖς ἐκ Μουτίνης μόνοις ἐπειπὼν, ὅτι σφίσιν ἀποδώσει τὰ τότε ὑπεσχημένα, καίπερ οὕτως ἀπολυθεῖσιν. Ἐς δὲ τὸ ἄλλο πλῆθος ἐπελθὼν, τοὺς μὲν ἀποστάντας ἐμαρτύρετο τῆς ἐπιορκίας, οὐ κατὰ γνώμην τοῦ αὐτοκράτορος τῆς στρατείας ἀπολυθέντας· τοὺς δὲ παρόντας ἐπῄνει, καὶ ἐπήλπιζεν ἀπολύσειν μὲν ταχέως, ὅτε μηδενὶ μετανοήσει, καταπλουτιεῖν δὲ ἀπολύων, καὶ νῦν ἐπιδιδόναι δραχμὰς πεντακοσίας ἑκάστῳ. Τοιάδε εἰπὼν, Σικελίᾳ μὲν ἐπέβαλλεν ἐσφορὰν, χίλια τάλαντα καὶ ἑξακόσια, στρατηγοὺς δ' ἀπέφαινε Λιβύης καὶ Σικελίας, καὶ στρατὸν ἐς ἑκατέραν διῄρει· καὶ τὰς ναῦς τὰς Ἀντωνίου διέπεμπεν ἐς Τάραντα, καὶ τοῦ λοιποῦ στρατοῦ τὸν μὲν προὔπεμπεν ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐπὶ νεῶν, τὸν δ' ἐπαγόμενος αὐτὸς ἐκ τῆς νήσου διεπέρα.

CXXX. Ἐρχομένῳ δ' ἥ τε βουλὴ τιμὰς ἐψηφίσατο ἀμέτρους, ὧν αὐτὸν ἐποίουν κριτὴν, ἢ πάσας λαβεῖν, ἢ ὅσας δοκιμάσειε· καὶ ὑπήντων ὅτι πορρωτάτω καὶ αὐτοὶ καὶ ὁ δῆμος ἐστεφανωμένοι, ἔς τε τὰ ἱερὰ καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν ἐς τὴν οἰκίαν ἀπιόντα παρέπεμπον. Τῆς δ' ἐπιούσης αὐτὸς ἐδουληγόρησέ τε καὶ ἐδημηγόρησε, τὰ ἔργα καὶ τὴν πολιτείαν ἑαυτοῦ τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἐς τότε καταλέγων· καὶ τὰ εἰρημένα συγγράψας, τὸ βιβλίον ἐξέδωκε· κατήγγελλέ τε εἰρήνην καὶ εὐθυμίαν, ἐς τέλος τῶν ἐμφυλίων ἀνῃρημένων, καὶ τῶν ἐσφορῶν τοὺς ἔτι ὀφείλοντας ἀπέλυε, καὶ φόρων τελώνας τε, καὶ τοὺς τὰ μισθώματα ἔχοντας, ὧν ἔτι ὀφείλοιεν. Ἐκ δὲ τῶν ἐψηφισμένων τιμῶν ἐδέχετο πομπὴν, ἐτήσιόν τε ἱερομηνίαν εἶναι καθ' ἃς ἡμέρας ἐνίκα, καὶ ἐπινίκιος ἐν ἀγορᾷ χρύσεος ἑστάναι μετὰ σχήματος οὗπερ ἔχων ἐσῆλθε, περικειμένων τῷ κίονι νεῶν ἐμβόλων. Καὶ ἕστηκεν ἡ εἰκὼν, ἐπιγραφὴν ἔχουσα, ὅτι ΤΗΝ ΕΙΡΗΝΗΝ ΕΣΤΑΣΙΑΣΜΕΝΗΝ ΕΚ ΠΟΛΛΟΥ ΣΥΝΕΣΤΗΣΕ ΚΑΤΑ ΤΕ ΓΗΝ ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΑΝ.

CXXXI. Τοῦ δὲ δήμου τὴν μεγίστην ἱερωσύνην ἐς αὐτὸν ἐκ Λεπίδου μεταφέροντος, ἣν ἕνα ἔχειν νενόμισται μέχρι θανάτου, οὐκ ἐδέχετο· καὶ κτείνειν τὸν Λέπιδον ὡς πολέμιον κελευόντων, οὐκ ἠνείχετο. Ἐς δὲ τὰ στρατόπεδα πάντα σεσημασμένας ἔπεμψεν ἐπιστολὰς, ἐντελλόμενος ἡμέρᾳ μιᾷ πάντας ἀνειλήσαντας αὐτὰς ἐπιχειρεῖν τοῖς κεκελευσμένοις. Καὶ ἦν τὰ ἐπεσταλμένα περὶ τῶν θεραπόντων, ὅσοι παρὰ τὴν στάσιν ἀποδράσαντες ἐστρατεύοντο, καὶ αὐτοῖς τὴν ἐλευθερίαν ᾐτήκει Πομπήϊος, καὶ ἡ βουλὴ καὶ αἱ συνθῆκαι δεδώκεσαν. Οἱ δὲ μιᾶς ἡμέρας συνελαμβάνοντο· καὶ ἀχθέντας αὐτοὺς ἐς Ῥώμην ὁ Καῖσαρ ἀπέδωκεν αὐτῶν τε Ῥωμαίων καὶ Ἰταλῶν τοῖς δεσπόταις, ἢ διαδόχοις αὐτῶν· ἀπέδωκε δὲ καὶ Σικελιώταις. Ὅσους δ' οὐκ

tum, sed gregatim uno ore vociferabantur, missionem postulantes. Horum præfectos Cæsar variis molliebat alloquiis : eis vero qui ad Philippos et Mutinam meruerant, ut diuturniore militia defunctis, missionem concessit. Dimissosque, numero ad vicies mille, protinus ablegavit ex insula, ne contagione seditionis alios corrumperent : hoc tantum ad Mutinensis belli veteranos effatus, quamvis sic dimissis, redditurum se tamen ea quæ tunc illis promissa fuissent. Reliquos vero pro concione alloquens, testes faciebat perjurii discedentium, non ex imperatoris sententia dimissorum : ipsos vero laudabat, brevi secuturæ missionis spem faciens : foreque ut nec officii quemquam pœniteat, et dimittantur ditati : nunc addere se viritim quingenos denarios. Post concionem, indixit tributum Siciliæ MDC talenta : designavitque proprætores Africæ ac Siciliæ, parte exercitus cuique harum provinciarum attributa. Tum naves Antonii Tarentum misit : reliquum exercitum partim præmisit in Italiam, partim ipse secum duxit decedens ex insula.

CXXX. Romam reverso Cæsari senatus immodicos honores decrevit; ipsi permittens, ut arbitratu suo vel omnes, vel quotquot placerent, acciperet : itumque est obviam quam longissime a coronatis tam senatoribus quam cætero populo : qui eum ad templa primum, deinde domum, deduxerunt. Sequenti vero die tam apud senatum quam pro concione populi oratione habita, res a se gestas Cæsar ordine recensuit, administrationemque reipublicæ, jam inde ex quo ad eam admotus est usque ad illum diem, exposuit : quas orationes a seipso conscriptas in vulgus deinde edidit multis exemplaribus : denunciavitque pacem et tranquillitatem, post sublata funditus bella civilia; et tributa nondum reddita condonavit debitoribus; pariterque publicanorum debita remisit, et mercedes nondum persolutas pro locationibus publicis. Ex honoribus autem per senatusconsultum oblatis accepit ovationem, et annua solennia diebus victoriæ, auratamque in foro statuam, triumphali habitu, quo urbem esset ingressus, insistentem columnæ rostris navium cinctæ. Ac posita est statua hoc titulo : PACE POST DIUTURNAS TURBAS TERRA MARIQUE RESTITUTA.

CXXXI. Quum vero pontificatum maximum populus a Lepido in eum vellet transferre, nemini vivo more majorum adimi solitum, recusavit : et quum Lepidum, ut hostem, necari juberent, non sustinuit. Ad omnes vero exercitus obsignatas misit literas, præcepitque, ut uno die aperirentur omnes, protinusque jussa peragerentur. Ea jussa pertinebant ad servos, qui dissensionum intestinarum tempore aufugerant et militiæ erant adscripti; quibus, poscente Pompeio, senatus ex fœdere libertatem concesserat. Quos uno die comprehensos, et in Urbem adductos, Romanis Italisque dominis Cæsar restituit aut eorumdem hæredibus : Siculisque pariter fugitivos suos remisit. Si quos autem

ἣν ὁ ληψόμενος, ἔκτεινε παρὰ ταῖς πόλεσιν αὐταῖς ὧν ἀπέδρασαν.

CXXXII. Τοῦτο μὲν δὴ τῶν τότε στάσεων ἐδόκει τέλος εἶναι. Καὶ ἦν ὁ Καῖσαρ ἐτῶν ἐς τότε ὀκτὼ καὶ εἴκοσι· καὶ αὐτὸν αἱ πόλεις τοῖς σφετέροις θεοῖς συνίδρυον. Λῃστευομένης δὲ κατὰ συστάσεις τῆς τε Ῥώμης αὐτῆς καὶ τῆς Σικελίας περιφανῶς, καὶ τῶν γιγνομένων ἁρπαγῇ μετὰ τόλμης, ἢ λῃστείᾳ λανθανούσῃ, μᾶλλον ἐοικότων· Σαβῖνος ὑπὸ Καίσαρος αἱρεθεὶς ἐς διόρθωσιν, πολὺν μὲν εἰργάσατο φθόρον τῶν ἁλισκομένων, ἐνιαυτῷ δ' ὅμως εἰς εἰρήνην ἀφύλακτον ἅπαντα περιήγαγε. Καὶ ἐξ ἐκείνου φασὶ παραμεῖναι τὸ τῆς στρατιᾶς τῶν νυκτοφυλάκων ἔθος τε καὶ εἶδος. Θαυμαζόμενος δὲ ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τῷδε, ὀξέως οὕτως ἐξ ἀδοκήτου διωρθωμένῳ, πολλὰ τῆς πολιτείας ἐφίει τοῖς ἐτησίοις ἄρχουσι διοικεῖν κατὰ τὰ πάτρια· καὶ γραμματεῖα ὅσα τῆς στάσεως σύμβολα ἔκαιε, καὶ τὴν ἐντελῆ πολιτείαν ἔλεγεν ἀποδώσειν, εἰ παραγένοιτο ἐκ Παρθυαίων Ἀντώνιος· πείθεσθαι γάρ, κἀκεῖνον ἐθέλειν ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν, τῶν ἐμφυλίων καταπεπαυμένων. Ἐφ' οἷς αὐτὸν, εὐφημοῦντες, εἵλοντο δήμαρχον ἐς ἀεὶ, διηνεκεῖ ἄρα ἀρχῇ προτρέποντες τῆς προτέρας ἀποστῆναι. Ὁ δὲ ἐδέξατο μὲν καὶ τήνδε· Ἀντωνίῳ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπέστελλεν. Ὁ δὲ καὶ Βύβλον ἀπιόντα πρὸς αὐτὸν ἐντυχεῖν ἐδίδασκεν· ἐς δὲ τὰ ἔθνη τοὺς ἡγεμόνας αὐτὸς ὁμοίως ἔπεμπε, καὶ ἐς Ἰλλυριοὺς ἐπενόει συστρατεύειν.

CXXXIII. Πομπήϊος δ' ἐκ μὲν Σικελίας ἄκρᾳ Λακινίᾳ προσέσχε, καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἥρας πλουτοῦν ἀναθήμασιν ἐσύλησε, φεύγων ἐς Ἀντώνιον. Ἐς δὲ Μιτυλήνην καταχθεὶς, διέτριβεν, ἔνθα αὐτὸν ἔτι παῖδα μετὰ τῆς μητρὸς ὑπεξέθετο ὁ πατὴρ, Γαΐῳ Καίσαρι πολεμῶν, καὶ ἡττηθεὶς ἀνέλαβεν. Ἀντωνίου δὲ πολεμοῦντος ἐν Μηδίᾳ Μήδοις τε καὶ Παρθυαίοις, γνώμην ὁ Πομπήϊος ἐποιεῖτο, ἑαυτὸν ἐπανελθόντι ἐπιτρέψαι. Ἐπὶ δ' ἐπύθετο ἡσσῆσθαι Ἀντώνιον, καὶ τὸ συμβὰν ἡ φήμη ὁμοίως μετέφερεν, αὖθις ἦν ἐν ἐλπίσιν, ὡς ἢ διαδεξόμενος Ἀντώνιον, εἰ τέθνηκεν, ἢ μεριούμενος ἐπανελθόντι· ἐνθύμιός τέ οἱ συνεχὲς ἦν Λαβιηνὸς οὐ πρὸ πολλοῦ τὴν Ἀσίαν ἐπιδραμών. Ὧδε δὲ ἔχοντι ἀγγέλλεται Ἀντώνιος εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπανελθών. Καὶ τεχνάζων ἔτι ἐπ' ἀμφότερα, διεπρεσβεύετο πρὸς αὐτὸν, ἐπιτρέπων ἐκείνῳ, καὶ φίλον εἶναι διδοὺς καὶ σύμμαχον, ἔργῳ δὲ τὰ Ἀντωνίου κατασκεπτόμενος. Ἔς τε Θρᾴκην καὶ ἐς τὸν Πόντον ἔπεμπεν ἑτέρους κρύφα πρὸς τοὺς ἑκατέρων δυνάστας· ἐπινοῶν, εἰ μὴ κρατεῖ τῶν ἐνθυμουμένων, διὰ τοῦ Πόντου φυγεῖν ἐς Ἀρμενίαν. Ἔπεμπε δὲ καὶ ἐς Παρθυαίους, ἐλπίσας, ἐς τὰ λοιπὰ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἀντώνιον αὐτοὺς δέξασθαι προθύμως στρατηγὸν Ῥωμαῖόν τε καὶ παῖδα Μάγνου μάλιστα. Τάς τε ναῦς ἐπεσκεύαζε, καὶ τὸν ἐν αὐταῖς στρατὸν ἐγύμναζεν, ὑποκρινόμενος ἢ δεδιέναι Καίσαρα, ἢ Ἀντωνίῳ τάδε παρασκευάζειν.

CXXXIV. Ὁ δὲ Ἀντώνιος πυθόμενος μὲν εὐθὺς

nemo in servitutem asserebat, hos juxta ipsa oppida, unde quisque aufugerat, capite mulctavit.

CXXXII. Itaque jam dissensionum illorum temporum finis advenisse visus est. Et Cæsar, annum tunc ætatis agens vicesimum octavum, oppidatim inter deos tutelares est consecratus. Sed quum Urbs ipsa Siciliaque palam infestaretur a latronibus, catervatim tanta audacia grassantibus, ut prædonibus similiores essent, quam occultis latronibus; Sabinus ad id corrigendum electus a Cæsare, multos comprehensos affecit suppliciis : et intra annum securam pacem reddidit omnibus. Ex illoque tempore institutas aiunt cohortes militares nocturnorum vigilum, ea forma rationeque quæ ad hunc diem obtinet. Id tam opportunum et opinione citius remedium Cæsari egregiam existimationem peperit. Idemque jam multa quoque ad rempublicam pertinentia more majorum annuis magistratibus administranda permisit : et, crematis literis actisque omnibus, quæ dissensionum præteritarum documenta essent, pollicitus est « se integram populo restituturum rempublicam, quam primum rediisset Antonius : persuasum enim se habere, velle et illum deponere magistratum, sublatis bellis civilibus. » Tum faustis exceptum acclamationibus Cæsarem tribunum plebis crearunt in perpetuum, invitantes eum perpetuo hoc magistratu ad priorem deponendum. Et accepit eum honorem Cæsar : cæterum privatim ad Antonium de magistratu et imperio scripsit. Antonius vero Bibulo quoque, a se discedenti, mandata ad Cæsarem dedit : et in provincias præsides ipse misit similiter, cogitavitque socius expeditionis Illyricæ fieri.

CXXXIII. Pompeius, e Sicilia fugiens, primum ad Lacinium promontorium appulerat, ibique fanum Junonis votivis donariis dives spoliaverat. Eum Antonium petens, delatusque Mitylenen, egit ibi aliquantisper, ubi eum olim cum matre, puerum adhuc, deposuerat pater bellum gerens cum Cæsare, victusque inde receperat. Jam quum bellum in Media cum Medis Parthisque Antonius gereret, Pompeius statuerat reverso in fidem se committere. Sed ubi victum audivit, et constans fama idem ferebat, rursum spem concepit, aut successurum se in universam Antonii, si periisset, potentiam; aut saltem in partem illius, si salvus rediisset Antonius, iri receptum : et obversabatur semper animo ejus recens Labieni exemplum, qui Asiam incursaverat. His consiliis occupato nunciatur Antonius rediisse Alexandriam. Proinde ad utrumque viam sibi muniens, per legationes offerebat se illi amicum et socium : revera quidem hoc tantum agens, ut res ejus exploratas haberet. Interim ad Thraciæ Pontique dynastas alios legatos clam mittebat; cogitans, si ea, quæ cupiebat, ab Antonio non impetrasset, per Pontum fugere in Armeniam. Quin et ad Parthos misit, sperans, illos ad bellum nondum confectum adversus Antonium libenter se duce usuros, non solum Romano homine, sed et Magni Pompeii filio. Simul vero naves reficiebat, et socios navales exercebat, nunc metum a Cæsare simulans, nunc parari hæc in usum Antonii.

CXXXIV. Sed Antonius, quamprimum audivit de Pom-

ἀμφὶ τοῦ Πομπηίου, στρατηγὸν ἐπ' αὐτὸν Τίτιον ᾕρητο, καὶ, ναῦς καὶ στρατὸν ἐκ Συρίας λαβόντα, ἐκέλευε, πολεμοῦντι μὲν τῷ Πομπηίῳ πολεμεῖν κατὰ κράτος, ἐπιτρέποντα δὲ αὑτὸν Ἀντωνίῳ, μετὰ τιμῆς ἄγειν. Ἐλθοῦσι δὲ τοῖς πρέσβεσιν ἐχρημάτιζεν, ἀγγέλλουσιν οὕτως· « Ἡμᾶς Πομπήϊος ἔπεμψεν, οὐχ ἀπορῶν μὲν ἐς Ἰβηρίαν, εἰ πολεμεῖν ἐγνώκει, διαπλεῦσαι, φίλην οὖσαν αὐτῷ πατρόθεν, καὶ συλλαβοῦσαν ἔτι ὄντι νεωτέρῳ, καὶ καλοῦσαν ἐπὶ ταῦτα καὶ νῦν· αἱρούμενος δὲ εἰρηνεύειν τε σὺν σοὶ, καὶ πολεμεῖν, εἰ δεήσειεν, ὑπὸ σοί. Καὶ τάδε οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλ' ἔτι κρατῶν Σικελίας, καὶ τὴν Ἰταλίαν πορθῶν, ὅτε σοι τὴν σὴν μητέρα περισώσας ἔπεμπε, προὔτεινε. Καὶ εἰ ἐδέξω, οὔτ' ἂν ὁ Πομπήϊος ἐξέπεσε Σικελίας (οὐ γὰρ ἂν Καίσαρι τὰς ναῦς κατ' αὐτοῦ παρέσχες), οὔτ' ἂν σὺ ἥττησο ἐν Παρθυαίοις, Καίσαρός σοι τὸν στρατὸν οὐ πέμψαντος ὃν συνέθετο· ἐκράτεις δ' ἂν ἤδη, πρὸς οἷς εἶχες, καὶ τῆς Ἰταλίας. Οὐ δεξάμενον δέ σε ταῦτα, ἐν καιρῷ τότε μάλιστα ἄν σοι γενόμενα, ἀξιοῖ καὶ νῦν, μὴ πολλάκις ὑπὸ Καίσαρος ἐνεδρευθῆναι λόγοις τε καὶ τῷ γενομένῳ κήδει· μνημονεύοντα, ὅτι Πομπηίῳ τε κηδεύων μετὰ συνθήκας ἐπολέμησεν ἄνευ προφάσεως, καὶ Λέπιδον κοινωνὸν ὄντα τῆς ἀρχῆς τὸ μέρος ἀφείλετο, καὶ οὐδέτερα αὐτῶν ἐνείματό σοι.

CXXXV. Λοιπὸς δ' ἐς τὴν περιπόθητον αὐτῷ μοναρχίαν σὺ νῦν ὑπολείπῃ. Ἤδη γάρ σοι καὶ ἐν χερσὶν ἦν, εἰ μὴ Πομπήϊος ἔτι ἦν ἐν μέσῳ. Καὶ τάδε εἰκὸς μὲν καὶ σὲ προορᾶν ἐπὶ σεαυτοῦ· προφέρει δέ σοι καὶ Πομπήϊος ὑπὸ εὐνοίας, αἱρούμενος ἄνδρα ἄκακον καὶ μεγαλόφρονα ἀντὶ ὑπούλου τε καὶ δολεροῦ καὶ φιλοτέχνου. Οὐδὲ ἐπιμέμφεταί σοι τῆς δόσεως τῶν νεῶν, ἃς ἐπ' αὐτὸν Καίσαρι ἔδωκας ὑπ' ἀνάγκης, ἀντιλαβεῖν στρατὸν ἐς Παρθυαίους δεόμενος· ἀλλ' ὑπομιμνήσκει, τὸν οὐ πεμφθέντα στρατὸν προφέρων. Συνελόντι δὲ εἰπεῖν, Πομπήϊος ἑαυτὸν ἐπιτρέπει σοι μετὰ τῶν νεῶν ἃς ἔτι ἔχει, καὶ τοῦ στρατοῦ, πιστοτάτου γε ὄντος αὐτῷ, καὶ οὐδ' ἐν τῇ φυγῇ καταλιπόντος· εἰρηνεύοντι μὲν, μέγα κλέος, εἰ τὸν Μάγνου παῖδα περισώζοις· πολεμοῦντι δὲ, μοῖραν ἱκανὴν ἐς τὸν ἐσόμενον πόλεμον, ὅσον οὔπω παρόντα. »

CXXXVI. Τοιαῦτα τῶν πρέσβεων εἰπόντων, ὁ Ἀντώνιος τὰς ἐντολὰς αὐτοῖς ἐξέφερεν, ἃς ἐντείλαιτο Τιτίῳ· καὶ εἰ τῷ ὄντι ταῦτα φρονοίη Πομπήϊος, ἥξειν αὐτὸν ἔφασκε παραπεμπόμενον ὑπὸ Τιτίου. Ἅμα δὲ ταῦτα ἐγίγνετο, καὶ οἱ πεμφθέντες ἐς Παρθυαίους ὑπὸ τοῦ Πομπηίου, ἐλήφθησαν ὑπὸ τῶν Ἀντωνίου στρατηγῶν, καὶ ἐς Ἀλεξάνδρειαν ἤχθησαν. Καὶ ὁ Ἀντώνιος ἕκαστα μαθὼν, ἐκάλει τοὺς τοῦ Πομπηίου πρέσβεις, καὶ τοὺς ληφθέντας αὐτοῖς ὑπεδείκνυεν. Οἱ δὲ καὶ ὣς παρῃτοῦντο νέον ἄνδρα, ἐν συμφοραῖς ἐσχάταις, ὑπὸ δέους, εἰ ἄρα μὴ προσοῖτο φιλίως αὐτὸν ὁ Ἀντώνιος, ἀναγκασθέντα καὶ τῶν ἀεὶ Ῥωμαίοις ἐχθίστων ἀποπειράσαι· δηλώσειν τ' αὐτὸν αὐτίκα, ὅτε μάθοι τὰ Ἀντωνίου, μηδὲν ἔτι πείρας ἢ μηχανῆς ἑτέρας δεόμενον.

peii adventu, ducem adversus eum designavit Titium; cui mandavit, ut, classe et exercitu accepto e Syria, Pompeium bellum molientem vi reprimeret; quod si in fidem Antonii mallet recipi, adduceret eum honorifice. Tum legati advenerunt Pompeii, qui, ad Antonium admissi, hujusmodi verba fecerunt : « Misit nos ad te Pompeius : non quod in Hispaniam, si bellum placeret, non pateat cursus, provinciam ei conjunctam paterna amicitia; quæ, juniorem olim favore prosecuta, nunc quoque pollicetur operam : sed quia vel tecum frui pace mavult, Antoni, vel tuis auspiciis (si res ita ferat) bellum gerere. Quod consilium non nunc demum cepit Pompeius : sed jamdudum, quum obtineret Siciliam, et popularetur Italiam, matre tibi servata remissaque, tibi illud significavit. Cujus amicitiam si tu admisisses, nec Pompeius ejectus esset e Sicilia (non enim classem Cæsari præbuisses contra eum), nec tu victus fuisses in Parthia, Cæsare non mittente exercitum ex fœdere : imo, præter ea quæ nunc tua sunt, etiam Italiam sub tuam potestatem redegisses. Verum tamen, quamtumvis a te neglectus opportuno tunc maxime tibi tempore, nunc quoque abs te petit, ne toties verbis et contracta affinitate illudi tibi a Cæsare patiaris et insidias fieri; memor, Pompeium quoque post fœdus, et post affinitatem contractam, sine causa bello ab eodem esse petitum; et Lepidum, imperii consortem, portione sua spoliatum; nec ad te quidquam ex utraque illa victoria rediisse.

CXXXV. « Nunc solus tu, Antoni, superes, qui obstes, quominus ille potiatur dudum concupita monarchia. Jam nunc enim inter vos quoque digladiaremini, si Pompeius non fuisset in medio. Hæc quum ipse per te providere debeas, tamen Pompeius te monet, pro ea qua te prosequitur benevolentia; mavultque viri simplicis et magnanimi amicitiam, quam subdoli, fucati, versipellisque. Neque vero exprobrat tibi naves Cæsari adversus se commodatas; quas necessitate coactus dedisti, quum opus haberes contra Parthos exercitu : sed admonet, quantum obfuerit tibi non missus ab illo exercitus. Et, ut compendiorem audias, Pompeius se in tuam fidem, Antoni, committit cum navibus quas adhuc habet, et cum fidissimo exercitu, qui ne fugientem quidem destituit : in pace allaturus tibi egregiam laudem, si Magni filium servaveris; quod si bellum, quod instare videtur, gerendum sit, futurus non aspernanda tuarum partium accessio. »

CXXXVI. Antonius, his auditis, aperuit legatis mandata, quæ Titio dedisset : responditque, si ex animo hæc offerat Pompeius, venturum ipsum, deducente Titio. Sed dum hæc fiunt, interim, qui a Pompeio ad Parthos missi erant, comprehensi ab Antonianis ducibus, perducuntur Alexandriam. Ex quibus postquam singula cognovit Antonius, accitis Pompeii legatis, captos illos eis ostendit. Qui etiam tum excusabant hominem juvenem, in extrema calamitate constitutum, metuentem ne repulsam ab Antonio pateretur, eoque coactum vel infensissimarum populi Romani gentium tentare animos : quod si compertam ille habuerit mentem Antonii, statim etiam Pompeii animum cognitum iri, neque ullis aliis sollicitationibus artibusve eum porro esse usurum.

Οἷς ὁ Ἀντώνιος ἐπίστευσεν, ὧν καὶ τὰ ἄλλα ἀεὶ τὸ φρόνημα ἁπλοῦς καὶ μέγας καὶ ἄκακος.

CXXXVII. Ἐν τούτῳ δὲ Φούρνιος, ὁ τῆς Ἀσίας ἡγούμενος Ἀντωνίῳ, τὸν Πομπήϊον ἐλθόντα μὲν καὶ ἀτρεμοῦντα ἐδέχετο, οὔτε κωλύειν ἀξιόμαχος ὤν, οὔτε πω τὴν γνώμην εἰδὼς τὴν Ἀντωνίου. Γυμνάζοντα δὲ τὸν στρατὸν ὁρῶν, κατέλεγέ τινας ἐκ τῶν ὑπηκόων· καὶ Ἀηνόβαρβον ἄρχοντα γείτονος στρατοῦ, καὶ Ἀμύνταν, ἑτέρωθεν ἐκάλει κατὰ σπουδήν. Συνελθόντων δ' ὀξέως, ὁ Πομπήϊος ἐμέμφετο, εἰ πολέμιον ἡγοῦνται τὸν πρέσβεις ἐς Ἀντώνιον ἀπεσταλκότα, καὶ τὰ παρ' ἐκείνου περιμένοντα. Καὶ ταῦτα λέγων, Ἀηνόβαρβον ὅμως ἐπενόει συλλαβεῖν, ἐκ προδοσίας Κουρίου τινὸς τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀηνόβαρβον· ἐλπίζων, ἐς ἀντίδοσιν αὐτοῦ μεγάλην ἕξειν μοῖραν Ἀηνόβαρβον. Γνωσθείσης δ' οὖν τῆς προδοσίας, Κούριος μὲν, ἐν τοῖς παροῦσι Ῥωμαίων ἐλεγχθεὶς, ἀπέθανε· Πομπήϊος δὲ Θεόδωρον ἐξελεύθερον, ὃς μόνος οἱ συνῄδει τὸ βούλευμα, ὡς ἐξειπόντα ἔκτεινεν. Οὐκέτι δὲ τοὺς ἀμφὶ τὸν Φούρνιον λήσειν ἐλπίσας, Λάμψακον ἐκ προδοσίας κατέλαβεν, ἣ πολλοὺς εἶχεν Ἰταλοὺς ἐξ ἐποικίσεως Γαΐου Καίσαρος, καὶ μισθοῖς μεγάλοις εὐθὺς ἐστράτευε τοὺς Ἰταλούς. Ἤδη δὲ ἔχων ἱππέας τε διακοσίους, καὶ πεζοὺς τρία τέλη, ἐπεχείρησε Κυζίκῳ κατά τε γῆν καὶ διὰ θαλάσσης. Οἱ δὲ αὐτὸν ἑκατέρωθεν ἀπεκρούσαντο· καὶ γάρ τις ἦν ἐν τῇ Κυζίκῳ στρατὸς οὐ πολὺς Ἀντωνίῳ, φύλακες τῶν ἐκεῖ τρεφομένων αὐτῷ μονομάχων. Ἐς δὲ τὸν Ἀχαιῶν λιμένα ἐπανελθὼν, ἐσιτολόγει.

CXXXVIII. Φουρνίου δὲ οὐκ ἄρχοντος μὲν χειρῶν, ἀεὶ δ' αὐτῷ παραστρατοπεδεύοντος σὺν ἱππεῦσι πολλοῖς, καὶ σιτολογεῖν οὐκ ἐῶντος, οὐδὲ προσποιεῖσθαι τὰς πόλεις· ὁ Πομπήϊος, ἱππέας οὐκ ἔχων, ἐπεχείρησε τῷ τοῦ Φουρνίου στρατοπέδῳ κατὰ μέτωπον καὶ κατόπιν ἐκ περιόδου λαθών. Ὅθεν ὁ Φούρνιος, ἐς τὸν Πομπήϊον ἐπεστραμμένος, ὑπὸ τῶν ὄπισθεν ἐξεβλήθη τοῦ στρατοπέδου· καὶ φεύγοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ Σκαμανδρίου πεδίου διώκων ὁ Πομπήϊος, ἔκτεινε πολλούς· καὶ γὰρ ἦν τὸ πεδίον ὑγρὸν ἐξ ὄμβρων. Αἱ δὲ περισωθέντες τότε μὲν ὑπεχώρουν, οὐκ ὄντες ἀξιόμαχοι. Προσδεχομένων δὲ ἀπό τε Μυσίας καὶ τῆς Προποντίδος καὶ ἑτέρωθεν, οἱ πενόμενοι διὰ τὰς συνεχεῖς εἰσφορὰς ἐμισθοφόρουν ἀσμένως τῷ Πομπηΐῳ, κατὰ δόξαν μάλιστα τῆς ἐν Ἀχαιῶν λιμένι γενομένης νίκης. Ἱππικοῦ δ' ἀπορῶν ὁ Πομπήϊος, καὶ παρ' αὐτὸ βλαπτόμενος ἐν ταῖς προνομαῖς, ἐπύθετο, ἴλην ἱππέων Ἰταλικὴν ἐς Ἀντώνιον χωρεῖν, ὑπὸ Ὀκταουΐας χειμεριζούσης ἐν Ἀθήναις ἀπεσταλμένην· καὶ εὐθὺς ἔπεμπέ τινας ἐς διαφθορὰν τῆς ἴλης μετὰ χρυσίου. Ἀλλὰ τούσδε μὲν ὁ τῆς Μακεδονίας ἡγούμενος Ἀντωνίῳ συνέλαβε, καὶ τὸ χρυσίον τοῖς ἱππεῦσι διένειμεν.

CXXXIX. Ὁ δὲ Πομπήϊος Νίκαιάν τε καὶ Νικομήδειαν καταλαβὼν, ἐχρηματίζετο λαμπρῶς, καὶ ἐς μεγάλα ταχέως αὐτῷ πάντα ηὔξετο παρ' ἐλπίδα. Φουρνίῳ δὲ οὐ μακρὰν παραστρατοπεδεύοντι, πρῶται μὲν

His fidem habuit Antonius, vir et alias minime malitiosus, et ingenio simplex ac magnanimus.

CXXXVII. Interea Furnius, ab Antonio Asiæ præfectus, Pompeium pacate venientem exceperat, nec ad arcendum satis validus, necdum compertam habens Antonii sententiam. Postquam vero vidit exerceri ejus milites, delectum habuit ex provincialibus, et Ahenobarbum, ducem vicini exercitus, Amyntamque alia ex parte, propere vocavit in auxilium. Qui ubi celeriter convenerunt, conquestus est Pompeius, haberi se pro hoste, quum missis legatis responsum exspectet ab Antonio. Attamen per idem tempus captivum prehendere Ahenobarbum cogitavit, prodente ejus familiari Curio; sperans, in Ahenobarbo magnum fore momentum, si incidisset permutatio. Sed proditione detecta, Curius, præsentibus Romanis, qui ibi aderant, coargutus, dedit supplicium : Pompeius vero Theodorum libertum, solum ejus consilii conscium, quasi id effutiisset, interfecit. Et quia jam desperabat, a se falli posthac Furnium posse, Lampsacum per proditionem occupavit, ubi multi habitabant nominis Italici, in coloniam deducti a C. Cæsare; moxque magnis stipendiis ad militiam pelliciebat Italos. Jamque ducentos equites et tres legiones habebat, quum Cyzicum terra marique aggressus, utrimque repulsus est : erat enim ibi aliqua, non magna quidem, manus Antonianorum militum, gladiatores custodientium, quos ibi Antonius alebat. Reversus igitur ad Achæorum Portum, frumentabatur.

CXXXVIII. Quumque Furnius, abstinens a pugna, semper castra castris ejus admoveret cum multis equitibus, nec frumentari sinens, nec oppida sollicitare; Pompeius castra Furnii a fronte adortus est, circummissis clam qui a tergo idem facerent. Quamobrem Furnius in eum versus, captis a tergo castris ejectus est. Fugientesque per Scamandrios campos Pompeius multos occidit; madebat enim campus ab imbribus : qui evaserunt, receperunt se in tutum, impares instaurando prælio. Qui dum supplementum exspectant ex Mysia, et Propontide, aliisque locis, egeni illarum regionum homines, exhausti exactionibus, libenter mercede militabant Pompeio, celebri præsertim propter partam ad Achæorum Portum victoriam. Sed quum egeret equitatu, ac proinde male mulctaretur in pabulationibus, præmonitus, alam equitum Italicorum ad Antonium iter facere, missam ab Octavia hiemante Athenis, misit propere qui auro equites illos corrumperent. Sed hos proprætor, Macedoniæ ab Antonio præfectus, comprehendit, et aurum equitibus distribuit.

CXXXIX. Pompeius vero, occupatis Nicæa Nicomediaque, pecunias luculente colligebat, magnis per omnia et insperatis usus successibus. Sed Furnio, non longe ab eo castra habenti, primum e Sicilia ineunte vere advenere na-

ἦκον ἐκ Σικελίας, ἦρος ἀρχομένου, νῆες ἑβδομήκοντα, ὅσαι περιεσώθησαν ἐξ ὅσων Ἀντώνιος ἐκεχρήκει κατὰ Πομπηΐου Καίσαρι· μετὰ γὰρ τὸ Σικελικὸν ἔργον, αὐτὰς ὁ Καῖσαρ ἀπέλυσεν. Ἧκε δὲ καὶ ἐκ Συρίας Τίτιος ἑτέραις ἑκατὸν εἴκοσι ναυσὶ, καὶ στρατῷ πολλῷ, καὶ κατῆραν ἅπαντες εἰς Προκόννησον. Δείσας οὖν ὁ Πομπήϊος, τὰς ναῦς ἐνέπρησε, καὶ τοὺς ἐρέτας ὥπλισεν, ὡς ἄμεινον ὁμοῦ πᾶσι κατὰ τὴν γῆν συνοισόμενος. Κάσσιος δὲ ὁ Παρμήσιος, καὶ Νασίδιος, καὶ Σατουρνῖνος, καὶ Θέρμος, καὶ Ἀντίστιος, ὅσοι τε ἄλλοι τῶν ἀξιολόγων ἔτι τῷ Πομπηΐῳ παρῆσαν φίλοι, καὶ ὁ τιμιώτατος αὐτῶν Φάννιος, καὶ ὁ κηδεστὴς αὐτοῦ Πομπηΐου Λίβων, ὡς εἶδον αὐτὸν οὐδὲ Τιτίου παρόντος, ὅτῳ τὰ περὶ αὐτὸν Ἀντώνιος ἐπιτρέπει, παυόμενον τοῦ πρὸς τὸν ἀμείνονα πολέμου, ἀπέγνωσαν αὐτοῦ, καὶ πράξαντες ὑπὲρ ἑαυτῶν πίστιν, ἐς Ἀντώνιον μετῆλθον.

CXL. Ὁ δ', ἔρημος ὢν ἤδη φίλων, ἐς τὰ μεσόγαια τῆς Βιθυνίας ἀνεχώρει, λεγόμενος ἐς Ἀρμενίους ἐπείγεσθαι. Καὶ αὐτὸν, νυκτὸς ἀναζεύξαντα ἀφανῶς, ἐδίωκεν ὅ τε Φούρνιος καὶ ὁ Τίτιος, καὶ ἐπ' ἐκείνοις Ἀμύντας. Συντόνῳ δὲ δρόμῳ περὶ ἑσπέραν καταλαβόντες, ἐστρατοπέδευσαν ἕκαστος ἐφ' ἑαυτοῦ περὶ λόφῳ τινὶ, ἄνευ τάφρου καὶ χάρακος, ὡς ἐν ἑσπέρᾳ καὶ κόπῳ. Ὧδε δὲ αὐτοῖς ἔχουσιν ὁ Πομπήϊος νυκτὸς ἐπέθετο πελτασταῖς τρισχιλίοις, καὶ πολλοὺς ἔκτεινεν, εὐναζομένους ἔτι καὶ ἀναπηδῶντας· οἱ δὲ, καὶ γυμνοὶ πάμπαν, αἰσχρῶς ἔφευγον. Καὶ δοκεῖ τότε ὁ Πομπήϊος, ἅπαντι τῷ στρατῷ νυκτὸς ἐπελθὼν, ἢ τῆς γε τροπῆς γενομένης ἐπαγαγὼν, τάχ' ἂν αὐτῶν ἐντελῶς ἐπικρατῆσαι. Νῦν δ' ὁ μὲν καὶ ταῦτα, θεοῦ βλάπτοντος, ὑπερεῖδε, καὶ οὐδὲν ἐπ' ἔργῳ τοιῷδε πλέον, ἢ αὖθις ἐς τὸ μεσόγαιον ἐχώρει. Οἱ δ', ἁλισθέντες, εἵποντο, καὶ σιτολογοῦντα ἠνώχλουν· ἕως κινδυνεύων ὑπὸ τῆς ἀπορίας, ἠξίωσεν ἐς λόγους ἐλθεῖν Φουρνίῳ, φίλῳ τε Μάγνου γεγενημένῳ, καὶ ἀξιώσει προὔχοντι τῶν ἄλλων, καὶ βεβαιοτέρῳ τὸν τρόπον.

CXLI. Ποταμὸν δ' ἐν μέσῳ λαβὼν, ἔλεγε μὲν, ὅτι πρεσβεύσαιτο πρὸς Ἀντώνιον· ἐπετίθει δ', ὅτι τροφῶν ἐν τοσούτῳ δεόμενος, καὶ ἀμελούμενος ὑπὸ αὐτῶν, τάδε ἐργάσαιτο. « Ὑμεῖς δὲ εἰ μὲν Ἀντωνίου γνώμῃ πολεμεῖτέ μοι, κακῶς ὁ Ἀντώνιος ὑπὲρ ἑαυτοῦ βουλεύεται, τὸν ἐπιόντα πόλεμον οὐ προορῶν· εἰ δὲ τὴν Ἀντωνίου γνώμην φθάνετε, μαρτύρομαι καὶ παρακαλῶ, περιμεῖναι τὴν πρεσβείαν μου τὴν ἐς Ἀντώνιον ἀπεσταλμένην, ἢ λαβόντας ἄγειν ἤδη πρὸς αὐτόν. Ἐπιτρέψω δ' ἐμαυτὸν ἐγὼ σοὶ μόνῳ, Φούρνιε· τοσοῦτον ἐς πίστιν αἰτήσας, ὅτι με σῶον ἄξεις ἐς Ἀντώνιον. » Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν, Ἀντωνίῳ τε θαῤῥῶν, ὡς ἀγαθῷ τὴν φύσιν, καὶ μόνα τὰ ἐς μέσῳ δεδιώς. Ὁ δὲ Φούρνιος αὐτὸν οὕτως ἠμείψατο· « Ἐπιτρέποντος μὲν ἦν ἑαυτὸν Ἀντωνίῳ, χωρεῖν ἐς αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς, ἢ περιμένειν ἀτρεμοῦντα ἐν Μιτυλήνῃ τὰς ἀποκρίσεις· πολεμοῦντος δὲ, ἃ πεποίηκας ἅπαντα· τί γὰρ αὐτὰ δεῖ πρὸς εἰδότα λέγειν; Εἰ δὲ νῦν μετέγνωκας, μὴ συγκρούειν μὲν

ves septuaginta, quæ ex Antonii classe Cæsari contra Pompeium commodata superfuerant : finito enim bello Siculo, Cæsar eas dimisit. Advenit etiam e Syria Titius, cum aliis centum viginti navibus, et copioso exercitu : omnesque appulerunt Proconnesum. Territus igitur Pompeius, naves suas incendit, remigesque armavit, utpote in terra meliore eventu cum omnibus simul pugnaturus. At Cassius Parmensis, Nasidius, Saturninus, Thermus, Antistius, aliique quotquot ex honoratioribus adhuc aderant Pompeio, et nobilissimus illorum Fannius, ipse denique Libo, socer Pompeii, postquam viderunt eum ne post adventum quidem Titii, cui Antonius totam rem commiserat, desinere cum potentiore bellum gerere, desperarunt de eo; pactique sibi ipsis fidem, transierunt ad Antonium.

CXL. Tum Pompeius, ab amicis jam omnibus destitutus, secessit in mediterranea Bithyniæ; petens, ut ferebatur, Armeniam. Eumque, castris clam noctu egressum, persequebantur Furnius et Titius, et cum eis Amyntas : peractoque magna contentione itinere, circa vesperam assecuti, singuli seorsim castra posuerunt circa tumulum quemdam, absque fossa valloque, ut sero diei fessique. In eo statu Pompeius, MMM cetratis, noctu eos invasit; multosque interfecit, cubantes aut prosilientes e cubilibus : cæteri plane etiam nudi, fugerunt turpiter. Potueratque Pompeius, si eadem nocte omnibus copiis eosdem invasisset, aut fugatos persecutus saltem fuisset, absolvere victoriam. Nunc ille quidem, fortuna irata, rem parum animadvertit; nihil ex tanto commodo lucratus, nisi quod perrexit mediterranea petere. Hostes vero conjuncti sequebantur, et frumentantem impediebant : donec inopia pressus Pompeius petiit colloquium Furnii, amici quondam Magni Pompeii, et dignitate præstantis, moribusque gravioris quam cæteri.

CXLI. Stans igitur in ripa interlabentis fluvii, aiebat, legatos se misisse ad Antonium : interim, quum alimentis opus habuisset, nemine suppeditante, ausum esse talia. « Vos autem , inquit, si ex Antonii sententia me bello persequimini, male sibi ille consulit, imminens sibi bellum non prospiciens. Quod si non exspectato ejus jussu rem geritis, oro obtestorque vos, exspectetis dum legati mei ab illo redeant, aut in fidem me acceptum jam nunc ad eum ducatis. Committam autem me tibi soli, Furni : hoc unum rogans, ut bona fide incolumem sistas me Antonio. » Hæc ille, Antonio fretus, ut natura bono, et tantum timens, ne quid in itinere sibi accideret. Ad quæ sic respondit Furnius : « Si te Antonii fidei committere volebas, debueras illum accedere ab initio, aut Mytilenæ quietus responsum exspectare. Sed quia bellum maluisti, fecisti hæc omnia : de quibus nil attinet dicere, quum ipse, qualia sint, scias.

ἡμᾶς τοὺς στρατηγοὺς ἐς ἀλλήλους, Τιτίῳ δὲ σαυτὸν ἐπιτρέπειν. Τιτίῳ γὰρ ἐπιτέτραπται τὰ περὶ σὲ ὑπὸ Ἀντωνίου· καὶ πίστιν, ἣν αἰτεῖς παρ' ἡμῶν, ἔνι σοι καὶ Τίτιον αἰτεῖν. Κεκέλευσται δ' ὑπὸ Ἀντωνίου, πολεμοῦντα μέν σε κατακανεῖν, ἐγχειρίζοντα δὲ πέμπειν ἐς αὐτὸν ἐντίμως. »

CXLII. Ὁ δὲ Πομπήϊος Τιτίῳ μὲν ἀχαριστίας ὠργίζετο, τὸν πόλεμον τόνδε ὑποδεξαμένῳ πολεμήσειν πρὸς αὐτόν· ἁλόντα γὰρ αὐτὸν αἰχμάλωτον, περιεσεσώκει. Ἐπὶ δὲ τῇ ὀργῇ καὶ ἠδόξει, Πομπήϊος ὤν, ἐπὶ Τιτίῳ γενέσθαι, οὐκ ἐπιφανεῖ πάνυ ἀνδρί· καὶ ὑπώπτευεν αὐτὸν, ὡς οὐ βέβαιον, ἔς τε τὸν τρόπον ὑπονοῶν, καί τινα συγγινώσκων ἐς αὐτὸν ὕβριν παλαιὰν πρὸ τῆς εὐεργεσίας. Φουρνίῳ δ' αὖθις ἑαυτὸν ἐπέτρεπε, καὶ δέξασθαι παρεκάλει. Ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, ὅδε καὶ Ἀμύντᾳ ἔλεγεν ἑαυτὸν ἐπιτρέψειν. Τοῦ Φουρνίου δὲ φήσαντος, οὐδ' Ἀμύνταν ἂν δέξασθαι τόδε, ὕβριν ἔχον ἐς τὸν ἐξ Ἀντωνίου τὸ πᾶν ἐπιτετραμμένον, διελύθησαν. Καὶ τοῖς μὲν ἀμφὶ τὸν Φούρνιον δόξα ἦν, ὅτι ὁ Πομπήϊος ἐξ ἀπορίας τῶν παρόντων ἑαυτὸν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐκδώσει τῷ Τιτίῳ. Ὁ δὲ νυκτὸς τὰ συνήθη πυρὰ καίεσθαι καταλιπὼν, καὶ τοὺς σαλπιγκτὰς σημαίνειν τὰ διαστήματα τῆς νυκτὸς, ὥσπερ ἦν ἔθος, ἔλαθε μετὰ τῶν εὐζώνων ὑπεξελθὼν τοῦ στρατοπέδου, οἷς οὐδὲ αὐτοῖς προεῖπεν οἷ χωρήσειν ἔμελλεν. Ἐπενόει δ', ἐπὶ θάλασσαν ἐλθὼν ἐμπρῆσαι τὸ τοῦ Τιτίου ναυτικόν· καὶ τάχα ἂν ἔδρασεν, εἰ μὴ Σκαῦρος, αὐτομολήσας ἀπ' αὐτοῦ, τὴν μὲν ἔξοδον ἐμήνυσε, καὶ τὴν ὁδὸν ἣν ἐφέρετο· τὴν δ' ἐπίνοιαν οὐκ ᾔδει. Τότε δὴ χιλίοις καὶ πεντακοσίοις ἱππεῦσιν Ἀμύντας ἐδίωκε τὸν Πομπήϊον, ἱππέας οὐκ ἔχοντα. Καὶ ἐς τὸν Ἀμύνταν οἱ τοῦ Πομπηΐου πλησιάσαντα μετεχώρουν, οἱ μὲν ἀποδιδράσκοντες, οἱ δὲ καὶ φανερῶς. Μονούμενος οὖν ὁ Πομπήϊος, καὶ δεδιὼς ἤδη τὰ οἰκεῖα, ἑαυτὸν ἄνευ σπονδῶν ἐνεχείρισεν Ἀμύντᾳ, ὁ Τιτίῳ μετὰ σπονδῶν ἀδοξήσας.

CXLIII. Οὕτω μὲν ἑάλω Πομπήϊος Σέξστος, ὁ λοιπὸς ἔτι παῖς Πομπηΐου Μάγνου, νεώτερος μὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀπολειφθεὶς, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ μειράκιον ἤδη· λαθὼν δ' ἐπ' ἐκείνοις ἐς πολὺ, καὶ κρύφα λῃστεύων ἐν Ἰβηρίᾳ· μέχρι, πολλῶν συνδραμόντων εἰς αὐτὸν ἐπιγνωσθέντα εἶναι Πομπηΐου παῖδα, ἐλῄστευέ τε φανερώτερον καὶ μετὰ Γάϊον Καίσαρα ἐπολέμησεν ἐγκρατῶς, καὶ στρατὸν ἤγειρε πολὺν, καὶ ναῦς, καὶ χρήματα, καὶ νήσους εἷλε, καὶ θαλασσοκράτωρ τῆς ἀμφὶ τὰς δύσεις θαλάσσης ἐγένετο, καὶ τὴν Ἰταλίαν περιήνεγκεν ἐς λιμὸν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐς συμβάσεις ἃς ἤθελε. Τὸ δὲ μέγιστον, ἐπίκουρος ἐν ταῖς προγραφαῖς τῇ πόλει πανώλεθρα πασχούσῃ γενόμενος, περιέσωσεν ἄνδρας ἀρίστους τε καὶ πολλοὺς, οἳ τότε δι' αὐτὸν ἦσαν ἐν τῇ πατρίδι. Ὑπὸ δὲ θεοβλαβείας αὐτὸς οὔποτε ἐπεχείρησε τοῖς πολεμίοις, πολλὰ τῆς τύχης εὔκαιρα παρεχούσης, ἀλλ' ἠμύνετο μόνον. Καὶ Πομπήϊος μὲν τοιόσδε γενόμενος ἑαλώκει.

CXLIV. Τίτιος δὲ τὸν μὲν στρατὸν αὐτοῦ μετεστρά-

Quorum si nunc te pœnitet, noli nos duces inter nos committere : Titii te crede fidei, cui Antonius mandavit tuum negotium; a quo licet tibi fidem petere, quam petis a nobis. Jussit autem Antonius, si hostis esse pergas, te interfici; sin te dedas, mitti ad se honorifice. »

CXLII. Iratus autem erat Titio Pompeius, ut ingrato, quod bellum hoc contra se gerendum suscepisset : captum enim aliquando servaverat. Præterea indignum sua persona ducebat, si in potestate esset Titii; hominis non admodum nobilis. Nec non suspectam fidem ejus habebat, sive conjecturam faciens ex moribus, sive quia conscius sibi erat veteris cujusdam injuriæ, qua ante beneficium eum ipse affecerat. Quapropter iterum se tradidit Furnio, rogans ut acciperetur. Quumque id non impetraret, petiit, ut saltem ab Amynta acciperetur. Negante vero Furnio, facturum id Amyntam, quod pertineret ad contumeliam ejus cui tota illa res ab Antonio commissa esset, solutum est colloquium. Putabat autem Furnius et qui cum eo erant, fore ut Pompeius inopia coactus sequenti die se Titio dederet. At ille noctu, incensis castrensi more ignibus, et tubicinibus per consueta signa vigiliarum noctem distinguentibus, clam cum expeditis e castris se subduxit, ne ipsis quidem præmonitis quonam ituri essent. Cogitabat autem reverti ad mare, et Titii classem incendere : quod fortasse etiam perfecisset, ni Scaurus, ab eo transfugiens, abitum ejus, et quam viam ingressus sit, indicasset, quamvis ignarus propositi. Tum Amyntas cum MD equitibus eum persecutus est, carentem equitatu : ad quem appropinquantem Pompeiani transierunt, pars occulta fuga, pars propalam. Itaque Pompeius, pene solus relictus, et suos jam metuens, Amyntæ sine conditionibus se dedidit, qui Titii conditiones respuerat.

CXLIII. Sic igitur captus est Sextus Pompeius, unus adhuc reliquus Magni filius; in tenera ætate patre orbatus, fratre vero jam adolescentulus : quibus sublatis diu latuerat, occultis latrociniis vexans Hispaniam : donec, multorum confluxu ad eum facto, postquam Pompeii filius cognitus est, apertius prædatus est : occisoque a conjuratis C. Cæsare justum bellum movit, et magnum exercitum et naves et pecunias collegit, insulasque occupavit; et, maris occidentalis imperio potitus, fame pressit Italiam, et inimicos ad quas voluit pacis leges compulit. Quod vero præcipuum est, exitiosa proscriptione per Urbem grassante, multos ex optimatibus servavit, qui nunc patria fruebantur ipsius beneficio. Sed, deo mentem adimente, nunquam hostes aggressus est, neglectis multis occasionibus, quas percommodas illi fortuna præbuerat; contentus parta tueri. Hisce igitur rebus gestis, nunc captus est Pompeius.

CXLIV. Tum vero Titius exercitum ejus adegit sacramen-

τευσεν Ἀντωνίῳ· αὐτὸν δὲ τὸν Πομπήϊον, τεσσαρακοστὸν ἔτος βιοῦντα, ἐν Μιλήτῳ κατέκανεν· εἴτε δι' αὑτοῦ, μηνίων ἄρα τῆς ποτὲ ὕβρεως, καὶ ἀχάριστος ἐς τὴν ἔπειτα εὐεργεσίαν γενόμενος· εἴτε καὶ ἐπιστείλαντος Ἀντωνίου. Εἰσὶ δ' οἱ Πλάγκον, οὐκ Ἀντώνιον, λέγοντες ἐπιστεῖλαι· καὶ νομίζουσιν, ἄρχοντα Συρίας, καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς ἐπιτετραμμένον ἐς τὰ ἐπείγοντα ἐπιγράφειν τὸν Ἀντώνιον καὶ τῇ σφραγῖδι χρῆσθαι. Καὶ Πλάγκον δὲ γράψαι νομίζουσιν, οἱ μὲν, συνειδότος Ἀντωνίου, καὶ αἰδουμένου γράψαι, διὰ ὄνομα τοῦ Πομπηΐου, καὶ διὰ Κλεοπάτραν εὔνως ἔχουσαν τῷ Πομπηΐῳ, διὰ τὸν πατέρα Μάγνον· οἱ δὲ, αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ Πλάγκον, τάδε αὐτὰ συνιδόντα, καὶ φυλαξάμενον μὴ τὴν αἰτίαν Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος ἐς ἀλλήλους διδῷ Πομπήϊος, καὶ Κλεοπάτρα Πομπηΐῳ συνεργοῦσα ἀναθρέψειεν.

CXLV. Ἀλλὰ Πομπήϊος μὲν ἐτεθνήκει. Ἀντώνιος δὲ αὖθις ἐς Ἀρμενίαν ἐστράτευε· καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπὶ Ἰλλυριοὺς, οἳ τὴν Ἰταλίαν ἐλῄστευον, οἱ μὲν οὐχ ὑπακούσαντές πω Ῥωμαίων, οἱ δ' ἐν τοῖς ἐμφυλίοις ἀποστάντες. Καί μοι ἔδοξε τὰ Ἰλλυρικὰ, οὔτε ἀκριβῶς γενόμενά μοι γνώριμα, οὔτε συντελοῦντα μῆκος ἰδίας συγγραφῆς, οὔτε χώραν ἔχοντα ἑτέρωθι λεχθῆναι, τοῦ χρόνου καθ' ὃν ἐλήφθησαν συνάγοντος αὐτὰ ἐς τέλος, προαναγράψαι, καὶ ὑποθεῖναι αὐτὰ τῇ ὁμόρῳ Μακεδονικῇ.

tum dicere Antonio : ipsum Pompeium, annum ætatis agentem quadragesimum, Mileti interfecit; sive privato consilio, veteris offensæ memor, spreta secuti beneficii gratia, sive ex Antonii mandato. Sunt qui non Antonium dicant, sed Plancum id mandasse : cui nimirum, Syriæ præfecto, commissum putant ab Antonio, ut in rebus moram nullam patientibus nomen Antonii inscriberet epistolis, et annulo ejus signatorio uteretur. Et hoc quidem scriptum a Planco putant nonnulli sciente Antonio, quum ipse id facere vereretur propter nomen Pompeii, et propter Cleopatram faventem ei ob patris Magni memoriam : alii Plancum ipsum per se, eadem hæc reputantem, fecisse illud arbitrantur, caventemque simul, ne mutuam Antonii et Cæsaris incusationem Pompeius et cum Pompeio faciens Cleopatra refricarent.

CXLV. Mortuo Pompeio, Antonius rursus expeditionem suscepit in Armeniam; Cæsar vero contra Illyrios, Italiam populationibus infestantes, qui aut numquam paruerant populo Romano, aut per bella civilia defecerant. Res autem Illyricas, quoniam nec satis mihi compertæ sunt, nec materiam præbent justo volumini, nec alio loco commodius poterant exponi, ab eo tempore quo primum a Romanis susceptæ sunt ad finem usque persecutus, supra perscripsi, et finitimæ subjunxi Historiæ Macedonicæ.

FRAGMENTA.

I. Apud SUIDAM.

1. Ἀνεζεύγνυ, ἀνέστρεφεν. Ἀππιανός· Ὁ δὲ μετὰ πολλῆς λείας ἀνεζεύγνυ.

2. Ἀψιμαχία, συναφὴ μάχης. Ἀππιανός· Τὸ μὲν πρῶτον ἔριδες ἦσαν καὶ ἀψιμαχίαι σμικραί· μετὰ δὲ, συμβολαί τε ἐς τὴν ἀλλήλων...

3. Διέφερον. Ἀππιανός· Οἳ δὲ Κελτοὶ ἐς Ῥωμαίους τι μήνιμα ἐκ πολλοῦ διέφερον. Ἀντὶ τοῦ εἶχον, ἐνεκότουν.

4. Ἐγχρόνων, οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου συντεθεισῶν. Ἀππιανός· Κατεφρόνουν τῶν σπονδῶν, ἔτι ἐγχρόνων οὐσῶν.

5. Ἐδοκίμαζεν, ἔκρινε.... Ἀππιανός· Ὁ δὲ ἐπὶ τὰς οἰκίας χωρῶν, συνελάμβανεν ὅσους ἐδοκίμαζεν. Ἀντὶ τοῦ, ἔκρινεν ἐτάσεως εἶναι ἀξίους.

6. Ἐπαφρόδιτος, ἐπίχαρις, ἡδύς. [Καὶ Ἐπαφροδισία.] Ἀππιανός· Καὶ μὴν ἐν πᾶσιν ἐπαφροδισίαν ὑπερεπαίρων, ἐσεμνολόγει περὶ ἑαυτοῦ.

7. Θησαυρούς. Ἀππιανός· Ὅπλα τε πολλὰ καὶ σῖτον ἡτοιμάζετο, καὶ θησαυροὺς ἐποίει.

8. Ἱλαρὸς, εὔχαρις, ἀστεῖος, ἡδύς. Ἀππιανός· Σὺν βοῇ ἱλαρᾷ καὶ θορύβῳ χρηστῷ παρέπεμπον αὐτὸν, καὶ θαῤῥεῖν ἐκέλευον.

9. Οἷ, περισπωμένως, ἑαυτῷ .... Ἀππιανός· Ἐπεὶ δὲ οἷ τὸ κακὸν τέχνης κρεῖττον, καὶ μέν τι καὶ ἐπικουρίας τῆς ἐκ θνητῶν συμμάχων δυνατώτερον.

10. Οἰστρεῖ .... Ἀππιανός· Τῷ ὄντι πᾶσιν οἰστρώδης ἐνέπιπτεν ὁρμὴ καὶ προθυμία κατὰ τῶν βαρβάρων.

11. Πιθανούς.... Ἀππιανός· Ἕνα δ' αὐτῶν, πιστὸν καὶ πιθανὸν εἰς τὸ ἔργον, ἐντυχόντα τοῖς ὑπάτοις ἐν ἀποῤῥήτῳ, πίστιν αἰτῆσαι.

12. Πρόσριζα, σὺν ταῖς ῥίζαις. Ἀππιανός· Τὰ δένδρα ἔκοπτε πρόσριζα, τοῦ μὴ πάλιν φῦναι.

13. Χρηματίζει, δοτικῇ, ἀποκρίνεται, πράγμα διοικεῖ. Οὕτως Ἀππιανὸς ὁ ἱστορικός· Τοῖς πρέσβεσιν ἐχρημάτιζε.

14. Ὤσατο ἑαυτόν. Ἀππιανός· Ὤσατο ἑαυτὸν, καὶ κατέβαλεν ἀπὸ τοῦ ἵππου· οὐ μὴν ἔφθασε τρῶσαι, συναρπασάντων αὐτὸν τῶν συνασπιστῶν. Ἢ, παρενέβαλλεν εἰς κίνδυνον ἑαυτόν.

1. Ille vero magna cum præda reversus est.

2. Primum quidem levia certamina et velitationes erant: postea vero acie decernere cœperunt.

3. Galli vero a longo jam tempore iram adversus Romanos fovebant.

4. Fœdera, quamquam recentia adhuc, spernebant.

5. Illè vero, domos intrans, comprehendit quoscunque inquisitione dignos judicavit. [*Fortasse* Pyrrhus Tarenti, *ut hæc sint ex Samniticis.*]

6. Et venustatem (*f.* felicitatem) suam coram omnibus extollens, magnifice sese jactabat.

7. Et arma multa frumentumque comparavit, et horrea instituit.

8. Hilari clamore et fausto applausu eum prosecuti sunt, bonoque animo esse jusserunt.

9. Quum vero ei malum omni remedio majus et auxilio humano fere potentius esset.

10. Revera omnes furiosus quidam impetus et cupido aggrediendi barbaros invasit.

11. Unum autem illorum, hominem fidum et ad rem gerendam idoneum, clam adiisse consules', fidemque ab illis petiisse.

12. Arbores cum ipsis radicibus excidit, ne repullularent.

13. Legatis responsa dabat.

14. In medios se conjecit, et de equo eum deturbavit; nec tamen interficere potuit, quod satellites eum statim eriperent.

II. Apud GRAMMATICUM

BIBLIOTHECÆ SAN-GERMANENSIS, EDITUM A BEKKERO, ANECD. P. 119 SEQQ.,

Περὶ συντάξεως, ποῖα τῶν ῥημάτων γενικῇ καὶ δοτικῇ καὶ αἰτιατικῇ συντάσσονται.

1. Ἀποδίδωμι, τὸ πιπράσκω, γενικῇ. Ἀππιανὸς β· Ἀπέδοτο εὐτελεστάτης τιμῆς.

2. Ἄρχω, γενικῇ. Ἀππιανὸς δὲ δοτικῇ· Διεχρήσατο Νέρων ὅτε ἦρχε Ῥωμαίοις.

3 Ἀμελητέα, γενικῇ τὸ πρᾶγμα· τὸ δὲ πρόσωπον δοτικῇ. Ἀππιανός· Ἀλλήλων ἠμέλουν.

4. Ἀπαντῶ. Ἀππιανὸς α'· Πᾶσιν ἀπαντῶν.

5. Ἐπιθειάσας, δοτικῇ. Ἀππιανὸς Μακεδονικοῖς· Ἐπιθειάσας δὲ καὶ τοῖσδε.

* 6. Ἐπισκήπτω, παραγγέλλω, δοτικῇ .... Ἐπὶ δὲ τοῦ παρακαλεῖν πρὸς αἰτιατικήν. Ἀππιανὸς τρίτῳ Αἰγυπτιακῶν· Ἐπισκήπτω σε τῆς ἀξιώσεως.

7. Εἰσακούει, αἰτιατικῇ. Ἀππιανὸς α'· Οὐκ εἰσακουόντων οὐδέτερα Ῥωμαίων.

8. Ἐξέδραμεν, γενικῇ. Ἀππιανός· Ἐξέδραμεν τοῦ δανειστοῦ.

9. Ἐπέλαβεν, αἰτιατικῇ. Ἀππιανὸς β'· Λιμὸς ὁμοῦ καὶ λοιμὸς ἐπέλαβε Ῥωμαίους.

10. Ἐφήδοντο, δοτικῇ. Ὁ αὐτὸς ἐκτῷ· Καὶ ἐφήδοντό μοι τῆς ὕβρεως. (*Recentior manus adjecit :* καὶ ἐπιβουλῆς.)

* 11. Ζημιῶ.... Ἀππιανὸς β'· Ἀναπείθει θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

12. Ἦν, μετὰ πληθυντικοῦ ὀνόματος. Ἀππιανὸς ἐν τῇ Βασιλικῇ· Ἔριδες ἦν.

13. Θάλλω, δοτικῇ. Ἀππιανὸς β'· Ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλοντες.

14. Κουφίζω καὶ Ἐπικουφίζω, γενικῇ. Ἀππιανός· Ὅσα δὲ ὅμως ἐπικουφιεῖ τῆς ἀνίας, αἰτεῖτε καὶ λαμβάνετε προσιόντες.

15. Μέτεισιν, ἐπέρχεται ἢ διαδέχεται. Ἀππιανὸς Παρθικῇ· Εἴ τις ἄρα νέμεσις τὰς πρόσθεν εὐτυχίας μέτεισι.

16. Πιπράσκω, γενικῇ. Ἀππιανὸς α'· Πιπράσκων χρημάτων πολλῶν. Καὶ ἐν β'· Πραθῆναι πάντα τοσοῦδε, ὅσου τὸν ἐκ τυραννίας [Τυῤῥηνίας?] ἐώνητο.

17. Πρεσβεύειν, ἀντὶ τοῦ ἱκετεύειν, μετὰ τῆς εἰς· Πρεσβεύειν εἰς Καίσαρα, Ἀππιανὸς δ'.

18. Σισίνης, ὁ Φραταφέρνου παῖς. Ἀππιανὸς Ἰλλυρίδι Σισίνου καὶ Σισίνην [l. Σισίνῃ] φησί.

* 19. Σπανίζω, γενικῇ. Ἀππιανὸς β'· Ὅθεν ἐσπάνιζε τροφῶν.

* 20. Συμπλεκόμενος, δοτικῇ. Ὁ αὐτός· Συμπλεκόμενος αὐτῇ.

21. Συνηδόμενοι, γενικῇ. Ἀππιανὸς τετάρτῳ Αἰγυπτίων (sic)· Συνηδόμενοι τῶν γεγονότων.

1. Vendidit vilissimo pretio. Ex libro II.

2. Interfecit Nero, quum Romanis imperabat.

3. Mutuo se negligebant.

4. Omnibus obviam veniens. Ex libro I.

5. Quum etiam his deos testes citasset. Ex Macedonicis.

* 6. Obtestor te per dignitatem. Ex libro III Ægyptiacorum.

7. Horum neutrum exaudientibus Romanis. Ex libro I.

8. Fœneratoris domo evasit.

9. Fames simul et pestis Romanos invasit. Ex libro II.

10. Et gaudebant de injuria mihi illata (deque insidiis mihi structis). Ex libro VI.

* 11. Persuadet ut capitis damnetur. Ex libro II.

12. Rixæ erant. Ex libro de Regibus. [*Conf. fr.* 2 *ex Suida.*]

13. Ambobus parentibus florentes (patrimi et matrimi). Ex libro II.

14. Nihilominus quæcumque levare poterunt tristitiam vestram, petite et sumite accedentes.

15. Si qua igitur vindicta pristinam ejus felicitatem assequitur. Ex Parthica Historia [*supposititia*].

16. Magno pretio vendens. Ex libro I. — Vendita esse omnia tantidem, quanti illum ex Etruria (?) emerat. Ex libro II.

17. Oratores mittere ad Cæsarem. Ex libro IV *sive de rebus Gallicis.*

18. Sisines, Phrataphernæ filius. Appianus in Illyrica scriptione [*immo Bell. Civ.* V, 7].

* 19. Unde eum frumentum deficiebat. Ex libro II.

* 20. Ei se implicans.

21. De iis quæ facta erant congratulantes. Ex libro IV Ægyptiacorum.

22. Ὑποτοπῶ, αἰτιατικῇ. Ἀππιανὸς ἐν τῷ Κελτικῷ· Τὸ γενόμενον ὑποτοποῦντες.

23. Χρῶμαι, τὸ κατὰ χρῆσίν τι λαβεῖν, αἰτιατικῇ. Ἀππιανὸς κʹ [Bekk. ἕκτῳ]· Ἃς δὲ ἐχρησάμην παρὰ Ἀντωνίου ναῦς.

24. Χρηματίζειν. Ὁ αὐτὸς βʹ Αἰγυπτιακῶν· Πρεσβείαις ὁ Καῖσαρ ἐχρημάτισεν.

22. Suspicantes quid gereretur. Ex libro de rebus Gallicis.

23. Quas mutuo sumsi ab Antonio naves. Ex libro vigesimo [*i. e. Ægyptiacorum primo. Octavianus loqui videtur. Alii*, sexto].

24. Legationibus responsa dedit Cæsar. Ex libro II Ægyptiacorum. [*Conf. fr.* 13 *ex Suida.*]

ΠΑΡΑ ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΦΡΟΝΤΩΝΙ.

Οὐδὲ σήμερον ἐδυνήθην σε ἰδεῖν διὰ τὴν γαστέρα νυκτὸς ἐνοχλοῦσαν ἕως ἄρτι κοιμηθείς· ἃ δὲ ἀγρυπνῶν ἠπόρουν, οὐ κατέσχον οὐδ' ἀνεβαλόμην, ἀλλ' ἐκ πολλῶν ὀλίγα σοι γέγραφα. Σὺ δ' εἰ μὲν δίκαιά ἐστιν, ὡς δικαίοις· εἰ δὲ σχολαστικά, ὡς ἁπλοῖς· εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἔμοιγε ὡς λυπουμένῳ καὶ παρακαλοῦντι πείσθητι καὶ εἶξον. Εἰκὸς ἕπεσθαι τοῖς κοινοῖς τὰ ἰδιωτικά· εὐθύνομεν γοῦν τὰ ἴδια πρὸς ἐκεῖνα, καὶ ὁ νόμος οὕτω κελεύει. Πῶς οὖν αἱ μὲν πόλεις οὐκ ὀκνοῦσι λαμβάνουσαι παρὰ τῶν διδόντων ἀναθήματά τε καὶ χρήματα καὶ ἀργύριον αὐτὸ πολιτῶν τε καὶ ξένων, ἤδη δέ τινας καὶ αὐτούς [πως] ὑποδιδόντας· φίλος δὲ παρὰ φίλου λαβεῖν ὀκνεῖ παρακαλοῦντος; Καὶ οἱ θεοὶ δὲ τῷ νόμῳ τῶν πόλεων προσίενται ταὐτὰ παρὰ τῶν ἀνδρῶν, καθ' ἃ δεικνύουσιν οἱ θησαυροὶ τῶν θεῶν. Καὶ οἱ φίλιοι δὲ ἐκ τῶν διαθηκῶν λαμβάνειν οὐκ ὀκνοῦσιν. Καὶ διὰ τί οὖν ἐκ μὲν διαθήκης ἄν τις λάβοι, παρὰ δὲ τῶν περιόντων οὐ λάβοι, ὁπότε καὶ μεῖζον ταῦτ' ἔχει τὸ δεῖγμα τῆς προθυμίας; Οἱ μὲν γὰρ ἄλλον ἄλλου προτιθέασιν· οἱ δὲ περιόντες αὐτῶν τοὺς φίλους προτιθέασιν. Καὶ ἥδιον παρὰ τοῦ περιόντος λαβεῖν, ὅτι καὶ μαρτυρῆσαι περιόντι δυνατόν ἐστι καὶ ἀμείψασθαι. Πάλιν, ξένιον μὲν οὔτε θεοῖς οὔτε πόλει πέμπεται, τὰ σεμνότερα δ' ἀεὶ τοῖς σεμνοτέροις. Ἀλλ' οὐκ εἰσὶ ταῦτα βαρύτερα λαμβάνεσθαι; Τί γάρ ἐστι φιλίας καὶ τιμῆς βαρύτερον, ὧν οὐδεὶς [ἀγνοεῖ] ὥς γ' ἄρειον οὐδέν ἐστιν; Τί δὲ βαρὺ ἦν ὅλως, ἢ τί ἂν ἐγὼ βαρὺ ἔχοιμι; Οὐδ' ἂν μὲν ἐργασαίμην οὐδὲν οὐδὲ ὀναίμην οὐδέποτε [δέοι ὡς ἐν τῷ θεάτρῳ] φασὶν [ὃς μὴ] μισθὸν εἶχον, ἐξ οἴκου εἰς οἶκον μέ γε τιθεῖν. Ἐννόησον δὲ κἀκεῖνο, ὅση μὲν ἡδονὴ τῷ πέμψαντι ληφθέντων, ὅση λύπη μὴ ληφθέντων ἐγγίγνεται. Εἰ τὸ καθα[ρὸν] * * * καὶ μετὰ πο * * προσιέναι σοι. Πιστεύοις δὲ δίκαιον εἶναι τὸν νόμον τῶν τε πόλεων καὶ θεῶν καὶ φίλων * * * Φίλων δὲ οὐ τοσοῦτον ἐπιδεικνύντων θράσος εὐνοίας, ἀλλὰ κρυπτόντων ὑπὸ δέους, ἔπεμψά σοι πρὶν ἐπιτρέψῃς. Σὺ δὲ μηδὲ τιμη... ὦγε ἔδει μηδ' ἅπαξ.

APPIANUS FRONTONI.

Ne hodie quidem videre te potui; vexatus enim per noctem ventris doloribus, usque in hanc horam decubui : quæ vero inter vigilandum me sollicitum habuerunt, ea neque mente continui neque distuli, sed pauca e multis ad te nunc scripsi. Tu vero his, si æqua erunt, ut æquis; si otiosa saltem ut sinceris; sin minus, certe mihi ipsi ut dolenti teque exoranti obsequere et morem gerito. Par est privata publicorum exemplum sequi : ad hæc certe exigimus nostra ipsorum, et lex ita jubet. Quare igitur urbes, si qua dantur aut donaria aut quævis opes, non abnuunt, pecuniamque adeo civium et peregrinorum, immo et homines ipsos, qui se tradunt, accipiunt; amicus autem ab amico orante accipere dubitat? Ac dii quoque de modo civitatium eadem ipsa dona admittunt ab hominibus, quod monstrant thesauri deorum. Amicos etiam ex testamentis aliquid accipere non piget. Cur ergo ex testamento quis accipiat, a superstitibus vero non accipiat, quandoquidem hæc majus etiam studii ac voluntatis specimen præbent? Nam morientes quidem alium alii præferunt, superstites autem sibi ipsis amicos anteponunt. Jam dulcius quoque est a vivente accipere : huic enim et testificari et referre gratiam licet. Rursus, vilia munuscula neque diis neque urbi mittuntur : verum splendidiora debentur splendidioribus. At hæc, ais, nonne gravate accipiuntur? Quid vero est, inquam, amicitia et honore gravius? quibus tamen nihil esse præstantius nemo *non videt.* Sed quo pacto demum munusculum illud grave erat? sive potius, quid tandem ego grave possideam? Aut nihil prorsus acquisiverim, aut nullum alicunde fructum perceperim... [*sequentia valde corrupta et lacunæ infeliciter impletæ.*] . . . Illud etiam cogita, quanta voluptas, si recipiantur dona, mittenti accidat; quantus mœror, si respuantur. Si purum.... accedere ad te. Credes autem, æquam esse legem urbium et deorum et amicorum.... Amicis autem non tam hoc agentibus, ut benevolentiæ audaciam palam præ se ferant, sed ut timide celent animum suum, hæc tibi misi venia abs te non petita. Tu vero ne hono... cui oportebat ne semel quidem...

INDEX

NOMINUM ET RERUM.

Pr. denotat Præfationem Appiani. *R.* librum de Regibus Romanorum. *It.* librum de rebus Italicis. *Sa.* de rebus Samniticis. *G.* historiam Gallicam. *Si.* historiam Siculam et reliquarum Insularum. *H.* Hispaniensem. *A.* Annibalicam. *Pu.* Punicam. *Nu.* fragmenta de rebus Numidicis. *Ma.* de rebus Macedonicis. *Sy.* Syriacam. *Mi.* Mithridaticam. *Il.* Illyricam. *C.* I. *C.* II. *C.* III. *etc.* Civilium Bellorum librum I. II. III. etc.

A.

C.

D.

E.

G.

H.

I. J.

K. L.

M.

P.

Q.

R.

T.

U. V.

X.

Z.